ANALECTA

EPIGRAPHICA ET ONOMATOLOGICA.

SCRIPSIT

CAROLVS KEILIVS,

ADIVNCTVS PORTENSIS.

LIPSIAE
APVD FR. CHR. GVIL. VOGELIVM
MDCCCXLII.

PRAEFATIO.

Breviloquentiae studiosior quam Latinitatis in fronte indicavi, duas esse huius libelli partes. Earum in una fragmenta inscriptionum aliquot Graecarum post aliorum labores novis modis resarcire et explicare conatus sum. Altera pars pertinet ad condendam aliquando doctrinam nominum propriorum, quibus per complures annos in legendis scriptoribus et titulis Graecis animum adverti. Iam satis multa fore in his Analectis praevideo, quae in varias reprehensiones incurrant. Erunt quibus quum in coniiciendo et emendando audacior tum tectior in sententia mea declaranda hic illic fuisse videar. Vituperabunt alii, quod a proposito interdum longius digressus aliena admiscuerim et res non ita incognitas nimia testimoniorum copia probaverim. Aliquatenus ea sic habere facile concedo; neque enim expertus semper in me sum comici illud *Ὅτι πάντα τὰ ζητούμεν' ἐξευρίσκεται Ἂν μὴ προαποστῇς μηδὲ τὸν πόνον φύγῃς*, et ea est natura mea ut lubentissime a monitoribus humanis doceri me patiar. Verum bona fide simul affirmo, nihil minus me voluisse quam multam lectionem prae me

ferre. Ac ne diligentiae quidem laudem omnibus in medio positam magnopere affecto, lectoribus iudicium relinquendum esse censens. Sed praeterquam quod varietatem quandam rerum in altera potissimum parte quaesivi de industria, vitium hoc est philologis qui faciunt quasi tirocinium scribendi fere commune, ut facile in afferendis locis probantibus modum excedant. Eo vitio me quoque laborare confiteor: in posterum ut declinem operam dabo. Nec dissimulo tamen, confidere me ex iis quae proposui nonnulla assensu hominum doctorum comprobatum iri. Huc explicationem refero tituli sepulcralis, quem capite primo interpretatus sum. Quodsi mihi contigit, eius monumenti eximii argumentum perspicere et verba partim certe coniectura probabili restituere, spero fore ut lectores benevoli alia in quibus nihil me vidisse censebunt mihi condonent. Rogatos volo eosdem ut Addenda perlustrare ne praetermittant, in quibus errores quos commissos a me iam ipse intellexi emendare et ea quae minus plene vel accurate exposita erant augere studui. Praeterea nemo non intelligit, aliam eorum esse condicionem, qui otio affluentes et bibliothecae magnae assidentes de rebus antiquis exponunt, aliam hominum scholasticorum, quibus in re libraria ut plurimum angustiore non licet nisi horas subsecivas scribendo impendere, praesertim quando iis ut mihi in hac statione Portensi praeter doctoris partes simul grave educandi pueros iuvenesque munus iniunctum est. Quodsi schedas meas non pressi in scriniis,

dum collecto apparatu ad rem bene gerendam ampliore maturius possem studiorum specimen emittere: singulares sane causae me permoverunt, ut haud raro ad seram lampadem per amica noctis silentia pervigilans concinnando huic opusculo operam navarem. Eas tamen causas quum scire lectorum nihil intersit neque tamquam excusationem studio fortasse ex aliorum sententia minus frugifero praetendam, significare hic supersedeo. Restat ut animum testificer gratissimum viris iis, quorum ex scriptis et in componendo hoc libello plurima in usum meum converti et quotidie fere disco. Nomino autem hic post ea quae scripsi pagg. 102 et 182 tantum conditores et auctores studii epigraphices Graecae inter Germanos: BOECKHIVM, FRANZIVM, OSANNVM, ROSSIVM, WELCKERVM. Iis quid debeam singulae fere Analectorum paginae ostendunt; iis non displicuisse dulce erit laboris praemium.

Scrib. Portae d. XII. m. Maii MDCCCXLII.

CONSPECTVS.

INDEX.

Caput I.

DECRETI QVO PHILOPOEMENI HONORES DIVINI TRIBVVNTVR FRAGMENTVM.

A. PROOEMIVM DE SEPVLCRIS ET EPITAPHIIS GRAECIS.

Monumenta fatiscunt,
Mors etiam saxis nominibusque venit.
Auson. Epigr. XXXIV. 9.

Praeter *Diodorum* periegeten, cuius tres certe libri fuerunt περὶ τῶν μνημάτων (v. Sintenis. ad Plutarchi Themist. p. 208. Westermann. ad Vit. X Orat. p. 85), eos ex veteribus Graecis homines litteratos qui colligendis monumentorum omnis generis epigrammatis operam sedulo navarunt, *Philochorum*, *Polemonem*, *Aristodemum*, *Alcetan* alios (cf. Boeckh. Corp. Inscr. Gr. v. I. p. VIII. Franz. Elem. Epigr. Gr. p. 9), sepulcralia quoque transscripsisse et in commentariis suis composuisse, quum per se sit credibile tum anthologiarum reliquiae probant et certa scriptorum testimonia docent, quale v. c. ex Athenaei peti potest libro X p. 436. D ὡς τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ, ὅπως ἀνέγραψε Πολέμων [1]) ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων

τοῦ πολυκώθωνος τοῦτ' ἠρίον Ἀρκαδίωνος
ἄστεος ὤρθωσαν τᾷδε παρ' ἀτραπιτῷ κτλ.

Pari studio laudabiliter in prisca aetate et artis operibus posito acceptos aliquot referimus titulos sepulcrales statuis clarorum ho-

---

1) Vid. Preller. Polemon. Perieg. Fragm. p. 123 sqq.

minum aut monumentis olim inscriptos, quos *Pausanias* [1]) periegesi suae vel integros inseruit, v. I. 37, 2. VI. 4, 4. IX. 38, 3. X. 12, 3. vel ex argumento significavit ut I. 29, 9 et 10. VIII. 11, 5. 26, 3. (v. F. S. Ch. Koenig. de Pausaniae fide et auctoritate, Berolini 1832 p. 10.) Nonnullos praeterea ubi res ferebat et alii attulere scriptores (v. *Lycurg.* in Leocrat. 109.) et ii qui historias et vitas confecerunt, ut *Herodotus* (VII, 228.), *Thucydides* (VI. 59), *Plutarchus* (Aristid. c. 20. Nicia c. 17. Pseudopl. X Orat. p. 77 Westerm.), *Diogenes Laertius* I. 5, 85. Item denique in iis, quae hodie supersunt, inscriptionibus Graecis plurimas etsi plerumque breviores esse eiusdem argumenti, nemo nescit paullo doctior. Quamquam enim „*data sunt ipsis quoque fata sepulcris*" eorumque sanctitas non a recentioribus solum barbaris violata est et praedonibus [2]), sed ab antiquis etiam sacrilegis in ea saevitum, quemadmodum Philippus III. Macedonum rex Cynosarges et Lyceum et quidquid sancti amoenive circa Athenas erat incendens et diruens, ne sepulcris quidem pepercisse narratur (Liv. XXXI. 24) [3]), unde plurima eius generis monumenta non potuerunt non evanescere: tamen patefactis terrae visceribus amotoque situ diuturno multis Graeciae oris, in Attica inprimis, incolarum frequentia quondam celebri [4]), ex amplis

---

1) Eum sepulcrorum minime fuisse incuriosum plurima ostendunt exempla monumentorum, quae tamquam a se etiamtum spectata commemoravit. Cf. I. 1, 2 coll. Sintenis. ad Plut. Them. l. l. 2, 2. 13, 7. 29, 2 sqq. 30, 3. 32, 3. 36, 3, 4. 37, 1, 2, 3, 4. 43, 2. 44, 9. (Jacobs. Anthol. XIII. p. 644.) II. 2, 4. 7, 2—3. 7, 4. 8, 2. 13, 5. 22, 9. III. 21, 1. V. 6, 4. VII. 5, 6. 22, 4. 25, 7. VIII. 9, 5. 13, 4. 16, 3. 28, 4. IX. 32, 4. 33, 1. 40, 5. In quibus non recensui heroum heroinarumque τάφους saepe plus uno loco monstratos, v. III. 13, 1.

2) De τυμβωρύχοις nota res est; vide e. g. Charitonem de Chaerea et Callirrh. I, 7 sqq. Dorvillium p. 265. Xenoph. Ephes. III. 8. Mulcta ab illis solvenda in plurimis inscriptionibus constituta est, nec defuerunt exsecrationes, cf. C. I. n. 2027. n. 2028. n. 2032. n. 2040. n. 2043. n. 2050. n. 2051. n. 2664. n. 2686. n. 2688. n. 2824. n. 2826. n. 2829. n. 2830. n. 2832 al. Franz. El. Ep. p. 341 in fine.

3) Cf. Plutarch. Alex. 77. Pyrrh. 26. Pausan. I. 9, 10. Arrian. I. 17, 11.

4) Cf. C. G. Zumpt. Ueber den Stand d. Bevölk. u. d. Volksvermehr. im Alterth. Berlin 1841. p. 4. 6. 7.

coemeteriis quum iam prius tum hac nostra aetate sexcenti protracti sunt et editi tituli sive tabulis [1]) et columellis marmoreis sive vivo saxo et rupi incisi. De quibus qui accuratiora cupit cognoscere praeter Stackelbergii librum: Die Gräber der Griechen, Berlin 1835 [2]), L. Rossii adeat commentationes: Ueber attische Gräber und Grabschriften in diurno Halensi Intelligenzblätter d. allgem. Litteraturzeit. ann. 1827. n. 84 — 86 ibid. ann. 1838. n. 40 p. 326., Kunstblatt ann. 1837. n. 15., Reisen auf den griech. Inseln d. äg. Meer. I. p. 63. 65., Bullett. dell' inst di corrisp. arch. n. IIIa di Marzo 1840 p. 29 sqq., Dodwell. Reise d. Griechenl. von Sickler I. 1. 220., Franzii Elementa Ep. Gr. p. 51 sqq. Schoell. Kunstbl. 1840. n. 50.

Permulti sane ex horum omnium, quos indicavi, titulorum numero versibus sunt compositi metricis (Franz. El. Ep. 342. n. 7.), qualia carmina etiam egregios poetas fecisse constat. Sed dolendum simul est, quod inter tantam epitaphiorum farraginem vere sepulcralium non ab otiosis versificatoribus diu post tempora quae mentiuntur fictorum [3]) pauca apud scriptores aetatem tulerunt in eorum hominum honorem scripta, quos rebus gestis claros [4]) patria olim tamquam εὐεργέτας et σωτῆρας coluit (Pausan. VIII. 52) vel artibus litterisque insignes admiratur posteritas [5]). Ipsi autem lapides talium virorum memoriae dicati, quum iuxta alia antiquitatis monumenta [6]) per multa barbariei et ser-

1) Observa etiam diras plumbo negligenter inscriptas, quod in sepulcro Attico repertum Boeckhius dedit C. I. n. 539.

2) Eo uti mihi non licuit, v. Welck. Mus. Rh. 1836. p. 470 sqq.

3) Eius generis versus v. c. Diogenes Laertius fudit, nec pauci in Anthologia graeca exstant.

4) Cf. Simonidis ἐπικήδεια p. 405 sqq. Delect. Schneidewin. et Anacreontis p. 371.

5) Aequales philosophorum tituli ap. Diogenem Laert. sunt Pittaci I. 4. 79. Biantis I. 5. 85. Anaxagorae II. 3. 15 (Aelian. Var. Histor. VIII. 19) Cratetis IV. 4. 21. Ex poetis Anacreontem affero (Simonid. epigr. 98), Aeschylum (Vit. p. XIV ed. G. Dindorf. 1827.), Euripidem (Vit. p. 174. Bacchar. edit. Elmsl. Lips.)

6) Scimus tamen, interdum Neograecos reliquiis aetatis classicae honorem aliquem habuisse adeo superstitiosum. Vide quae de columna Sigeensi (Boeckh. C. I. n. 8. Franz. El. Ep. Gr. n. 32.) Prokeschius retulit Eques Splendidissi-

vitutis saecula neglecti iacerent et contemti, perisse aut si qui extant latere plerique omnes videntur exceptis paucissimis, quales sunt tituli in Boeckhii Corpore n. 170 et n. 171. Museo Britannico illati, n. 911 a Cyriacó Anconitano olim descriptus, sed ipse fortasse hodie non superstes, et n. 1051 in Museo Regio Parisiis asservatus. Atque iam antiquis temporibus ignota fuerunt multorum sepulcra, qui gloria aliqua inter suos excelluerant, ut Empedoclis [1]) (v. Diog. Laert. VIII. 2. 72. Auson. Popma ad Varronis fragm. v. II. p. 334 Bipont.) et Hyperidis (Vit. X Orat. p. 85 add. 45. 48 West.); et quemadmodum recentiores saepe minus religiosi sunt in monumentorum cultu, quod exempli gratia nuper in Cervantis et Caroli Mariae de Weber sepulcris Matriti et Londinii visum est et pie compensatum, ita Archimedis monumentum quum nobilissima Graeciae civitas quondam vero etiam doctissima sui civis unius acutissimi ignorasset, a se homine Arpinati didicisse non sine iusta gloriatione Cicero narravit Tuscul. V. 23. 64 sqq. Interdum olim gens Graecorum laeta antiquitatibus tali inopiae succurrere conata est pia scilicet fraude qua, ut taceam *ἡρώων ἀποῤῥήτους θήκας* (Lobeck. Aglaoph. p. 281 not.), et alias finxerunt inscriptiones aetatis mythicae ad heroes fabulosos relatas (v. Franz. El. Ep. p. 74), et epitaphia composuerunt ipsorum adeo deorum, quos humatos ferebant, v. Boeckh. Explic. Pindar. p. 471. F. Iacobs. Vermischte Schriften IV. 19. 21 sqq. Notus est versiculus, quem Pythagoras Iovi inferias Cretae ferens insculpsisse traditur: *Ὧδε θανὼν κεῖται Ζάν, ὃν Δία κικλήσκουσι*, Lobeck. Aglaoph p. 993. 138. 575. n. 9. Hoeck. Creta III. 336. Schwenck. Etymol. myth. Andeut. p. 59. Pashley Trav. of Crete

mus in Denkwürd. v. I. p. 190: „Lord Elgin brachte diess Denkmal nach England. Es galt den unwissenden Popen als Heilmittel gegen Fieber, überhaupt als Talisman gegen Krankheit. Der Kranke wurde darauf gesetzt, über ihm eine Stelle der H. Schrift gelesen, und dann wurde ihm aufgetragen gesund zu sein.“ Mire cum his conveniunt quae Lucianus scripsit in Scyth. c. 2: — *ἔστεπται ἀεί* (*στήλη* Toxaridis *ἥρωος ἰατροῦ* Athenis) *καί φασί, πυρεταίνοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ*, et in Deor. concil. 12: *ἤδη καὶ ὁ Πολυδάμαντος τοῦ ἀθλητοῦ ἀνδριὰς ἰᾶται τοὺς πυρέττοντας ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ ὁ Θεαγένους ἐν Θάσῳ.*

1) Cf. Karsten. Emped. Agrig. Carmin. Reliquias p. 45 sqq.

I. c. 13. Sed hodie si qua sepulcra antiqua in Graecia vel in Asia ostenduntur, ut *Themistocli* [1]) in parte promontorii Alcimi (Leake's Topogr. v. Ath. v. Rienaecker p. 344. ed. Angl. p. 318) et *Cimonis* Athenis inter Museum et Pnycem (Ross. Intelligenzbl. 1837. p. 701. Krüger Untersuch. üb. d. Leben d. Thucyd. p. 84. Bergk. Comm. de Rel. Com. Att. Ant. p. 183. Meinek. Fragm. Com. I. p. 104) vel heroum tumuli, ut *Hectoris* (Prokesch. Denkwürdigk. u. Erinner. a. d. Orient I. 160 sqq.) et *Achilli* et *Patrocli* (ib. p. 192—8), in plerisque coniectura id fit satis opinor incerta. Verumtamen quum proprium sibi habuerint omni tempore [2]) et habeant hominum aliqua virtute illustrium sepulcra, ut frequentes ad se spectatores trahant eorumque animos suavissimo recordationis sensu imbutos ad imitanda illorum exempla inflamment, non est quod miremur, recentiores homines antiquitatum studiosos in peragrandis Graeciae regionibus et perscrutandis eo saepius adductos esse, ut eiusmodi monumenta investigasse sibi viderentur. Modo ne carbones, quod est in proverbio, pro thesauris haud raro tam errore quam fraude grassantibus inventi essent et venditi. Pauca certe mihi innotuerunt exempla operae feliciter in eruendis talibus reliquiis positae, quale

---

1) Adde C. G. Zumpt. in diurno Berlin u. Athen 1836. n. 66. p. 262 et Ludov. Steub. Bilder aus Griechenland, Leipz. 1841. v. I. p. 71. 2. „Dahin wo Salamis und die Meerenge, wo gekämpft worden, im Angesichte liegt, haben seine Freunde die Gebeine des fern vom Vaterlande Verstorbenen gebracht, damit der Held in heimischer Erde, umrauscht und überspült von den Wogen, die einst den Paean der siegestrunkenen Hellenen gehört, den langen Schlaf schlafen möge. Was kümmert es mich, dass neuere Forschungen dargethan, die Ruhestätte des grossen Atheners sei nur ein Badetrog, der nie etwas Anderes aufgenommen als die schönen Leiber antiker Piraeerinnen, die zu schamhaft waren, um wie Phryne im offenen Meere zu baden? Der falsche Glaube war mir schon zu lieb geworden, als dass ich den Gründen des Bessern hätte lauschen mögen.“ Et in nota ibid. „Das angebliche Grab des Themistocles liegt so nahe an der Oberfläche des Wassers, dass bei der Fluth die Wellen darüber hingehen. Nicht weit von dem alten Heros haben sie einen neuen begraben, den hochbejahrten Herrn Andreas Miaulis von Hydra, Admiral der königlich griechischen Marine.“

2) Plutarch. Alexandr. XV. Cicer. pro Archia c. X. Cf. Ulrichs. Kunstbl. 1840. n. 45. p. 186. a.

est quod Rossius Spartae Menelaium i. e. Menelai et Helenae heroum et sepulcrum detexit, v. Intelligenzbl. 1837. n. 47. p. 389 [1]) et de stele *Aeacidae* Pyrrhi patris Museum Rhen. 1836. 472.

Sed in longe pluribus spes cupidius concepta homines doctos fefellit. Ita quae fama avorum memoria de *Homeri* sepulcro per comitem Hollandicum Pasch van Krienen a. 1771 in insula Io effosso increbruerat, repetita ea quidem est nuperrime a Rossio in: Reisen durch d. griech. Inseln I. p. 156 sqq. et quantum fieri potuit argumentis confirmata [2]); fidem tamen apud multos difficulter invenerit [3]). Neque diu creditum est Astorio cuidam, qui in anaglypho marmoreo cum titulo, quod Venetiis olim erat apud Iustinianum, *Alcmanis* [4]) poetae epitaphium se detexisse opinatus erat, v. Boeckh. C. I. n. 568 in lemmate [5]).

---

1) In quaerendis sepulcris regiis frustra idem laboravit, v. l. l. n. 48. p. 393. — Romana monumenta, ut Scipionum (G. F. Grotefend. Grammat. Lat. II. 293. Orelli Inscript. Lat. v. I. p. 149. n. 550 sqq. Osann. Syll. p. 403. n. IV.) consulto non attingo.

2) Heynei libellum: Ueber das vermeinte Grabmal des Homeros nach einer Skizze des H. Lechevalier gezeichnet von J. Dom Fiorillo, erläutert von H. Leipzig 1794. nec ipse vidi nec Rossius commemoravit. cf. Franz. Berl. Jahrb. 1841. Juli n. 18. p. 141.

3) Ea quae contra dici debent tam acute et plene a Franzio sunt exposita in censura libri Rossiani (Berlin. Jahrb. 1841. Juli n. 18) ut ampliore demonstratione hic supersedere possim. Mihi quoque non tam Paschii quam Graeculorum fraus videtur fuisse. Qua quidem fraude quid miramur militem non ut Leakeum vel Prokeschium doctum, sed hominem linguae Graecae rudem decipi potuisse, quum ante hos duodecim annos fuerint viri docti, qui titulo Graeco in America ad Monte-Video scilicet reperto non omnino fidem denegarent. Dici omnino vix potest, quot inscriptiones Graecae et Latinae (Orelli Inscr. Lat. v. II. p. 376) olim et recens a falsariis compositae sint. Idem de Oscis multis et Umbricis Dr. R. Lepsius demonstravit in opere, quod propediem edetur: Inscriptiones Umbricae et Oscae quotquot adhuc repertae sunt omnes. Lipsiae 1841.

4) Cf. Pausan. III. 15. 2.

5) Poetis Graecis duobus Latinos totidem, Germanos tres addam. Nam *Terentii* sepulcri rudera in Arcadia ad Stymphalum a se reperta esse M. Fourmontus olim prodidit eiusque accuratius describendi spem fecit. V. Gesch. der Paris. Acad. übers. v. A. V. Gottschedin IV. 435. Sed qui novit hominis evitatem et malam fidem (Boeckh. C. I. 1. p. 61 sqq. Franz. El. Ep. p. 84.

Porro titulus C. I. n. 972 *Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος*, quem Caylus antiquissimum censuit, infimae est aetatis, ut ex litterarum formis iure Boeckhius conclusit, „sive is tum in loco eo positus, ubi Miltiades Cimonis f. celeber imperator sepultus putabatur, sive ad alium cognominem [1]) pertinens“ p. 540. a — b. Nec ei quisquam assentietur, qui in vase fictili Athenis reperto in Ceramico condita *Cimonis* ossa fuisse coniecit. Ea diota propter adscripta Victoriae et Iovis nomina in Corpus Inscr. Gr. recepta est a Boeckhio n. 240, quem vide p. 356. et p. 50. b. Aeque G. Mueller, Philhellen Bremensis, in „Fragen über mehrere für das höhere Alterthum wichtige Verhältnisse im heutigen Griechenland“, Berlin 1827, p. 98 haec scribens: „So fand ich (Atheni sc.) das Grabmal oder Gefängniss des *Socrates*“ vehementer videtur errasse, nec a quoquam recentiore praeter illum id philosophi monumentum visum legere me memini. Male, meo iudicio, Rossio quoque divinatio cessit in mulierum Atticarum elogio quod columnae fractae in Piraeeo incisum primus edidit in Intellig. d. allg. Litt. a. 1837. n. 86. p. 692. 710:

Καὶ ζῶσαι πλούτου πατρικοῦ μέρος [ε]ἶχον ὁμοίως·
Τὴν αὑτῶν φ[ι]λίαν καὶ [χ]ρήματα ταὔτ' ἐνόμιζον·

Kruse Hellas I. 615.) facile quid rei fuerit secum statuet; nec promisso ille, quod sciam, stetit. Tum *Virgilii* quoque monumentum, quod hodiedum monstratur ad ingressum cryptae Pausilypanae, iure dubitatum est num Mantuani vatis fuerit, v. Heyn. ad vit. Donati §. 55. v. I. p. XCV ed. Wagn. Aeneid. Thielii v. I. p. XLVI. Münter. Nachr. von Neapel u. Sicil. Kopenh. 1790. p. 41. Paullo aliter habet in *Wolframi ab Eschenbach* sepulcro, quod quaesitum a se frustra A. Schmeller narravit: Ueber W. v. E. Heimat, Grab u. Wappen in Abhandl. d. phil. philol. Klasse d. kön. bayer. Acad. d. Wiss. Münch. 1837. p. 203. Tum lapidem in memoriam *Waltheri von der Vogelweide* eo quo humatus erat loco, Grasehof s. Lorenzgarten dicto, Herbipoli in Novo Monasterio positum Scharoldus se ante XL fere annos vidisse Kobersteinio dixit. Hodie iam nihil superest. Cf. W. Grimm. in M. Hauptii Zeitschrift f. deutsch. Alterth. I. 1. p. 33 et Uhlandum, quem Kobersteinius mihi indicavit, in: Walther v. d. Vogelw. Tübing. 1822. p. 153. Denique de *Freidankii* qui dicitur sepulcro v. W. Grimm. ap. Hauptium l. l. p. 30 — 33.

1) Cf. Boeckh. Urkund. üb. d. Seewes. d. att. Staat. p. 245. Plutarch. Demetr. 14. Diodor. Sicul. XX. 40. Gruter. CCCCXXXVIII. 6. C. Inscr. n. 73. 1. n. 406. c. 2.

Μηδ]ένα [1]) *λυπήσασα, τέκνων δ' ἐπιδοῖσ[α πρό[παιδας,* [2])
Γῆς, κοινῆς μοίρας πᾶσ[ιν, ἔδεκ]το μέρος·
Σω]στράτη   Μελινὼ [3])
Κόνω]νος   Ἀναφλυστ[ίου.

Cononem scilicet esse Rossius vult imperatoris Timothei filium Anaphlystium, cuius de opibus cf. Boeckh. Urkund. üb. d. Seewes. p. 241 — 2, de sepulcro Pausaniam I. 29, 14. At *filias* nullo loco commemoratas scio. Quod etsi minoris momenti esse alicui videri possit, nemo tamen demonstrabit, unum Cononem ex Anaphlystiis divitem fuisse, adeo ut in illa inscriptione is pro patre sororum locupletum necessario haberi debeat.

Etiam infelicior Iohannis Froehlichii est coniectura, qui ex reliquiis tituli Argivi ap. Boeckh. C. I. n. 1141

— — *ΣΟΡΗΝΗΝCΕΛΟΟΝ.Λ.ΠΩΙΛΕΚΕΚΓΟ*
— — *ΛΡΓΕΙΩΝΘΥΜΟΝΛΦΕΝΤΛΠΟΛΕ*

pleniore adhibito Leakei apographo in Travels in the Morea v. III. n. 65 (v. Hermann. Opusc. III. p. 324.)

ΗΣΟΡΙΝΗΗΝΤΕΛΘΟΝΤΛ ΠΟΡ . . ΛΕΚΕΚΕΥΟ
ΛΡΓΕΙΩΝΘΥΜΟΝΛΦΕΝΤΛΠΟΝΕΙ

haec exsculpsit (Iahn. et Klotz. Archiv f. Philol. u. Paed. 1837. v. 3. p. 329):

Γαίης πορθητήν μ' ἐλθόντα πόθ' ἦδε κέκευθε
Στήλη 'ν Ἀργείων θυμὸν ἀφέντα πόλει

Pyrrhum intelligens Epiri regem (Pausan. I. 13, 6. 7. II. 21, 5). Nimirum prorsus est incredibile, *Pyrrhi* nomen in epigrammate

---

1) Ita in epigr. *ἀδεσπ.* DCCXXIV. 4. *Οὐδένα λυπήσας* DCXCIX. 3.

2) *Πρόπαιδες* Rossio sunt *nepotes*. Fortasse fuit *ἐπιδοῦσ' ἔτι παῖδας.*

3) Poetriae (Welcker in Creuz. Melet. II. 18 sqq. Schneidewin. delect. p. 454.) nomen apud Stobaeum VII. 13 (v. I. 177 Gaisf. Lips.) *Μελιννώ* scriptum, in Photii bibl. p. 115. a. G. Bekker. *Μελινώ*, ubi tamen codex A Venetus alterum praebet. Tituli auctoritas formam commendat breviorem, etsi *Μέλιννα* est in tit. Attico Kunstblatt 1835. n. 27. (Mus. Rhen. 1836. p. 414.) et in Smyrn. C. I. n. 3141. 33. Rursus *Μέλινα* est apud Apollod. II. 7. 8. ut *Φίλινα*, *Γλύκιννα*, *Ἄρπιννα* Bachmann. ad Lycophr. Al. 167. C. I. n. 3142. I. 24. Cf. etiam nomen *Σελινώ* in tit. Cythnio, quem Rossius edidit Intell. d. allg. Litt. 1838. n. 40. p. 321. Apparet utramque scribendi rationem in usu fuisse.

quod uno, si tuta est silentio Leakei fides, constabat disticho elegiaco, non fuisse dictum.; neque cum illa interpretatione anaglyphum convenit virum et puerum ad aram stantes repraesentans, sub quo titulus inscriptus est („under a basso relievo representing a Man et Boy before an Altar“) [1]. Denique historiolam de D. *Lucae* ossibus in capulo, qui est in ecclesia prope Thebas in vico Tabakides, conditis iam Sponius olim reiecit, v. Boeckh. C. I. lemm. n. 1656. p. 798.

Haec ego praefatus, ne tamquam magno promissorem hiatu, qui ipse quoque somnia captet vanissima, ridendum me praebeam peritis iudicibus, operam nunc dabo, ut meam veteris cuiusdam elogii sepulcralis interpretationem lectoribus probem. Quem titulum si recte ego explicavisse visus fuero, pro reliquiis lapidem habere sanequam pretiosis homines rerum Graecarum studiosi non dubitabunt, nec deerunt fortasse qui marmor illud auro contra non carum esse censeant.

B. TITVLI INTERPRETATIO.

Ἡδονὴν ἔχει,
ὅταν τις εὕρῃ καινὸν ἐνθύμημά τι,
δηλοῦν ἅπασι.
Anaxandrides.

Titulus, quem iam tertius sum publicaturus, primum editus a Boeckhio, cui per Niebuhrium Mustoxydes miserat, in Corp. Inscr. Gr. n. 1536 lemm. hanc additam habet notationem: *Ὑπὸ Μιλτιάδου ἀντεγράφθη· εὑρίσκονται τὰ ἀποσπασμάτια ταῦτα εἰς τοῦ Συννάνου, εἰς τὰ ἐρείπια τῆς Μεγαλοπόλεως, ἐπάνω εἰς ἕνα λίθον μαρμάρου, ὅστις ἔχει μῆκος σπιθαμῶν ἑπτὰ καὶ πλάτος τριῶν. εἶναι θέμετος ὁ λίθος εἰς μίαν ἀναβάθραν τῆς οἰκίας ἑνὸς ἱερέως κατοίκου εἰς τὸ ῥηθὲν πόλισμα. εὑρέθη οὗτος ὁ λίθος εἰς ἕνα τάφον κατὰ τὴν Μεγαλόπολιν, κατὰ τὸν Δεκέμβριον τοῦ* 1813 *ἔτους· εἰς τὸν ῥηθέντα τάφον εὑρίσκονται καὶ ἄλλοι λίθοι, ὅμως χωρὶς ἐπιγραφήν·*

---

1) Ego ab initio nomen defuncti cum terra ex qua venisset scriptum fuisse puto. Tum ita restituo: — *ἐλθόντα πόθ᾽ ὧδε κέκευθε*
Τύμβος ἐν Ἀργείων θυμὸν ἀφέντα πόλει.
Aliter Welckerus Mus. Rhen. 1833. p. 304.

λείπουσι πέντε ἕβδομα τῆς ῥηθείσης ἀπογραφῆς, καθὼς ἀναφέρει Μιλτιάδης ὁ ἰατρὸς, ὅστις πρῶτος τὴν ῥηθεῖσαν ἐπιγραφὴν ἀντέγραψε, καὶ εἶδε καὶ τὸν τάφον ὀφθαλμοφανῶς, ἀπέχοντα διακοσίαις ὀργυιαῖς ἀπὸ τὸν οἶκον τοῦ ἱερέως. His subiungo quae alter editor L. Rossius annotavit in Inscript. Graec. inedit. fasc. I. Naupliae 1834. n. 12. p. 7. „Lapis, quem nunc in ecclesia Sinani asservandum curavi, exinde magis etiam detritus est. Quapropter multis in versibus pauciora etiam quam Miltiades legere potui: alii tamen versus in meo sunt apographo pleniores. Neque hic repetissem nisi in tanta titulorum Megalopolitanorum paucitate eo magis accuratam eorum qui supersunt cognitionem referre putassem.“

Quod subiicio inscriptionis exemplum ex utroque compositum est apographo: ei de coniectura nihil quidquam intuli, sed reliqui vel aperte falsa et suspecta, ubi ea Miltiadis et Rossii fide nitebantur.

ΚΑΤΕΝΤΑΝ — — — — — — — —
ΥΩΣΕΠΑΥΕΗΤΑΙΚΑ . Α — — — — —
CΑΕΙΤΙΜΑΣΑΙΦΙΛΟ — Ο — — — — —
ΙΜΑΙΣΙΣΟΘΕΟΙΣ ΤΑ — — — — —
5 *ΡΓΕΣΙΑΣΙΑΡΥ Α* — — — — — — —
ΝΤΑΙΑΓΟΡΑΙΤΟΝΜ — — — — — —
ΝΑΣΤΙΟΣΤΑΣΜΑΙ — — — — — —
ΚΑΙΒΩΜΟΝΚΑΙΑ — — — — — —
ΑΛΛΙΣΤΟΝΚΑΙΕ — — — — — —
10 *ΟΣΣΩΤΗΡΟΣΣΤΕΦΑ* — — — — — —
ΟΣΙΧΑΛΚΕΑΙ — — — — — — —
ΝΜΙΑΝΕΝΤ — — — — — — — —
ΙΙΚΑΝΤ — — — — — — — — —
ΚΟΝΤΑΝΔΕΛΑ — — — — — — —
15 *ΑΝΔΕΛΛΑ* , — — — — — — — —
ΥΞΑΙΕΝΤΟ — — — — — — —
ΕΦ ΝΟΝ — — — — — — — —
ΧΙΣΑΕ — — — — — — — — —
ΝΤΙΤΟΤΧ — — — — — — — —
20 *Ω* — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — —

ΑΙΣΔΑ — — — — — — — — —
ΣΤΟΙΣ — — — — — — — — —
ΑΙΑΙΔΙ — — — — — — — — —
25 *ΟΔΙΑΣΓ* — — — — — — — — —
ΑΝΠΟΔΙ — — — — — — — — —
ΝΤΙΝΤΕ — — — — — — — — —
ΙΔΕΩΣΚΑΙ — — — — — — — —
Ν ΦΙΡΟΣΚΑΙ — — — — — — —
30 *ΣΜΕΝΕΣΕΣΤ* — — — — — — — —
ΣΤΑΙΝΙΤΑΙ Ι ΔΒ — — — — —
ΑΓΚΑΣΙΑΣΤΙΔΝ — — — — — — —
ΝΙΚΩΝΚΑΙΠΠΠ — — — — — — —
ΟΝΔΕΤΑΜΙΑΙ . Δ — — — — — —
35 *ΤΟΙΣΤΑΣΠΟΔΙΟ* — — — — — —
ΙΝΑΣΤΑΔ . . ΡΕ . ΤΩΚ — — — — —
ΣΟΔΕΡΜΑ . . . ΑΔΙΔΟ — — — — —
ΙΕΝΟΙΣ ΤΟΙΣ ΔΕΣΩΤΗΡ — — — — —
VΟΙΣΙΝΤΟΙΣ . ΚΤΟΙΜ — — — — —
40 *ΙΟ ΤΟΝΔΙΑΤΟΝΣΩΤΗΡΑ* — — — — —
Ν ΟΤΕΜΕΝΕΣΤΟΦΙΔΟ — — — — —
Δ ΣΩΟΙΝΙΕΡΟΘΥΤΟΝΤΟΝ — — — —
ΥΕΤΩΕΠΙΤΑΙΣΘΥΣΙΑΙΣ — — — —
ΤΕΦΑΝΩΤΩΟΚΑΙΤΑΙΕΣ — ΙΑ — — —
45 *ΙΤΑ . . . ΔΑΜΒΑΝΕΤΩΚΑΙ* — — —
Υ ΥΣΣΕΣΩ — — —
Ν — — — —

Variarum lectionum recensus integer hic est.

v. 1. Miltiades *ΚΑΙ*, Rossius *ΑΤ*; in fine *Ν* est a Miltiade petitum, quum R. modo *Ι* habeat. Alterum *Α* M. ut incertum notavit.

v. 2. M. *ΥΟΣ*, R. *ΩΣ*, sed *Υ* non videtur genuinum. Tum apud M. quatuor extremae litterae desunt.

v. 3. ab initio *C* accessit ex M., sed idem minus plene *ΔΕΤΙ ΑΣΑΙΦΙ*, in quibus praeterea *ΦΙ* dubia sunt visa. Ross: *Φι*.

v. 4. post *ΙΜΔΙΣ* R. ductus aliquot habet imperfectos, tum *ΟΙ*; M. *ΙΣΟΘΕΦ . Σ*, ipse is litteram *Φ* incertam signans. *ΤΑ* ex Rossio.

v. 5. *P* sumtum a M. quum R. *Γ* dederit; mox ille *Ε*, Ross. *Ε*; post M. *ΙΔΡΥ . Α*, R. *Ρ* et *Α*.
v. 6. *ΝΙΑΙ* R., *ΝΤΑΙ* M. Eiusdem est *ΡΑΙ* et in fine *ΤΟΜ* ubi *Μ* dubium esse dicitur.
v. 7. R. *ΝΑ*, M. *ΝΑΣ*; idem *ΤΑΜΑ* non praestans *ΜΑ* re vera in lapide fuisse; R. *ΑΣΜΑΙ*.
v. 8. Ross ab init. *ΑΙ*, praeterea nihil; M. *Δ* in fine vel *Α* vel *Λ* quoque legi posse refert.
v. 9. R. modo *'ΑΛΙΣ*, in Miltiadis lectione litterae *Κ* et *Ε* dubiae sunt.
v. 10. R. *ΣΣΟΙ*.
v. 11. R. *ΟΣΙΧΑ*, reliqua Miltiadi debentur, is tamen ab in. *ɔ* pro *Ο*.
v. 12. R. *Ν.Ν* loco eius quod est ap. M.: *ΝΕΝΤ*.
v. 13. petitus a M.; Ross *ΞΠΑΝΤ*.
v. 14. R. *ΝΤΑΧ*; quod exhibui sumsi a M. sed *ΑΑ* etiam *ΑΛ* videri posse is scripsit.
v. 15. M. *ΑΝΔΕΑΑ*, *ΑΑ* notatis ut incertis. R.: *ΝΕΑΑΑ*.
v. 16. R. tantum *ΞΑΙΕΝ* et primum quidem elementum fere evanuit.
v. 17. R. solum *Φ* legere potuit. Miltiadi *Ε* incertum est visum, nam posse et *Ξ* esse.
v. 18. R. *ΙΣΑ*, M. plenius *ΧΙΣΔΕ*; *Ε* tamen dubiae est fidei.
v. 19. R. modo *ΤΙΤ*; postremae tres litterae Miltiadis minus certae.
v. 20. quod superest *Ω* unus habet M.
v. 22. alterum *Α* ex R. et v. 23. ex eod. *ΙΣ*, v. 24. *ΔΙ* ex M.
v. 25. *Ο* ap. Ross. evanuit paene, *Γ* Milt. dedit, sed cum praegresso *Σ* dubium est.
v. 26. M. *ΝΠΟΑΓ*, quorum *Γ* ut incertum notavit.
v. 27. M. *ΙΝ*, ubi R. modo *. Ν*; idem *Π* ubi Ross. *ΤΕ* exsculpsit, sed de litteris *Τ* et *Π* dubitat M.
v. 28. *Ι* a M. acceptum qui *ΙΑΕΟΚΑΙ* legit, elementis *Ι* et *Ο* diffidens.
v. 29. *Ν* Ross.; Milt.: *Φ*, *Ι*, *Ρ*, *Ο*, *Σ*, *Κ*, Ross. *Φ..ΟΣΚΑΙ*.
v. 30. *Σ* primum ex Rossio, apud quem desunt extrema *ΣΤ*; secundum *Ε* Miltiadi dubium visum.

v. 31. secundum *I* et in fine tres litterae ex Rossio accesserunt.
v. 32. R. *ΔΙΚ;* M. *ΑΓΚ;* extrema *ΙΔΝ* a Rossio sunt suppeditata. Quod praecedit *T* habet M., qui id ut *Σ* incertum dicit.
v. 33. M. tantum *ΝΙΚΟΝ*.
v. 34. *ON* est ex M. Rossius *N*, idem tamen *Ι.Δ*.
v. 35. M. *ΤΟΙΣΑΣΠΟΑ,* Ross. *ΙΣΤΑΣΠΟΔΙΟ*. Miltiades *Σ* etiam *Ξ* esse posse annotavit.
v. 36. ab in. Ross. *ΔΕΤΑΔ*; idem quatuor elementa in fine praebuit.
v. 37. M. *ΣΟ.ΔΕΜΑ, E* tamen dubium.
v. 38. *HP* Rossio debetur; primum *I* et secundum *E* tamquam suspecta tangit M.
v. 39. M. *I* ab in. nec certum tamen; tum *ΤΟΙΕΚΤΟΙ*.
v. 40. M. ab in. *O* et in fine tantum *ΣΩΤ*.
v. 41. M. *ΦΙΑ*, sed ut dubia; *ΔΟ* ex Rossio petitum.
v. 42. *Δ* et *Σ* ex R., post *ΟΙΝ* Miltiades *ΙΕΙΕΡ* cta et in fine *Ν.Ο* pro *ΝΤΟΝ*.
v. 43. *ΥΕΤ* ex M., ex eod. *IT* post *ΕΠ* ubi apud Ross. lacuna est duarum litterarum capax; postremum *I* ex Rossio.
v. 44. R. *ΑΝΩΤΩΘ,* M. plenius *ΤΕΦΑΝΟΤΩΟ*, priore *O* ut incerto notato; post *ΚΑΙ* Milt. *ΕΞ,* sed *Ξ* est dubium; Ross. quod dedi.
v. 45. *ΙΤΑ* ex M., item *ΛΑΜΒΑΝΕΤΩ;* Ross. *ΔΑΛ.ΑΝΕΤΟ* qui tamen *ΚΑΙ* in fine solus adiecit. *Ω* Miltiadi dubium.
v. 46. unus M. dedit, alterum *Σ* et *ΣΩ* non certa esse notans.
v. 47. Idem *N*.

Litterarum formas Rossianas reddere nobis non licuit has: ꓘΛΞ, ex quibus prima omnibus fere locis in tabula Rossii comparet, secunda apud Miltiadem quoque est. Initia versuum ex Rossii apographo constitui; certa tamen de causa eos in dextram exisse suspicor longius, quam aut Miltiades aut Rossius indicaverunt.

Iam si primum quaeritur, quale argumentum titulus habeat, et publicane auctoritate sit positus an ab homine privato, egregie Boeckhius pro ea qua pollet harum rerum experientia, apographo etiam minus pleno usus intellexit ex verbis servatis vel

facili opera suppletis (ut v. 5. εὐεργεσίας ἵδρυσα — v. 6. ἐν τᾷ ἀγορᾷ, v. 10. στεφάνῳ, v. 11. εἰκόσι χαλκέαις, v. 16. ἀνακαρῦξαι ἐν τῷ θεάτρῳ, v. 17. στέφανον, v. 34. τὸν δὲ ταμίαν δοῦναι τὸ ἀνάλωμα) decretum aliquod haberi rei publicae; et sepulcralem quidem titulum esse ex v. 4. τιμαῖς ἰσοθέοις collegit. Nam ii quidem honores rarissime *vivo* cuiquam apud Graecos, quum sui adhuc iuris essent, tributi sunt. Litterarum autem formae, indicium per se satis ambiguum, quum id certe probent, monumentum aetate Romana superius esse, apparet quo iure suam de argumento coniecturam Boeckhius fecerit. Eam locus quoque, ubi repertus est titulus, abunde confirmat nec est de Megalopolitana origine controversia. Sic fragmentum ei adnumerari debet inscriptionum classi, quam Franzius optime constituit El. Ep. p. 330. n. 3.

Ipsius decreti formulam versu fere tertio initium capere, verbum τιμᾶσαι docet manifesto; sed non est dubium, quin haud exigua inscriptionis pars prorsus perierit, sive quod fractus est lapis ab iis qui sepulcrum aperuerunt et scalae marmor postea inseruerunt, sive quod ea pars antiquitus in altera quae iam desideratur tabula perscriptus fuit. Id quod haud raro factum esse, Athenis inprimis, satis constat. V. Boeckh. Urk. üb. d. Seewes. p. 1.

Iam etsi usitatas apud Megalopolitas rationes in decretis publicis ex aliis eorum titulis, qui nulli supersunt, cognitas non habemus; tamen quae ab initio exposita fuerint, in universum licet divinare. Nam praeter notationem temporis a magistratu vel sacerdote eponymo petitam, expositio ibi locum habuerit causarum propter quas res publica hominem nescio quem honoraverit, addito fortasse eo, qui rogationem tulerat.

Nunc ut ad singula accedam v. 1. nihil me intelligere fateor, v. 2. autem quod Boeckhius posuit ἔπαυε, id ipsi auctori non satisfecit; neque enim huc facere videri Pausaniae verba VIII. 30, 4 γέγραπται καὶ ἐλεγεῖα αὐτῷ (*Polybio*, qui stelae insistebat) λέγοντα ὅτι σύμμαχος γένοιτο Ῥωμαίων καὶ παύσειεν αὐτοὺς ὀργῆς εἰς τὸ Ἑλληνικόν. Equidem si conceditur *E* male lectum esse in lapide detrito pro *Ξ*, quae facillima est confusio et frequentissima, emendandum censeo: *ΕΠΑΥΞΗΤΑΙ* ἐπαύξηται, is con-

iunctivus ut suspensus sit a praegresso ὅπως vel ἵνα. Quae autem deinceps sequuntur *ΚΑ . Α* redintegrare in mentem venit: *ΚΑ[Τ]Α[ΞΙΑΝ* vel *ΚΑ[Τ]Α[ΞΙΩΣ* κατ' ἀξίαν s. καταξίως. Ita habes: ἐπαύξηται κατ' ἀξίαν, de gloria puto et honore et memoria eius dictum, quem ornatum urbs grata voluit. Atque omnino tales locutiones usurpari in ea decretorum parte solent, quae propriae psephismatis formulae antecedit. Vide ut pauca ex plurimis afferam C. I. n. 108. 20. ὅπως ἐφάμιλλον ᾖ πᾶσι τοῖς βουλομένοις φιλοδοξεῖν, εἰδόσιν ὅτι καταξίως τιμηθήσονται τῶν εὐεργεσιῶν· ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι — n. 107. 15. ὅπως ἂν οὖν φαίνηται ο δῆμος χάριτος μεμνημένος πρὸς τοὺς εὔνους — δεδόχθαι τῷ δήμῳ. n. 2334. 12. ὅπως οὖν καὶ οἱ σύνεδροι φαίνωνται χάριτας ἀξίας ἀποδιδόντες τοῖς εὐεργετεῖν προαιρουμένοις τὸ κοινὸν τῶν νησιωτῶν· τύχῃ τῇ ἀγαθῇ δεδόχθαι. — n. 2335. 54. ὅπως οὖν καὶ ὁ δῆμος ἡμῶν φαίνηται τὰς ἐπιβαλλούσας τιμὰς τοῖς εὐεργέταις ἀποδιδούς, μιμῶνταί τε καὶ ἕτεροι· ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι. — 2347. c. 41. ὅπως οὖν καὶ ὁ ἡμέτερος δῆμος εὐχάριστος ὢν φαίνηται καὶ τιμῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας καὶ ἀξίους κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἑαυτοῦ, ἕτεροί τε πλείονες ἑαυτοὺς ἐπιδιδῶσιν ἐπιγινώσκοντες τὴν τοῦ δήμου καλοκαγαθίαν· ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. — 2525. b. C. v. 8. ὅπως οὖν καὶ Ἁλιάδαι καὶ Ἁλιασταὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας καὶ ζῶντας καὶ μεταλλάξαντας τὸν βίον φαίνωνται τιμοῦντες καὶ καταξίας χάριτας ἀποδιδόντες — τύχᾳ ἀγαθᾷ δεδόχθαι τῷ κοινῷ. n. 3065. 22. n. 3066. 16. n. 3067. 15. Κατὰ τὴν ἀξίαν τιμᾶν est apud Xenophontem Cyropaed. II. 3. 15. VIII. 3. 5. Aeschin. contra Ctesiph. p. 81 Stephan. ἐλεύθερα ἀφεῖναι κ. ἀ. Aristotel. testam. ap. Diog. Laert. V. I. 15. κ. ἀ. τοῦ γένους C. I. n. 2061. 2. μετῆλθε κ. ἀ. ὧν προυπῆρξεν. Pausan. III. 15, 4. ἀπαγγεῖλαι κ. ἀ. Charit. de Chaer. et Callirrh. I. 6. Titul. Leakei in Travels in the Morea v. III. n. 42. 2. *ΝΑΙΚΑΤΑΤΗΝΑΞΙΑΝ* —. Var. lect. Sophocl. Elect. v. 800.

Tum videtur scriptum fuisse quod Rossius quoque proposuerat supplementum versui sufficiens *ΕΔΟΞΕ ΤΑΙ* || *ΠΟΛΕΙ* ἔδοξε τᾷ πόλει. Praemitti quidem solet ut in aliis ita in sepulcralibus titulis: ἀγαθῇ τύχῃ, v. Franz. El. Ep. p. 319. C. I. n. 2316 al., sed addi boni eventus precationem non est prorsus necessarium.

Illa ἔδοξε τᾷ πόλει pariter sine eo voto habentur v. c. n. 1567. 6. n. 1334. 1. n. 1052. b. I. 2. p. 921. b. n. 1193. 4.

Sequitur nomen eius qui honoribus afficitur:

ΤΙΜΑΣΑΙ ΦΙΛΟ[Π]Ο[ΙΜΕΝΑΚΡΑΥΓΙΔΟΣ
Τ]ΙΜΑΙΣΙΣΟΘΕΟΙΣ

Dedi quae restituenda arbitror. Boeckhius, in cuius apographo *ΦΙΛΟ* tantum exstabat, nihil tentare satius duxit; Rossius Φιλόδωρον terrae aliquem filium posuit. Ad Philopoemenem servata felici casu elementa *ΦΙΛΟ Ο* manu quasi ducunt reputantem, cui tandem praeter illum et paucos alios, ut Epaminondam conditorem, Megalopolitae *divinos honores* tribuere potuerint, si quem tam insigniter ornare vellent. Ne multa, omnem scrupulum Diodori eximit locus Excerpt. de virtut. et vit. libr. XXX. 575. v. II. p. II. p. 111. L. Dindorf. Qui scriptor postquam de Philopoemenis virtutibus rebusque gestis et exitu infelici breviter exposuit, sic pergit: ἀλλ' ὅμως μετὰ τὴν τελευτὴν ὡςπερεί τινι θείᾳ προνοίᾳ τὰς ἰσοθέους τιμὰς ἠλλάξατο τῶν κατὰ τὴν τελευτὴν ἀπηντηκότων ἀκληρωμάτων· χωρὶς δὲ τῶν κοινῇ τοῖς Ἀχαιοῖς καταψηφισθέντων εἰς τιμὴν τἀνδρὸς ἡ πατρὶς ἱδρύσατο καὶ τοῦ βουθυτεῖν αὐτῷ κατ' ἐνιαυτὸν καὶ τῆς ἀρετῆς ἐγκώμιά τε καὶ ὕμνους κατέδειξεν ᾄδειν τοὺς νέους. In his ἰσοθέοις certae debetur Valesii emendationi, quum codex habeat εἰς θεούς, unde εἰσοθέοις a librario exaratum antiquiore suspiceris. Τὸ βουθυτεῖν Reiskius dedit, in manuscripto est τοῦ; videtur verbum excidisse, nisi χωρίς repeti debet. Rem autem ipsam Livii testimonium confirmat XXXIX. 50. „*sepultus ab universo Achaico concilio, adeo omnibus congestis honoribus, ut ne divinis quidem abstineretur.*“

Diodorum ipsius decreti verba hic ut alibi (cf. XVI. 90) adumbrasse, perspicuum est. Simul tituli argumentum intelligitur: decretum is continet de cultu divino a Megalopolitis civium uni omnium maximo post fata instituendo. Quali de honore infra disseram data opera; hic Diodorea secutus in declarando pergam psephismatis argumento et in enucleandis quantum fieri potest eius verbis. Lapidem in sepulcro ad Megalopolim repertum esse Miltiades scripsit: id sepulcrum potest

Philopoemenis ipsius fuisse, quum integri tituli honorarii monumentis haud raro inscripti fuerint, cf. inscriptiones quas Franzius composuit El. Ep. p. 330. not. **. n. 2771. n. 2776. n. 2786. n. 2801. n. 2817. n. 2767. Qua formula eiusmodi decretum conceptum fuerit, discimus ex titulis n. 2059. n. 2061. n. 2062. N. 2059 Olbiopolitae Theoclem, Satyri filium ἥρωα, ab octodecim civitatibus aliis coronatum (v. 1 — 4), defunctum quum archon quartum esset, publico decreto quo multis verbis de eius virtutibus et meritis exponitur, (v. 8 — 34) ita honorant: *ἀξιῶσαί τε τήν τε βουλὴν καὶ τὸν δῆμον καὶ τὰς πόλεις ὧν ἐπεδήμουν οἱ ξένοι, στεφανωθῆναι τὸν Θεοκλέα χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορευθῆναι ὑπὸ τοῦ κήρυκος ὅτι ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καὶ αἱ πόλεις τῶν παρεπιδημούντων ξένων στεφανοῦσιν Θεοκλέα Σατύρου — καὶ ἀνατεθῆναι αὐτοῦ εἰκόνα ἔνοπλον δημοσίᾳ ἐν τῷ γυμνασίῳ, οὗ τῆς κατασκευῆς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτὸς πεποίητο· τὸ δὲ ψήφισμα τοῦτο ἀναγραφῆναι εἰς στήλην λευκόλιθον καὶ ἀνατεθῆναι ἐν τῷ ἐπισημοτάτῳ τῆς πόλεως τόπῳ.* Similiter est n. 2061. 10 Olbiae: *δι' ἃ ἔδοξεν τοῖς τε ἄρχουσιν καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, στεφανωθῆναι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ, τόν τε κήρυκα ἀναγορεῦσαι ἐπὶ τῆς ἐκκομιδῆς αὐτοῦ, ὅτι ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος στεφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ Δάδον Τουμβάγου, παῖδα ἐλπίδων ἀγαθῶν ἀντεχόμενον, ἀναγραφῆναί τε τὸ ψήφισμα ἐν στήλῃ λευκολίθῳ καὶ ἀνατεθῆναι ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τῆς πόλεως τόπῳ.* Non fugit me, hos quos attuli titulos longe esse recentiores quam Philopoemeneum (cf. Boeckh. v. II. p. 127. b et p. 130. a), sed in universum usus in talibus formulis omni tempore omnibusque locis sibi constitit.

Iam *Philopoemenis* nomini, ex more in actis publicis multis [1]) recepto, *patris* poterat nomen addi, ne cum aliis homonymis confunderetur [2]): *ΚΡΑΥΓΙΔΟΣ.*

Nam *Κραῦγις* ille dictus fuit (Pausan. VIII. 27, 10. 49, 1. 52, 2. Suid. v. *Φιλοπ.*), non *Κρεῦγις* (Pausan. IV. 29, 3.) nec

1) *Multis* dixi, non *omnibus*. Neque enim non variabant Graeci. Ita archontes Attici *πατρόθεν* (Spec. On. Gr. p. 91. interpr. Thucyd. VII, 69. Schoemann. ad Isaeum p. 271.) appellari publice ut plurimum non solebant; sed vide tamen C. I. n. 194. 1. n. 477. 5. n. 478. 5. n. 181. 3. n. 374. 1. n. 205. 4. n. 276. 5. Demosth. p. 253. 11 R.

2) Quales sunt ap. Pausaniam VII. 16, 1, 8. Corp. Inscr. n. 699. 2.

Κραῦσις, quae forma in Plutarchi est codicibus Philopoem. c. I et ap. Tzetz. Chil. VI. n. 84, v. 847 iure a Kiesslingio et Sintenisio post alios spreta [1]).

Tum *patriae* significationi nec est in versu locus, neque ea requiritur, ubi quis a suis ipsius civibus ornatur. Versus autem ita ut feci redintegratus iustam fere videtur longitudinem habere.

V. 4. *τιμαῖς ἰσοθέοις*, quod nunc certissime ex utroque apographo conficitur, Boeckhius coniectura assecutus erat. Ipsa phrasis *τιμαῖς ἰσοθέοις τιμᾶν* respondet alteri non inusitatae *τιμῶν ἰσοθέων τυγχάνειν*. Cf. Polyb. X. 10, 11. allatum in Stephani thesauro et Wesseling. ad Diodor. IV. 1. 247. 32. vol. IV. 309 — 10. et ad I. 90. 102. 68. v. IV. 141. Mox ante *TA* in apographo Rossiano spatium est relictum, quod tres capit litteras; quintus autem versus quum aperte incipiat ab: *E]ΡΓΕΣΙΑΣ*, ita ut *EY* in fine ponendum sit versus 4, et ad sententiam et ad lacunam aptum videtur restituere: *ΑΡΕ]ΤΑ[ΣΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥ* || *E]ΡΓΕΣΙΑΣ*, *ἀρετᾶς ἕνεκα καὶ εὐεργεσίας*, quae sollemnis est formula. Cf. C. I. n. 1069. 4 *ὁ δᾶμος Αὐτοκράτορα Καίσαρα θεοῦ υἱόν, ἀ. ἕνεκεν κ. εὐ.* n. 1188. 4. *Βασιλῆ Εὐμενέα βασιλέος Ἀττάλου ἁ πόλις ἁ τῶν Καλαυρεατᾶν ἀνέθηκε ἀ. ἕνεκεν κ. εὐ. τᾶς εἴς τε τὸν θεὸν καὶ αὐτὰν καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλλανας.* n. 1433, 3. *ἁ πόλις Ἀλκιβίαν Τισαμενοῦ διά τε οἰκείαν ἀρετὰν καὶ διὰ τὰς ἐκ τῶν προγόνων εὐεργεσίας.* n. 3067. 3. *στεφανοῖ — εὐεργέτην ἀρετῆς ἕνεκα.* Xenoph. Hier. VII. 9. *ὅταν — στεφανῶσι κοινῆς ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας ἕνεκα.* Epigr. ap. Aeschin. contra Ctesiph. p. 80 Steph. (Anth. Gr. ep. *ἀδέσπ.* CLVI. 2) *ἀντ' εὐεργεσίης καὶ μεγάλης ἀρετῆς.* C. I. n. 2425. 1 ex Boeckhii restitutione: *ἀ. ἕ. κ. εὐ.* Latine: *virtutis causa*, v. Osann. disp. de loco Cicer. or. pro Flacco, Gissae MDCCCXXX. p. 5. Orell. inscr. lat. n. 4698.

Ib. *ΙΔΡΥ Α ἱδρῦ[σ]α[ι* fuit, vel potius *ἱδρύ[σ]ασθαι*; in-

---

1) In Antipatri epigr. XVII. 10 (Brunck. Anal. II. 10.) editum est *Κραῦβις ὁ θηρευτάς, Ἀρκὰς ἀπ' Ὀρχομενοῦ.* *Κραῦβις* est in cod. Vat., in Planud. *Κράμβις*, sed *Κραῦγις* cum Brunckio reducendum videtur. Ita etiam inter *Κρεύσας* et *Κρεύγας* fluctuant codices Pausan. II. 20, 1. Cf. VIII. 40, 3. I. H. Krause Die Pythien, Nemeen und Isthmien p. 156. *Crauxidas Κραυγώνιος* (ita enim ex libris scribendum erat) est ap. Pausan. V. 8, 3.

certa tamen eorum est restitutio, quae iam sequebantur. Simplicissimum videtur refingere:

ΙΔΡΥ[Σ]ΑΣΘΑΙΔΕΑΥΤΟΝΕ
ΝΤΑΙΑΓΟΡΑΙ

ut est apud Diodorum l. l. ἡ πατρὶς ἱδρύσατο. Nam quod ibi L. Dindorfius annotavit: „ad hoc deest ἀνδριάντα post τάνδρός fortasse ponendum", ea coniectura quamvis facili non est opus. Frequenter ut deus ita homo ipse aliquis poni dicitur pro eius statua, cf. C. I. n. 441. 2. εἵδρυσεν ὁ πατὴρ Εὐτυχίαν. n. 2954. A. αὐτῇ — εἱδρύσθαι vol. II. p. 601. b. n. 2567. 1. τὰν Δάματρα καὶ τὰν Κώραν Ἀρχεδίκα — ἐκ τῶν ἰδίων ἱδρύσατο. Pausan. II. 19, 3. Δαναὸς ἱδρύσατο Λύκιον Ἀπόλλωνα. III. 12, 7. Ἀπόλλων ἵδρυται. X. 37 6., ἡ Ἀδράστεια ἵδρυται. Vita Sophocl. p. XXIII Schaef. ann. 1810. ἱδρύθη — ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱοῦ μετὰ τὴν τελευτήν. Pollux IX. 121. ἥρως — ἵδρυται. Et ἵδρυμα pro *statua* dici notissimum est, v. Welcker. Aeschyl. Trilog. p. 121. n. 151. Verum alia quoque in titulo scripta esse potuerunt, ut ἄγαλμα, Pausan. III. 12, 4. 22, 2. 26, 4. IV. 31, 6. VII. 48, 6. VIII. 53, 1; ἡρῷον Herodot. V. 47. ἱερόν Stephani Thesaur. IV. 2. 523. Paris. ναόν Diod. Sic. XVII. 10. Pausan. II. 33, 1. III. 14, 4. V. 1, 5. Plutarch. Mario 17. Athen. VI. p. 253. B. τέμενος C. I. n. 3155. 1. Boeckh. C. I. v. II. p. 665. a. Dissen. Pindar. v. II. p. 604. Maetzner. ad Lycurg. p. 73.

De *foro* Megalopolis v. Pausan. VIII. 30, 2, atque in foris eiusmodi *statuam honorariam*, si recte conieci, collocari valde erat usitatum, Aelian. V. H. VIII. 16. Quae supersunt v. 6. 7.

ΤΟΝΜ
ΝΑΣΤΙΟΣΤΑΣΜΑΙ

recte hunc in modum a me suppleta esse: το[ῦ] Μ[εγαλοπολιτῶ]ν ἄστιος, non praesto. Conferebam Pausan. VIII. 30, 1. ἀπωτέρω Μεγαλοπολιτῶν τοῦ ἄστεως et VIII. 36, 6. Fortasse est qui v. 7 ab initio *gymnasii* (Pausan. VIII. 31, 6) mentionem factam fuisse coniiciat, quamquam id etiam magis dubium videtur.

Tum elementa *ΤΑΣΜΑΙ* nescio an restent de verbis *ΤΑΣΜΑ[ΤΡΟΣΤΩΝΘΕΩΝ*, τᾶς Ματρὸς τῶν θεῶν. ut iuberi credamus, Philopoemenis statuam in vicinia templi Magnae Matris erigi. Id templum in foro fuisse Pausanias docet l. l. 2. ἔστι

δὲ ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα οὐ μέγα Μητρὸς θεῶν, τοῦ ναοῦ δὲ ὅτι μὴ οἱ κίονες ἄλλο ὑπόλοιπον οὐδέν· πρὸ δὲ τοῦ ναοῦ τῆς Μητρὸς ἀνδριὰς μὲν οὐδείς ἐστι, δῆλα δὲ ἦν τὰ βάθρα, ἐφ' ὧν ἀνδριάντες ποτὲ ἑστήκεσαν· ἐλεγεῖον δὲ ἐπὶ ἑνὸς γεγραμμένον τῶν βάθρων Διοφάνους φησὶν εἶναι τὴν εἰκόνα. Certe aptum Philopoemeni locum iuxta Diophanem fuisse, nemo non intelligit.

Inde a versu 8 de *ara* est sermo. Potest accusativus βωμὸν a verbo ἱδρύσασθαι v. 5 simul suspensus fuisse, v. C. I. n. 1177. n. 2140. 31. Anacr. epigr. XII. 1. p. 279 Bergk. Aristoph. Danaid. IV. 2. Demosth. pro Corona p. 256 in f. Nicol. Damasc. p. 240 Coraes. Diod. Sic. IV. 49. Plutarch. Cimon. 13. Aristid. 19. Alex. 62. Arrian. I. 17, 6. Pausan. V. 15, 4. VIII. 26, 4. Pindari vit. e cod. Vrat. p. 9 Boeckh. Epigr. ἀδέσπ. CCXIII. DXLVII. CLXVI.

Fortasse tamen lectum olim est:

ΚΑΙΒΩΜΟΝΚΑ[ΤΑΣΚΕΥΑΣΑΙΚ
ΑΛΛΙΣΤΟΝ

καὶ βωμὸν κατασκευάσαι κάλλιστον. Nam quod dedi supra *Δ* post *ΚΑΙ*, id et *Λ* et *Α* fuisse posse Miltiades annotavit; *Ι* autem cum *Τ* permutare non est nimiae audaciae. Iam verba habes, si non genuina hoc loco, at certe graeca, v. Platon. Sympos. p. 189. C. μέγιστ' ἂν αὐτοῦ ἱερὰ κατασκευάσαι καὶ βωμούς et Xenoph. de vectig. I. 4. πέφυκε λίθος ἐν αὐτῇ (Ἀττικῇ) ἄφθονος, ἐξ οὗ κάλλιστοι μὲν ναοί, κάλλιστοι δὲ βωμοὶ γίγνονται, εὐπρεπέστατα δὲ τοῖς θεοῖς ἀγάλματα et C. I. n. 3124. προνοησαμένου τῆς τε ἐπιθέσεως τοῦ ἀνδριάντος καὶ τῆς τοῦ βωμοῦ κατασκευῆς Κλ. Πρειμιγένους, quem titulum ea quoque de causa affero, quod ibi ut hic, post statuam ara commemoratur. Adde C. I. n. 2954. A. αὐτή τε εἱδρύσθαι καὶ βωμοὺς ἀνακεῖσθαι. Illum igitur βωμὸν *aram* 1) aliquis interpretetur, in qua Philopoemeni deo sacra fierent, fortasse haud procul a sepulcro structam, v. Pausan. II. 15, 3. ἐνταῦθά ἐστι μὲν Ὀφέλτου τάφος, περὶ δὲ αὐτὸν θριγκὸς λίθων καὶ ἐντὸς τοῦ περιβόλου βωμοί.

Nec minus tamen probabilis altera videtur explicatio, ex qua de *ara sepulcri* cogites (v. Virgil. Aeneid. VI. 177, ubi cf.

---

1) De ἐσχάρᾳ heroibus alias dedicata v. Nitzsch. ad Odyss. V. 59. X. 517.

Heynius et Thiel. ad VI. 215. Hertzberg. de diis Roman. patriis p. 9. Orell. Inscr. Lat. n. 4521. n. 4522). Ipsum scilicet sepulcrum sive monumentum saepe propter inferias ibi allatas (Iacobs. Animadv. in Epigr. Anth Gr. III. 2. p. 261.) *arae* formam habebat et nomen, v. Boeckh. C. I. v. II. p. 533. b. p. 534. b. C. I. n. 2026 3. n. 2530 — 5. v. II. p. 394. b. n. 2540. 2541. 2543. n. 2545. p. 396. a. Simonid. encom. *εἰς τοὺς ἐν Θερμοπύλαις θανόντας* v. 3. *βωμὸς δ' ὁ τάφος*. Stephan. Thesaur. II. 2. 473 Paris. Annali dell' instit. di corresp. archeol. per l'anno 1829, fascic. I. II. p. 144. Plutarch. Themist. 32. *κρηπίς ἐστιν εὐμεγέθης καὶ τὸ περὶ αὐτὴν βωμοειδὲς τάφος τοῦ Θεμιστοκλέους*. Pausan. III. 19, 3. *τοῦ — ἀγάλματος τὸ βάθρον παρέχεται μὲν βωμοῦ σχῆμα, τεθάφθαι δὲ τὸν Ὑάκινθον λέγουσιν ἐν αὐτῷ, καὶ Ὑακινθίοις — ἐς τοῦτον Ὑακίνθῳ τὸν βωμὸν διὰ θύρας χαλκῆς ἐναγίζουσιν· ἐν ἀριστερᾷ δέ ἐστιν ἡ θύρα τοῦ βωμοῦ*. II. 29, 6. *τοῦ περιβόλου — ἐντὸς — βωμός ἐστιν οὐ πολὺ ἀνέχων ἐκ τῆς γῆς· ὡς δὲ καὶ μνῆμα οὗτος ὁ βωμὸς εἴη Αἰακοῦ λεγόμενόν ἐστιν ἐν ἀποῤῥήτῳ*. Ross. Reisen durch d. griech. Inseln p. 36. Omisit has aras Becker. in Charicle II. p. 191, ubi praeter *κολώνας, τύμβους, χώματα* quatuor sepulcrorum genera posuit 1) *στήλας* 2) *κίονας* 3) *ναΐδια* vel *ἡρῷα* 4) *τραπέζας* (mensa, Orell. Inscr. Lat. n. 4460 c. not. Hagenbuch.).

V. 9 clausula *ΚΑΙΕ* cum sequentibus diu frustra me exercuit. V. 10 aperta sunt verba *Δ]ιὸς Σωτῆρος*, cuius dei de cultu Megalopolitano iam Boeckhius Pausaniam laudavit VIII. 30, 5. *τῆς στοᾶς* (*τῆς Ἀρισταν δρείου* sc. in foro) *ἐστὶν ἐγγυτάτω ὡς πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἱερὸν Σωτῆρος ἐπίκλησιν Διός· κεκόσμηται δὲ πέριξ κίοσι*. Idem deus redit v. 40 et nisi me fallit v. 46. Iam vero in eo haereo, quod qua ratione verba *ΣΤΕΦΑ* et v. 11 *ΟΣΙΧΑΛΚΕΑΙ[Σ* (i. e. *εἰκόσι χαλκέαις*) exiguo spatio distantia, coniuncta fuerint difficile est dictu, etsi ne id quidem constat, ad unum idemque enunciatum referenda esse. Quod v. 9 statim coniicias de *arae* loco: *ΚΑΙ[ΣΤΑΣΑΙΕΝΙΕΡΩΙΤΩΙΔΙ* || *ΟΣΣΩΤΗΡΟΣ* *καὶ [στᾶσαι ἐν ἱερῷ τῷ Δι]ὸς Σωτῆρος*, vel brevius ob spatii angustias: *καὶ [στᾶσαι ἐν Δι]ὸς Σωτῆρος*, id propter *ΣΤΕΦΑ* non videtur ferri posse, siquidem admissa illa coniectura iam verbum requiritur, non nomen, dativo *εἰκόσι χαλκέαις* adaptandum. At *στεφα[νῶσαι δὲ καὶ εἰκ]όσι χαλκέαις*, id

ut sit *τιμᾶσαι*, dici vix potest, nec locus relictus est alteri verbo ut ipsi *τιμᾶσαι*, unde *εἰκόσι χαλκέαις* pendeat, nec denique *στεφανῶσαι* ita nude dictum magnopere placet, quod accuratior coronae definitio alias solet accedere (*στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ*).

Hac igitur via quum parum proficiamus, aliam ingrediamur necesse est. Quae donec inventa fuerit talis, ut nullum restet erroris periculum, equidem proponam:

ΚΑΙ[ΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙ ΔΙ]
ΟΣΣΩΤΗΡΟΣΣΤΕΦΑΝ[ΝΩΙΚΑΙΕΙΚ
ΟΣΙΧΑΛΚΕΑΙΣ

καὶ [στεφανῶσαι Δι]ὸς Σωτῆρος στεφά[νῳ καὶ εἰκ]όσι χαλκέαις. *Coronam Iovialem* Philopoemeni novo deo tribuendam eam interpretor, quae et victoribus in *Soteriorum* agone dabatur, quemadmodum est apud Pindarum Nem. IX. 52. *θεμιπλέκτοις ἅμα || Λατοΐδα στεφάνοις ἐκ τᾶς ἱερᾶς Σικυῶνος.* Dubiam scio coniecturam esse, quum de Soteriis Megalopoli celebratis non constet; non ineptam tamen duco.

Deinde quemadmodum *vivis* statua data est simul cum corona saepissime (Ps. Plutarch. X Orat. Lycurg. s. f. p. 67 Westerm. Diogen. Laert. VII. 1. 6.), ita iidem honores coniuncti *mortuis* habiti sunt, vide e. c. C. I. n. 2486. 3. *ὁ δᾶμος ἐτείμασε — ἥρωα εἰκόνι χαλκέᾳ καὶ στεφάνῳ διηνεκεῖ.* n. 3185. 13. *δεδόχθαι τῷ δήμῳ στεφανῶσαι Ἀθηνόδωρον* (*μετηλλαχότα* v. 12.) *χρυσῷ στεφάνῳ καὶ εἰκόνι χαλκῇ· στεφανωθῆναι δὲ αὐτὸν καὶ ὑπὸ τοῦ γυμνασιάρχου καὶ τῶν νέων, καὶ ὑπὸ τῶν παιδονόμων καὶ παίδων χρ. στ. κ. εἰκ. χ., καὶ ὑπὸ τοῦ ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας καὶ τῶν παρθένων χρ. στ. κ. εἰκ. χ.* Unde etiam probatur, graece dictum esse, quod conieci: *στεφανῶσαι στεφάνῳ καὶ εἰκόνι.*

Sed si cui haec mea ratio displicet, is collato titulo n. 2804. 18. *ἀνδριάντι κοσμήσασα τὸ τρίτον ἡ πόλις* et adhibitis inscriptionibus recentioribus (Franz. El. Ep. p. 330 not. *) n. 2039. 4. n. 2109. c. 3. *ἀγάλματι ἀνέστησεν*, n. 2384. b. *ἀνέστησεν ἐν ἀνδριάντι μαρμαρινῷ*, alia comminiscatur supplementa. Ego iam manum de tabula.

V. 11. *εἰκόνες χάλκεαι* (v. C. I. n. 107. 26. n. 1106. 4. n. 2486. 3. n. 3185. 14. 16. 18. 20. X Or. Isocr. p. 56 Westerm.

decret. II post X Orat. p. 92. decr. III. p. 95. Alexid. Dorc. fr. I. 2. v. III. p. 407 Meinek. Plutarch. Alex. 16. Arat. 14. Arrian. III. 16. 7. Diogen. Laert. VII. 1. 6. Pausan. I. 2, 4. 17, 2. III. 11, 5. 17, 8. IV. 32, 1. V. 20, 4. 25, 1. VI. 3, 6. 20, 10. VII. 3, 4. IX. 38. 4. X. 7, 1. 13, 3. 17, 1. 24, 2. Iacobs. Anthol. Gr. vol. XI. p. 263.) Boeckhio interprete *statuae* sunt (i. e. *ἀνδριάντες χαλκοῖ*) [1]), quae quum etiam *λαΐνεαι* (C. I. n. 408. 2. n. 1080. 3. *εἰκόνι μαρμαρίνῃ* n. 2377. 2) esse possent vel *ξύλινοι* (Vit. Lycurgi p. 67 Westerm.), accuratior addenda erat definitio. Iam vero ne quem offendat, quod supra v. 5 verbum *ἱδρύσασθαι* item de *statua* intellectum volui. Etenim praeter Philopomenem *marmoreum aereae* quoque eius *statuae* dedicari potuerunt alia alio loco. Certe de *protomis* cur cogitetur necessario non est causa, licet per linguae usum fieri id possit, v. Boeckh. C. I. v. II. p. 664. a. n. 1378. 8. *τάς τε εἰκόνας καὶ τοὺς ἀνδριάντας τῶν νενεικηκότων ἀναστήσας* i. e. *protomas hermis impositas et statuas iconicas*. n. 3085. 3. *στεφάνῳ χρυσῷ καὶ εἰκόνι γραπτῇ καὶ εἰκόνι γραπτῇ τελείᾳ καὶ εἰκόνι χαλκῇ καὶ ἀγάλματι μαρμαρίνῳ καὶ εἰκόνι χρυσῇ*· ubi *εἰκόνα χαλκῆν* et *εἰκ. χρυσῆν* pariter pro *thoracibus* habeo, qui ex laminis aureis et aereis ducti erant. — Ceterum v. Pausan. VIII. 49, 1. *οὐ πόῤῥω τῆς ἀγορᾶς* (Tegeae) *θέατρόν τέ ἐστι καὶ πρὸς αὐτῷ βάθρα εἰκόνων χαλκῶν· αὐταὶ δὲ οὐκ εἰσὶν ἔτι αἱ εἰκόνες· ἐλεγεῖον δ' ἐφ' ἑνὶ τῶν βάθρων ἐστὶ Φιλοποίμενος τὸν ἀνδριάντα εἶναι* (coll. 32, 3 ubi habetur epigramma), et Plutarchi verba Philop. XXI. *οὐσῶν πολλῶν εἰκόνων αὐτοῦ.*

V. 12. litteras *NMIANENT* ad dedicationem et collocationem statuarum referri oportere, Boeckhius vidit perspicaciter. Accusativus *τὰ]ν μίαν ἐν τ* — vel *τὰν μὲ]ν μίαν ἐν τ* — pendet a praegresso, opinor, *ΣΤΑΣΑΙ* quod v. 11 excidit, atque item v. 14. *τὰν δὲ ἄλ[λαν* et v. 15. *τ]ὰν δὲ ἄλλ[αν* ex Boeckhii sen-

---

1) Plutarch. Phocion. 38. Pausan. I. 16, 1. 23, 2. II. 21, 2. IV. 32, 5. VI. 25, 5. X. 34, 2. 36, 4. Quae idem scriptor enumerat *χαλκᾶ ἀγάλματα deorum* sunt vel *heroum* simulacra, non *hominum*. Vide I. 26, 4. 28, 2. 40, 2. 43, 7. II. 2, 3. 3, 5. 4, 6. 13, 3. 22, 8. 24, 1. III. 17, 3. 21, 7. 26, 1, 2. IV. 34, 3, 4. 36, 4. V. 21, 2. 24, 1. VI. 25, 2. VIII. 30, 2. 36, 5. 7. 42, 4. X. 32, 2. 34, 3. Conf. Leakeum Topogr. v. Athen p. 93. n. 1.

tentia, ubi non videtur bis positum τὰν ἄλλαν male habere, si quidem in iis, quae iam desunt, certum statuarum numerum decretum fuisse statuitur. Boeckhius conferre lectorem iubet C. I. n. 108. 33. ἀναγράψαι — τὸ ψήφισμα εἰστήλας λιθίνας δύο καὶ στῆσαι μίαν μὲν ἐν γυμνασίῳ, μίαν δὲ ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τῆς ἀγορᾶς τόπῳ· adde de columnis n. 2155. 24. εἰς στήλας λιθίνας διττάς, καὶ στῆσαι τὴν μὲν ἐν Ἀθήνησι, τὴν δὲ ἐμ Μυρίνῃ. n. 2555. 4. στάλας λιθίνας τρεῖς — τὰν μὲν θέντων οἱ Ἱεραπύτνιοι — τὰν δὲ ἄλλαν οἱ κατοικόντες Ἱεραπύτνιοι — τὰν δὲ τρίταν· de statuis n. 3067. 27. ἀναθεῖναι δὲ αὐτοῦ καὶ εἰκόνας τρεῖς [1]), τὴν μὲν μίαν ἐν Τέῳ ἐν τῷ θεάτρῳ, v. 30. τὴν δὲ ἄλλην ἐν Δήλῳ, v. 31. τὴν δὲ τρίτην οὗ ἂν ἀναθῇ Κράτων· decret. Byzant. ap. Demosth. pro corona p. 256 R. στᾶσαι δὲ καὶ εἰκόνας τρεῖς ἑκκαιδεκαπήχεις ἐν τῷ Βοσπορίχῳ. Loca ubi singulae εἰκόνες ponendae essent, hic indicata fuisse per se patet; una fortasse stoam decorabat a Philopoemene conditam, v. Plutarch. vit. c. 16. Nec est incredibile, magistratum quoque hoc decreti loco scriptum fuisse, cuius curae dedicatio committeretur.

V. 16 optime Boeckhius: ἀνακαρ]ῦξαι ἐν τ[ῷ θεάτρῳ „*de renunciando honore et probabiliter de coronatione*", quum v. 17 sit *EΦ NON* i. e. στ]έφ[α]νον. De coronis a civitate defuncto alicui simul cum titulo sepulcrali tributis Boeckhium confer C. I. lemm. n. 3216. v. II. p. 741. Franzium El. Ep. p. 331. Becker. Charicl. v. II. p. 172. Paschalium de coron. IV. 4. Stanlei. ad Aeschyl. Choeph. v. 93. Aristoph. fragm. p. 1148. Bergk. [2]).

Renunciatio autem, interdum quotannis in solemnibus publicis repetenda, per praeconem plerumque fieri solebat, v. C. I. n. 101. 28. ἀνειπεῖν ἐν τῷ θεάτρῳ τὸν κήρυκα τραγῳδῶν ἐν ἀγῶνι, ὅτι στεφανοῦσι Πειραιεῖς Καλλιδάμαντα, tit. naval. in Boeckh. Urk. p. 464. καὶ ἀναγορευσάτω ὁ κῆρυξ τῆς βουλῆς Θαργηλίων τῷ ἀγῶνι τοὺς στεφάνους, C. I. n. 2347. c. 47. καὶ ἀναγορεύειν κατ' ἔτος ἕκαστον τὸν ἱεροκήρυκα Διονυσίων τε τῷ ἀγῶνι τῶν τραγῳδῶν καὶ Ἡρακλείων τῇ πομπῇ καὶ Δημητριείων τῇ λανπάδι κήρυγμα τόδε·

---

1) Tres statuae etiam Puteolanae mulieri ponuntur funere publico honoratae, v. titulum latinum ab Osanno editum in Allgem. Schulzeit. 1829. n. 10.

2) Cf. Orell. tit. Lat. n. 4380. n. 4382.

Στεφανοῖ ὁ δῆμος κτλ. n. 2059. 36. n. 2061. 13. Interdum tamen alii eam rem curabant, v. C. I. n. 107. 22. *ἀνειπεῖν τὸν στέφανον Διονυσίων τῶν μεγάλων τραγῳδοῖς ἐν τῷ θεάτρῳ· τῆς δὲ ποιήσεως τοῦ στεφάνου καὶ τῆς ἀναγορεύσεως ἐπιμεληθῆναι τοὺς ἐπὶ τῇ διοικήσει·* n. 120. 13. *καὶ ἀναγορεύειν τὸν στέφανον τοὺς ἱεροποιοὺς ἀεὶ καθ' ἑκάστην θυσίαν μετὰ τὰ ἱερά· ἐὰν δὲ μὴ ἀναγορεύωσιν ἢ μὴ στεφανῶσιν, ἀποτεισάτω ἕκαστος αὐτῶν — δραχμάς.* n. 2330. 5. *καὶ ἀναγορεῦσαι αὐτῷ τὸν στέφανον τὸν ἄρχοντα τὴν στεφανηφόρον ἀρχὴν ἐν τῷ θεάτρῳ Ποσιδείων καὶ Διονυσίων τῷ ἀγῶνι τῶν τραγῳδῶν.* n. 3066. 24. *ἀναγγεῖλαι αὐτῶν τὸν στέφανον τοῖς Λευκαθέοις μετὰ τὰς σπονδάς* et v. 26. *τῆς δὲ ἀναγγελίας ἐπιμελεῖσθαι τοὺς καθ' ἕκαστον ἔτος γινομένους προστάτας* sc. *τῆς συμμορίας.* n. 3067. 22. *στεφανοῦν Κράτωνα — καθ' ἕκαστον ἔτος εἰςαεὶ ἐν τῷ θεάτρῳ ἐν ῇ ἡμέρᾳ ἂν ἡ πομπὴ γίνηται* et v. 26. *τῆς δὲ ἀνακηρύξεως τῆς τοῦ στεφάνου ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τὸν ἑκάστοτε γινόμενον ἀγωνοθέτην.* n. 3068. A. 15. *ἀνακήρυξίν τε στεφάνου — ἣμ ποιήσεται αἰεὶ ἐν τῷ θεάτρῳ ὁ ἑκάστοτε γινόμενος ἀγωνοθέτης καὶ ἱερεὺς βασιλέως Εὐμένου* B. 15 sqq. 21 sqq. Porro vide n. 2270. 13. *τιμηθῆναι χρυσῷ στεφάνῳ ἀνηγορευμένῳ ἐν τῷ ἐν ἄστει θεάτρῳ.* n. 2099. 9. *τειμηθέντα ὑπὸ τῆς πόλεως ἀϊδίῳ ἀναγορεύσει* ad quae cf. Boeckh. v. II. p. 146. b. n. 2220. 3. *στεφανοῦσιν δι' αἰῶνος χρυσῷ στεφάνῳ* et v. 5. *στεφανοῦσθαι κατ' ἐνιαυτὸν χρυσῷ στεφάνῳ τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τοῦ Ἀρτεμεισιῶνος καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς ταῖς ἐπιτελουμέναις θυσίαις,* tit. Tegeat. a Rossio editum Intelligenzbl. d. Allgem. Litt. 1838. n. 40. p. 323. v. 7. *καρῦξαι δὲ καὶ ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Ἀλεαίων ὅτι ἁ σύνοδος τῶν γερόντων στεφανοῖ — χρυσῷ στεφάνῳ,* Boeckhium ad n. 1572. v. I. p. 755. b. Osann. Syllog. p. 128.

Apparet, praeter *ἀνακαρῦξαι* etiam *καρῦξαι* aut *ἀναγορεῦσαι* (Ross. *ΞΑΙ*) fuisse in lapide posse. *Theatrum* autem, locum in plerisque omnibus Graeciae oppidis non solum fabulis spectandis factum [1]), quo iure Boeckhius commemorari censuerit, inscriptiones quas attuli docent. Et vide de Megalopolitarum theatro Pausan. VIII. 32. 1. *ἡ ἐπέκεινα τοῦ ποταμοῦ (Ἑλισσόντος) μοῖρα ἡ κατὰ μεσημβρίαν παρείχετο ἐς μνήμην θέατρον μέγιστον τῶν*

---

1) Vide, ne multa, Tittmannum Darstell. d. griech. Staatsverf. p. 684. Osann. Syllog. p. 128. 138. 351. 354.

ἐν τῇ Ἑλλάδι· ἐν δὲ αὐτῷ ἀέναός ἐστιν ὕδατος πηγή. His repugnant quae idem scripsit II. 27. 5: Ἐπιδαυρίοις δέ ἐστι θέατρον ἐν τῷ ἱερῷ, μάλιστα ἐμοὶ δοκεῖν θέας ἄξιον· τὰ μὲν γὰρ Ῥωμαίων πολὺ δή τι καὶ ὑπερῆρε τῶν πανταχοῦ τῷ κόσμῳ, μεγέθει δὲ Ἀρκάδων τὸ ἐν Μεγάλῃ πόλει. Sed lege Leakium Topogr. v. Athen p. 146. not. 2. Travels in the Morea II. 32 — 42. et Dodwellum (Class. u. topogr. Reise durch Griech. übers. v. Sickler. II. 2. p. 240 — 1.) de illius ruderibus exponentes. Urbs ipsa iam a Cleomene vastata (Polyb. II. 55. Plutarch. Philop. 5. Pausan. VIII. 27, 10.), in quam Strabonis (VIII. 8. p. 388) aetate vere dici poterat comici illud: ἐρημία μεγάλη 'στὶν ἡ Μεγαλόπολις [1]), hodie tanquam proiectum oppidi cadaver iacet, de quo Εὐθύμιος Καστόρχης, Arcas iuvenis bonarum litterarum amore flagrantissimus, qui ab aliquot inde mensibus in hac schola Portensi lectiones frequentat, haec ad me scripta dedit: Ἐπὶ τῶν ἐρειπίων τῆς Μεγάλης πόλεως κεῖται νῦν μικρά τις κώμη γεωργῶν, Σινάνου καλουμένη, ἐκ τοῦ ὀνόματος, πιθανῶς, Τουρκοῦ τινός, κτήτορος πρὸ τῆς Ἑλληνικῆς ἐπαναστάσεως τῆς χώρας ταύτης. Τῶν μέχρι τοῦδε διασωθέντων λειψάνων τῆς πόλεως ταύτης, ἐξ ὧν δύναταί τις εἰκάσαι, ὅτι πάλαι ποτὲ πόλις ὑπῆρχεν, οὐδέν ἐστι πολλοῦ λόγου ἄξιον· ἐπεὶ πάντα σύνισταντται ἐκ σωρῶν λίθων ἔνθεν κἀκεῖθεν ἀτάκτως ἐῤῥιμμένων· ἐν οἷς καί τινες ἀρχαίας ἐπιγραφὰς φέροντες· οὐδὲν δὲ ἀρχαίου ναοῦ ἢ θεάτρου[!], ὡς ἐν πολλαῖς ἄλλαις ἀρχαίαις πόλεσι τῆς τε Πελοποννήσου καὶ τῆς ἔξω Ἑλλάδος ἔστι ἰδεῖν. Confer tamen Rossium in itinerario nunc ipsum evulgato: „Reisen u. Reiserouten durch Griechenl." Berlin 1841, v. I. p. 74 — 84.

In titulo quae deinceps enotata sunt elementa usque ad v. 24., ea vati relinquenda censeo. V. 25. Boeckhius satis probabiliter π]όλιας et v. 26. τ]ὰν πόλι[ν restituit. V. 28. ΙΛΕΩΣ suspicetur aliquis superesse de nomine βασ]ιλέως et ΚΑΙ statim sequens redintegret: Κ[λεομένους, Plutarch. Philopoem. 5. Verum haec incertissima esse, vix est quod dicam. Nec v. 29 litterae: Ν ΦΙΡΟΣ faciles mihi se praebuerunt, coniungere variis modis tentanti: Ε]Φ[Ο]ΡΟΣ; Ε]Φ[Η]ΒΟΣ; ΣΤΕΦΑ]Ν[Η]Φ[Ο]ΡΟΣ; ΜΕΛΑ]Ν[ΗΦ[Ο]ΡΟΣ. Στεφανηφορίαν cogitabam a Megalo-

1) C. G. Zumpt. Ueb. d. Stand d. Bevölk. u. d. Volksverm. im Alt p. 9.

politis in defuncti honorem die quo eius memoria celebratur, institutam; Plut. Arat. 53. *ἐφείπετο ἡ βουλὴ στεφανηφοροῦσα* et simile quid est C. I. n. 2144, etsi in causa longe alia. Verum amplius his hariolationibus immorari nihil iuvat. V. 30 Boeckhius: „*μὲν ἐς ἑστ* — fortasse *Ἑστίας* vel *ἑστίασιν*"; idem fere v. 41 scriptum videtur fuisse, ambigua tamen est coniectura vel ideo, quod alterum *E* dubium videri Miltiades annotavit.

V. 31. *ΣΤΑΙΝΙΤΑΙ Ι ΛΒ* quamvis novem priores litterae ab utroque editore tamquam in lapide conspicuae proferantur, tamen quin aliae fuerint ab origine non dubito. Ita potius insculptum fuisse existimo:

ΕΠ]*ΑΙΝ*[*Η*]*ΤΑΙ*[*ΚΑ*]*Ι*[*ΛΑ*]*Β*[*ΗΙ* „ut Philopoemen *ἐπαινῆται καὶ λάβῃ*" v. c. *τιμάς* nescio quas, ut C. I. n. 1242. 2. *εἰληφώς τὰς τῆς ἀριστοπολειτείας τιμάς*. n. 1343. 4. n. 1346. 4. n. 1352. 6. n. 1625. 6. 29. Plutarch. Agesil. 40. Pausan. VI. 20, 6. X. 13, 4.

V. 32. Rossius suum secutus apographum *δικασίας* dedit, cuius nominis nec de usu et auctoritate satis constat, v. Stephan. Thesaur. II. 5. p. 1483 Paris., et quid hoc loco significet obscurum est. Sed ea quam supra exhibui scriptura praestare omnino videtur, ut scribere velis *Ἀ*[*ρ*]*κάσι* vel mutato *Σ* in *Δ*: *Ἀ*[*ρ*]*κα*[*δ*]*ίας*.

V. 33. Rossius dubitanter dedit *Νίκων καὶ Ἵππ*[*αρχος*: eorum nominum homines in iis certe, quae hodie apud veteres de Philopoemene leguntur, reperiri non videntur. Equidem, nisi forte —*νικῶν* clausula est adiectivi et *ἱππ*— initium, v. c. *ἀγώνων γυμ*]*νικῶν καὶ ἱππ*[*ικῶν* [1]), proposuerim: *νικῶν καὶ ἱππ*[*αρχῶν*, ut ipse Philopoemen intelligendus sit, cuius e. g. insignis fuit victoria de Machanida, statua equestri celebrata, Plutarch. Philopoem. 10, qui idem ex Creta redux *Ἀχαιῶν ἵππαρχος* factus est (ib. c. 7. Suid. s. v.) et extremo tempore cum equitibus celeriter collectis Dinocratem Messenium in fugam vertit c. 1.

---

1) Plutarch. Timol. 39. *ἐτίμησε — εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς, ἱππικοῖς, γυμνικοῖς*. Herodot. VI. 38. *ἀγῶνα γυμνικόν τε καὶ ἱππικὸν* in Miltiadis sc. honorem. id. I. 167.

Paulo clarius quae sequuntur perspici possunt. V. 34 Boeckhius recte procul dubio scripsit *τ]ὸν δὲ ταμία[ν] δ[οῦναι τὸ ἀνάλωμα* ad Attica et aliorum decreta, v. Staatsh. d. Athen. v. I. p. 185 C. I. n. 92. 15. n. 87. 17. n. 1193. 22. 36. n. 1841. 15. n. 1843. 16. n. 1844. 18. n. 1845. 145. al. Qui tamen sumtus dicantur, incertum est. Potest de omni pecunia mandatum fuisse in Philopoemenis statuas coronas sepulturam eroganda, potest de argento uni alicui honori ut sacrificiis destinato, quemadmodum est n. 2656. 14. *τοὺς δὲ ταμίας διδόναι τοῖς πρυτάνεσιν εἰς τὴν θυσίαν τῆς Ἀρτέμιδος ἐντελές, δραχμὰς τριάκοντα.* Nec absonum videtur opinari, non sumtus sed victimas hic commemoratas fuisse, quas et ipsas quaestor interdum praebebat, v. n. 3137. II. 82. *τὰ δὲ ἱερεῖα τὰ εἰς τὰ ὁρκώματα ἐν Σμύρνῃ [δότω ὁ ταμίας Καλ]λῖνος ἀφ' ὧν ψηφίσηται ὁ δῆμος· ἐν δὲ Μαγνησίᾳ οἱ ταμίαι οἷς ἂν τὸ πλῆθος ἐπιτάξῃ,* v. II. p. 697. a, quum contra Athenis *βοῶναι* huic negotio praeessent, Boeckh. Staatsh. d. Ath. I. 232.

Tum v. 35 fuit fortasse *τοῖς τᾶς πόλιο[ς ἱεροποιοῖς* vel *ἱεροθύταις* [1]), quibus tradi deberent victimae. V. 36 initium *ΙΝΑΣΤΑΔ* dubium est; potuit de *δοκιμασίᾳ ἱερείων* dici, quae, quum *πηρά* sive *ἀνάπηρα* ingrata diis essent et sacerdotibus (Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 317. A.) sacras portiones [2]) accipientibus (Lobeck. Aglaoph. p. 880 not.), religiose spectari solebant. Cf. C. I. n. 1688. 14. *καὶ τὰ ἱερήϊα ἀθρόα συναγόντων, τοὺς ὄνους, τὸν δοκιμα* — v. 15. *τὰν ἑκατόμβαν ὅρκον ὀμόσας ἅπερ τοὶ ἱερομνάμονες δοκιμαζέτω,* ubi v. Boeckh. I. p. 809. a. N. 2360. 14. *δοκιμάζειν δὲ τὰ ἱερεῖα τοὺς προβούλους καὶ τὸν ταμίαν καὶ τὸν κήρυκα.* Pausan. IX. 19, 5. *ἀπ' ἐκείνου* (ex quo Graeci Aulide hostias quales in promtu habebant vento secundo sacrificarunt) *διαμεμένηκεν ἐν Αὐλίδι πάντα τὰ ἱερεῖα εἶναι δόκιμα.* Lucian. de sacrific. 12. *οἱ θύοντες — στεφανώσαντες τὸ ζῷον καὶ πολύ γε πρότερον ἐξετάσαντες, εἰ ἐντελὲς εἴη, ἵνα μηδὲ τῶν ἀχρήστων τι*

---

1) Neutros sane in Megalopolitarum re publica novi, sed *ἱεροθύται* certe alibi in Arcadia fuerunt, ut Phigaliae. Pausan. VIII. 42, 5.

2) *Ἱερώσυνα* dicebantur vulgo *τὰ τῷ ἱερεῖ διδόμενα*; *ἱερεώσυνα* constanter audiunt in titulo Attico, quem Boeckhius edidit Ind. lect. Berol. per sem. hib. 1835 — 6; v. p. 2. Id nomen Parisino thesauro Stephan. accedere debebat v. IV. 2. p. 533.

καταϲφάττωϲι, προϲάγουϲι τῷ βωμῷ. Quod Wachsmuthius docuit Hellen. Alterth. II. 2. 229. „Hie und da war mit dieser Schau ein eigner Priester betraut" petitum est ex Ulpiano ad Midian. §. 32. b. Buttmann. [1]). Parisini autem thesauri Stephan. editores nihil de hac verbi δοκιμάζειν notione monuerunt. — Sub finem versus nescio an fuerit: *IE*]*PE*[*I*]*TΩ*[*I*]*K* ἱερεῖ τῷ κ[αθεϲτακότι vel κ[αθεϲταμένῳ, nam v. 37 ex proba Rossii emendatione legendum τ]ὸ δέρμα [παρ]αδιδό[ναι, quae verba cum proxime praegressis coniunxerim. Cf. Boeckh. C. I. n. 70. c 14 p. 106. b. „τὸ δέρμα intellige *pellem victimae*. Noti sunt reditus sacerdotum ex pellibus victimarum; Athenis vel inde accedebat τὸ δερματικόν, de quo alibi dixi." v. Staatsh. d. Ath. II. 249, eundem ad n. 157. p. 251. b. Ind. lection. per sem. hib. 1835 — 6. p. 6. not. 1. n. 2265. 13 Deli τὸ δὲ δέρας τοῦ βοὸς εἰϲπρᾶξαι τὸν ἱερέα y. II. p. 219. a; tit. Halicarn. n. 2656. 12. λήψεται (ἡ ἱέρεια) τῶν θυομένων δημοϲίᾳ ἀφ' ἑκάϲτου ἱερείου κωλῆν καὶ τὰ ἐπὶ κωλῇ νεμόμενα καὶ τεταρτημορίδα ϲπλάγχνων καὶ τὰ δέρματα.

V. 38 Boeckhius proposuit τοῖϲ δὲ Σωτῆρ[ϲι. Sane praeter Iovem Servatorem Megalopoli Ἄρτεμιϲ Σώτειρα (Pausan. VIII. 30, 5.) et Κόρη (31, 1.) Σ. colebantur. Fortasse tamen τοῖϲ δὲ Σωτηρ[ίοιϲ scriptum antiquitus fuit: id festum Iovis est v. 40 commemorati, cui quidem soli ex diis Soteribus *Soteria* agebantur, v. Lobeck. Aglaoph. p. 383 in fine, Schaefer. Lamb. Bos. Ell. Gr. p. 192. Quodsi recte ego conieci, opineris, eo festo sacrificia Philopoemeni quoque oblata fuisse. Simili certe modo Sicyonii Arato litabant, Plutarch. vit. 53. θύουϲιν αὐτῷ θυϲίαν, τὴν μέν, ᾗ τὴν πόλιν ἀπήλλαξε τῆϲ τυραννίδοϲ, ἡμέρᾳ πέμπτῃ Δαιϲίου μηνόϲ — καὶ τὴν θυϲίαν ἐκείνην Σωτήρια προϲαγορεύουϲι, τὴν δὲ τοῦ μηνόϲ, ἐν ᾧ γενέϲθαι τὸν ἄνδρα διαμνημονεύουϲι. Τῆϲ μὲν οὖν προτέραϲ ὁ τοῦ Διὸϲ τοῦ Σωτῆροϲ κατήρχετο θυηπολῶν, τῆϲ δὲ δευτέραϲ ὁ τοῦ Ἀράτου. Mox v. 39 de *hymnis* arbitrabar praecipi in Iovis laudem et Philopoemenis:

TOIΣΔEΣΩTH[*PIOIΣ TOIΣYM*
NO[*Y*]*ΣIN*[*E*]*OIΣ*[*E*]*KT*[*ΩN*]*M*[*EΓAΔOΠOΔI*
TΩN]*TONΔIATONΣΩTHPA*

---

1) Ἱεροποιόν, τὸν ἐπιϲκοποῦντα τὰ θύματα, μὴ ἀδόκιμα καὶ πηρά.

τοῖς δὲ Σωτηρίοις τοῖς ὑμνοῦσι νέοις ἐκ τῶν Μεγαλοπολιτῶν τὸν Δία τὸν Σωτῆρα: „*Soteriis autem adolescentibus Megalopolitanis qui Iovem Soterem hymnis praedicant*“ e. g. *dari debere aliqua praemia*; ad Philopoemenem quoque hanc cantationem pertinuisse Diodori verba ostendunt l. l. καὶ τῆς ἀρετῆς ἐγκώμιά τε καὶ ὕμνους κατέδειξεν ᾄδειν τοὺς νέους. De threno in ἀφηροϊσμῷ cani solito Boeckhium confer ad Pindari fragm. p. 624, de paeane Siebelis. Philochori fragm. p. 81, Ilgen. disquis. de scol. poesi p. CLXXXIX. 59. et de puerorum collegio musico, si otium est, titulum n. 2715. a. Laudationum consuetudinem infra quoque videbimus in Brasidae Leonidae Pausaniae aliorum exemplis, Pausan. III. 14, 1. λόγους κατ᾽ ἔτος ἕκαστον ἐπ᾽ αὐτοῖς λέγουσι. Add. Diodor. Sic. XI. 33.

V. 41 nihil certi equidem confingere potui. Boeckhius: ἐ]ν[ι]ότε? μὲν ἐς τὸ Φι[λίππειον, docte, quod τὸ Φ. stoa erat in foro Megalopolis, Pausan. VIII. 30, 8. Verum ex Rossii lectione: *ΦΙΛΟ* sequi potius videtur, de *Philopoemene* aliquo modo dici, et priora elementa: *OTEMENEΣTO* collata cum v. 30 *ΣMENEΣ*, ubi alterum *E* dubium est, suadent coniecturam: τ]ὸ τέμεν[ο]ς τὸ Φιλο[ποίμενος. C. I. n. 2448. II. 4. 12. 14 est τὸ τέμενος τῶν ἡρώων et de Pelopis area in Alti Olympiae v. Pausan. V. 13, 1.

V. 42 Rossius vidit fuisse οἶν ἱερόθυτον; Boeckhius scripserat ἱεροθυτῶν. Exspectaveris sane βοῦν, quum propter Diodorea l. l. βουθυτεῖν et βουθυσία, tum propterea quod tauri mactatio in eiusmodi sollemnibus more constanti recepta erat. Ita Plataeis archon narratur Graecis ad eam urbem pro libertate patriae occisis τὸν ταῦρον εἰς τὴν πυρὰν [1]) σφάξαι Plutarch. Ari-

1) Structura εἰς τὴν πυρὰν σφάξας, ut in transcursu dicam, non est τῆς τῶν μεταγενεστέρων συνηθείας (Coraes ad Heraclid. Pont. p. 216. εἰς τὴν κοίτην ἀπέκτεινε, ad Heliodor. p. 41.). V. Euripid. Phoeniss. v. 1017. σφάξω δ᾽ ἐμαυτὸν σηκὸν εἰς μελαμβαθῆ i. e. interprete Schoemanno ad Plutarchi Agid. p. 163: σφάξας ῥίψω. Apitzius p. 184. Herodotum contulit IV. 62. ἀποσφάζουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐς ἄγγος, Jeremiam XLVIII. 7. ἔσφαξεν αὐτοὺς εἰς τὸ φρέαρ, Bernhardyum Synt. Gr. p. 349. Plene Herodotus VII. 107. ἔσφαξε τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰς παλλακὰς καὶ τοὺς οἰκέτας καὶ ἔπειτα ἐσέβαλε

stid. c. 21. Eurip. Helen. 1258. 1555 sqq. Pausan. IV. 32, 3. Nihilominus traditas litteras *ΩΟΙΝ* in *ΒΟΥΝ* transformare equidem nolo. Nam *βοός* mentio, cuius fortasse ut potioris hostiae Diodorus meminit solius, facta supra esse potest. Eaedem vero victimae saepe alibi quoque in *τριττύν* (Schol. Aristoph. Plut. 821) sociatae reperiuntur, v. C. I. n. 2360. 7. *θύειν δὲ τὸμ μὲμ βοῦν βεβληκότα, τὴν δὲ οἶν βεβληκυῖαν τοὺς ὀδόντας καὶ ὗα ἥμερον.* Xenophont. Hellen. VI. 4. 29. *ἐπιόντων Πυθίων παρήγγειλε μὲν ταῖς πόλεσι βοῦς καὶ ὄϊς τρέφειν καὶ αἶγας καὶ ὗς, καὶ παρασκευάζεσθαι ὡς εἰς τὴν θυσίαν.* Pausan. II. 11, 7. *θυομένων — ταύρου καὶ ἀρνὸς καὶ ὑός.* Demosth. Midian. p. 531 oracul. Dodon. ex emendatione Boeckhii Ind. lection. per sem. aestiv. 1830. p. 8. *τῇ δὲ Διώνῃ βοῦν καὶ ἄρνα* (pro *ἄλλα*) *ἱερεῖα.* Denique si qui sunt, quibus in lapidis scriptura *ΟΙΝ* ita videatur acquiescendum esse, ut *taurum* Philopoemeni mactatum esse omnino negent sed tantum *οἶν* coll. Eurip. Electr. v. 508 Seidl. *πυρᾶς δ' ἐπ' αὐτῆς οἶν μελάγχιμον πόκῳ σφάγιον ἐσεῖδον* et Nitzsch. ad Odyss. v. III. p. 164.; auctor iis ego sum ut *βουθυτεῖν* interpretentur positum a Diodoro pro *θύειν* coll. Aristoph. Pluto v. 820:

> *Καὶ νῦν ο δεσπότης μὲν ἔνδον βουθυτεῖ*
> *Ὗν καὶ τραγὸν καὶ κριὸν ἐστεφανωμένος·*

ἐς τὸ πῦρ. Vid. idem VIII. 114. *φαρμακεύσαντες — ταῦτα ἐς τὸν ποταμόν,* praegressis c. 113. verbis *σφάζοντες ἵππους λευκοὺς* et *ἐς τὸν* (sc. *Στρυμόνα*) *οἱ Μαγοι ἐκαλλιρέοντο.* Xenoph. Anab. IV. 3, 18. *οἱ μάντεις ἐσφαγιάζοντο εἰς τὸν ποταμόν,* ubi v. Krueger. p. 204. Apollodor. III. 15, 8. *τὰς Ὑακίνθου κόρας — ἐπὶ τὸν Γεραίστου τοῦ Κύκλωπος τύμβον κατέσφαξαν.* Homer. Odyss. XI. 35. *τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα Ἐς βόθρον.* Pausan. IX. 39, 4. *κριὸν θύουσιν ἐς βόθρον.* id. II. 22, 4. *τὰ ἐς τ. β. — δρώμενα.* — Statius Thebaid. V. 672.

> Anne ducem servatricemque cohortis
> Inachiae, ingratis coram tot millibus, audes
> *Mactare in tumulos?*

Virgil. Aeneid. XI. 198. Setigerosque sues raptasque ex omnibus agris
> *In flammam iugulant pecudes.*

coll. XII. 214 ubi Heynius interpretatus est: in *flammas* proiiciunt iugulatas; adde G. Cuper. Observ. I. c. 12. p. 98. Traiecti ad Rhen. 1670. s. p. 99 ed. Lips. 1772. — *Πυράν* Nitzschius illustravit ad Odyss. v. III. p. 163.

Ipse tamen huic sententiae non accedo. — Quod est *Ω* ante *OIN* pro imperativi alicuius clausula habeas.

V. 43 Boeckhius scripsit: *ἀναγορε]υέτω ἐπὶ ταῖς θυσίαις* collato titulo n. 120. 13. *ἀναγορεύειν τὸν στέφανον τοὺς ἱεροποιοὺς ἀεὶ καθ' ἑκάστην θυσίαν*; adde n. 2271. 45. *ὅπως ἐν ταῖς γινομέναις θυσίαις καὶ συνόδοις ἀναγορεύηται κατὰ ταύτην τὴν ἀναγόρευσιν· Ἡ σύνοδος τῶν Τυρίων ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων στεφανοῖ Πάτρωνα.* Verum aegre credo, hic ita dictum fuisse; non tam quod de renunciatione coronae iam supra v. 16 praeceptum est, quam propter spatii angustias inter versus 42 et 43 vacui. Quare videndum, num *θ]υέτω* genuinum sit aut *ἱερε]υέτω.*

V. 44. Probabiliter rursus Boeckhius pro *ΤΕΦΑΝΩΤΩ* dedit *σ]τεφαν[ού]τω*; *Ω* fuerit male lectum pro *O*, et *Y* ante *T* a transcribentibus facillime neglectum est. Ceterum quis coronandus sit, non constat. Nec impedit quidquam, quominus ad *victimam* verbum referatur. Qui coronat sacerdos videtur esse. Tum *ΤΑΙΕΣ‾ΙΑ* Rossio interprete fuit: *τᾷ ἑσ[τ]ίᾳ*, nisi forte praestat: *τᾷ ἑσ[τ]ιά[σει* de epulis funebribus dictum], ad quas tum etiam v. 45 verbum *λαμβανέτω* spectare queat, carnis portionem nescio cui dandam indicans. Cfr. Plutarch. Moral. p. 811. D. *τέλος ἡρῷα δειπνῶν ἐπιταφίου τινός, ὥςπερ εἰώθει, προτεθείσης ἅπασι τῆς μερίδος.* C. I. n. 2360. 9 post statuta sacrificia: *ἑστιᾷν τε τούς τε πολίτας καὶ οὓς ἡ πόλις κέκληκεν, καὶ τοὺς μετοίκους καὶ τοὺς ἀπελευθέρους.* Athen. VI. p. 235. B. (Boeckh. praef. C. I. I. p. VIII. n. 2.) *τοῖν — βοοῖν τοῖν ἡγεμόνοιν τοῖν ἐξαιρουμένοιν τὸ μὲν τρίτον μέρος εἰς τὸν ἀγῶνα, τὰ δὲ δύο μέρη τὸ μὲν ἕτερον τῷ ἱερεῖ τὸ δὲ τοῖς παρασίτοις.*

Denique v. 46. *ΥΣΣΕΣΩ*, quoniam alterum *Σ* pro incerto habetur, licet suspicari *Ζε]υς [δ]ὲ Σω[τὴρ*, in quo deo bonis ominibus hic meus interpretandi conatus subsistat. Quae fere desiderentur ex decretis, quale est C. I. n. 2059, existimare potest, qui voluerit. Atque etiam ex traditis litterarum elementis ampliora ab acutioris ingenii hominibus erui posse, facillime largior. Interim vehementer opto, ut L. Rossius vel quicunque hodie antiquitatum in Peloponneso conservator est primarius, lapidem ex ecclesia Sinani Athenas in Museum Regium transportandum curet. Cuius rei si forte auctor hac scriptione ego factus

fuero, fructum me operae cepisse arbitrabor maximum. Nova tum eaque curiosissima marmoris, chartis humidis exprimendi, collatione effici fortasse poterit, ut plura cognoscantur elementa et, perspecta iam tituli summa, singula quoque decreti capita certius restituantur. Nunc interpretis officium a me postulare insuper id videtur, ut et ea, quae apud scriptores antiquos relata sunt de Philopoemenis exitu ac sepultura conferam, et omnino *honores heroicos* vel *divinos* civibus bene meritis in Graecia post obitum tributos illustrem breviter quidem, sed amplius tamen, quam in notulis ad inscriptionis verba licuit.

Philopoemen igitur, non male *ultimus Graecorum*, *ἔσχατος Ἑλλήνων*, ab homine Romano dictus (v. Plutarch. v. 1. Pausan. VIII. 52, 1. Casaubon. ad Sueton. Tiber. c. 60), quum septuaginta annos natus (Plutarch. 18. Pausan. VIII. 41, 2), octavum praetor Achaeorum (Plut. l. l. Paus. VIII. 51, 2. Bayer Fast. Achaic. illustr. c. III. Opuscul. p. 318 sqq. G. A. v. Breitenbauch. Gesch. v. Arkad. Fref. ad Moen. 1791. p. 342. Olymp. 149. 2. ante Chr. a. 183.) a Messeniis captus et veneno sublatus esset; Achaei statim Lycorta in occisi imperatoris locum suffecto nulla mora interposita incursionem fecerunt in Messeniam. Mox victa bello Messene poscentibus Achaeis noxios dedidit praeter Dinocratem, qui quum civibus ut supplicio celerrimo Philopoemenem necarent persuasisset, de sua salute desperans manum ipse sibi intulerat, cf. Plutarch. 18 sqq. Liv. XXXIX. 49 — 50. Iustin. XXXII. 1. 4. Pausan. VIII. 51, 2 sqq. Polyb. XXIV. 9. 12. Diod. Sic. XXX. 575. II. 2. 111. Tum quam splendide recepto Philopoemenis corpori Achaei postremum officium praestiterint, maxime e Plutarchi relatione cognoscitur vit. 21; nam Livius quidem breviter haec extrema tetigit nec accuratius Pausanias l. l. 3 scripsit: *κατάγουσι δὲ καὶ ἐς Μεγάλην πόλιν τοῦ Φιλοποίμενος τὰ ὀστᾶ οἱ Ἀρκάδες.* Contra philosophus Chaeronensis Polybium procul dubio auctorem secutus ita: *Τὸ — σωμα καύσαντες αὐτοῦ καὶ τὰ λείψανα συνθέντες εἰς ὑδρίαν ἀνεζεύγνυσαν, οὐκ ἀτάκτως οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ᾽ ἐπινίκιον πομπήν τινα ἅμα ταῖς ταφαῖς μίξαντες. Ἦν μὲν γὰρ ἐστεφανωμένους ἰδεῖν, ἦν δὲ τοὺς αὐτοὺς καὶ δακρύοντας, ἦν δὲ τοὺς ἐχθροὺς δεσμίους ἀγομένους. Αὐτὴν δὲ τὴν ὑδρίαν ὑπὸ πλήθους ταινιῶν τε καὶ στεφάνων μόλις ὁρωμένην ἐκόμιζεν ὁ τοῦ*

στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν παῖς Πολύβιος καὶ περὶ αὐτὸν οἱ πρῶτοι τῶν Ἀχαιῶν. Οἱ δὲ στρατιῶται ὡπλισμένοι μὲν αὐτοί, τοῖς δ' ἵπποις κεκοσμημένοις ἐπηκολούθουν, οὔτε, οἷον ἐπὶ πένθει τοσούτῳ, κατηφεῖς οὔτε τῇ νίκῃ γαυριῶντες. Ἐκ δὲ τῶν διὰ μέσου πόλεων καὶ κωμῶν ἀπαντῶντες ὥσπερ αὐτὸν ἀπὸ στρατείας ἐπανιόντα δεξιούμενοι τῆς ὑδρίας ἐφήπτοντο καὶ συμπροῆγον εἰς Μεγάλην πόλιν. Ὡς οὖν συνανεμίχθησαν αὐτοῖς οἱ πρεσβύτεροι μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων, ὀλοφυρμὸς ἤδη διὰ παντὸς ἐχώρει τοῦ στρατεύματος εἰς τὴν πόλιν ἐπιποθοῦσαν τὸν ἄνδρα καὶ βαρέως φέρουσαν οἰομένην συναποβεβληκέναι τὸ πρωτεύειν ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς. Ἐτάφη μὲν οὖν, ὡς εἰκός, ἐνδόξως καὶ περὶ τὸ μνημεῖον αὐτοῦ οἱ τῶν Μεσσηνίων αἰχμάλωτοι κατελεύσθησαν. Οὐσῶν δὲ πολλῶν μὲν εἰκόνων αὐτοῦ, μεγάλων δὲ τιμῶν, ἃς αἱ πόλεις ἐψηφίσαντο, Ῥωμαῖος ἀνὴρ ἐν τοῖς περὶ Κόρινθον ἀτυχήμασι τῆς Ἑλλάδος ἐπεχείρησεν ἀνελεῖν ἁπάσας — καὶ Πολυβίου πρὸς τὸν συκοφάντην ἀντειπόντος οὔθ' ὁ Μόμμιος οὔτε οἱ πρέσβεις ὑπέμειναν ἀνδρὸς ἐνδόξου τιμὰς ἀφανίσαι.

Integram funeris pii descriptionem quod huc transtulerim, veniam ego a lectore humanitatis non experte petere supervacaneum censeo. Habuit autem haec pompa funebris primum id singulare, quod Philopoemenis peregre mortui cineres in patriam deducti sunt. Quamquam non raro hoc est factum. V. Meursium de funere c. 39 Thes. Gronov. XI. p. 1141. Orell. tit. Latin. n. 4479. n. 4480. n. 2439. Ita ne de militibus dicam Atticis (Thucyd. II. 34. Plutarch. Demosth. 21.) neve multis heroum commemorem ossa saepe alio translata ex eo quo condita erant loco, plerumque oraculi iussu [1]), *Themistoclis* cineres Magnesia in

1) Sic *Thesei* Scyro Athenas reportata sunt, Pausan. I. 17, 6. III. 3, 6. Plutarch. Cimon. 8. cf. *Fr. Vater.* Eurip. Rhes. p. CXXXIV sqq. *Orestis* Tegea Spartam Paus. III. 3, 6.- 11, 8. VIII. 54, 3. *Hectoris* Thebas P. IX. 18, 4. *Lini* Thebis in Macedon. IX. 29, 3. (Welcker. Allg. Schulzeit. 1830. n. 2. p. 13.) *Tisameni* Helice Spartam VII. 1, 3. *Arcadis* e Maenalo Mantineam VIII. 9, 2. *Arcesilai* Troia ad Hercynam IX. 39, 2. *Hesiodi* ex agro Naupactio in Orchomen. IX. 38, 3. *Schedii* Troia Anticyram X. 36, 4. *Aristomenis* Rhodo Messenen IV. 32, 3. *Oedipi* Athenas Thebis I. 28, 7. *Aegialei* Pagas I. 44, 7. *Hippodamiae* Midea Olympiam VI. 20, 4. *Rhesi* Polyaen. VI. 53. Vater. Eurip. Rhes. p. CLIX sqq. Solemne de hac re verbum est κομίζειν s. κομίζεσθαι]τὰ ὀστᾶ (Paus. IV. 32, 3.), Winckelmann. ad Plutarch. Amator. p. 166.

patriam asportati narrantur (v. Sintenis. ad Plut. v. 32. p. 204) et Pindari (Eustath. prooem. comment. Pind. p. 16 Schneidewin.) et *Thucydidis* Scapte hyle (Plut. Cim. 4. Krueger. Unters. üb. d. Leb. d. Th. p. 52.) et *Hyperidis* (Vit. X. Or. p. 84 Westerm.) et *Iphicratis* (Arrian. II. 15, 4.); pariter *Alexandri M.* Babylone Alexandriam (Diodor. Sicul. XVIII. 26 — 28 ubi cf. Wesseling.), *Pelopidae* (Plutarch. vit. 33.) *Arati* (id. v. 53.) *Lysimachi* (Pausan. I. 10, 5), aliorum. Quae qui contulerit exempla, cognoscet simul moris fuisse, non integra mortuorum corpora, sed ossa tantum post cremationem collecta deferre. In solis Lacedaemoniorum regibus aliter habuit; qui si extra Laconicam diem supremum obierant, funera melle vel cera circumlita et condita domum reducebantur (v. Xenoph. Hellen. V. 3, 19. Pausan. III. 10, 3. interpr. ad Plutarchi Agesilaum 40 et ad Corn. Nepotis c. 8. [1])), nam Leonidae quoque ossa quadraginta annis post mortem gloriosissimam a Pausania Spartam e Thermopylis deportata sunt, Pausan. III. 14, 1. [2]). Addo aliud funeris regii exemplum, item a Plutarcho expositi, v. Demetrii 53. cuius filius Antigonus *ὡς ᾔσθετο τὰ λείψανα κομιζόμενα* (ex Chersoneso), *πάσαις ἀναχθεὶς ταῖς ναυσὶν ἐπὶ νήσων* [3]) *ἀπήντησε· καὶ δεξάμενος εἰς τὴν μεγίστην τῶν ναυαρχίδων ἔθετο τὴν ὑδρίαν χρυσήλατον οὖσαν. Αἱ δὲ πόλεις, αἷς προςεῖχον, τοῦτο μὲν στεφάνους ἐπέφερον τῇ ὑδρίᾳ, τοῦτο δ' ἄνδρας ἐν σχήματι πενθίμῳ συνθάψοντας καὶ συμπαραπέμψοντας ἀπέστελλον. Εἰς δὲ Κόρινθον* [4]) *τοῦ στόλου καταπλέοντος ἥ τε κάλπις ἐκ πρύμνης περιφανὴς ἑωρᾶτο πορφύρᾳ βασιλικῇ καὶ διαδήματι κεκο-*

1) Quod Plutarchus scripsit Agesil. 40. *ἔθους ὄντος Λακωνικοῦ, τῶν μὲν ἄλλων ἐπὶ ξένης ἀποθανόντων, αὐτοῦ τὰ σώματα κηδεύειν καὶ ἀπολείπειν, τὰ δὲ τῶν βασιλέων οἴκαδε κομίζειν*, confirmatur iis quae de Lysandri sepultura leguntur apud Plutarch. vit. 29 et Xenoph. Hellen. III. 5, 24. Pausan. III. 5, 5.

2) Cfr. simul Herodot. VIII. 228 et Connop. Thirlwall. Gesch. v. Griechenl. übers. v. L. Schmitz, v. II. p. 302. De Archidamo Agesilai f. v. Pausan. III. 10, 5. VI. 4, 6.

3) Schaeferus coniiciebat *ἐπὶ νήσῳ*, Reiskius nomen alicuius de insulis Cycladibus latere suspicabatur. Fortasse fuit *ἐπὶ Ἀλονήσῳ*.

4) *Κόρινθος* ferri vix potest. Corrigo *Κήρινθον* in insula Euboea, Sickler. alte Geogr. II. 252. Altero loco Reiskius *παρὰ Κορινθίων* malebat.

σμημένη καὶ παρειστήκεισαν ἐν ὅπλοις νεανίσκοι δορυφοροῦντες. Ὁ δὲ τῶν τότε αὐλητῶν ἐλλογιμώτατος Ξενόφαντος ἐγγὺς καθεζόμενος προσηύλει τῶν μελῶν τὸ ἱερώτατον· καὶ πρὸς τοῦτο τῆς εἰρεσίας ἀναφερομένης μετὰ ῥυθμοῦ τινος ἀπήντα ψόφος ὥσπερ ἐν κοπετῷ ταῖς τῶν αὐλημάτων περιόδοις. Τὸν δὲ πλεῖστον οἶκτον καὶ ὀλοφυρμὸν αὐτὸς ὁ Ἀντίγονος τοῖς ἠθροισμένοις ἐπὶ τὴν θάλατταν ὀφθεὶς ταπεινὸς καὶ δεδακρυμένος παρέσχεν. Ἐπενεχθεισῶν δὲ τιμῶν καὶ στεφάνων περὶ Κόρινθον εἰς Δημητριάδα κομίσας ἔθηκε τὰ λείψανα, πόλιν ἐπώνυμον ἐκείνου, οἰκισθεῖσαν ἐκ μικρῶν τῶν περὶ τὴν Ἰωλκὸν πολιχνίων.

Post haec ad singula Plutarchi l. l. verba paucas placet notulas subiicere. Qui ampliorem de sepulturae ritibus apud Graecos veteres [1]) commentationem desiderat, Beckeri evolvat Chariclem v. II. p. 166—210. Plurima docte ibi copioseque exposita sunt et ad liquidum multa perducta [2]), nec ita tamen est actum, ut nihil sit quod addi queat (v. Westermanni censuram in Iahnii Annal. 1840. XXX. 4. p. 373 sqq., anonymi in: Hallische Jahrbücher für deutsche Wissenschaft und Kunst 1841. n. 96. et 97.), eo praesertim loco quo (p. 206 sqq.) de singularibus quibusdam in sepeliendo modis agitur.

Τὸ σῶμα καύσαντες αὐτοῦ i. e. *illic*, Messenae, ubi exspiraverat, in *thesauro* qui dicebatur, Plut. Phil. 19. Dodwell. II. 2. 46 Welcker. Mus. Rh. 1833. 469. Atque ita Plut. Ages. 40. *αὐτοῦ τὰ σώματα κηδεύειν*. Hinc per se intelligitur, ustrinam sive eum, quo funus crematum est, locum tum quidem diversum fuisse ab eo quo humaverunt [3]). Idem in Timoleonte accidisse,

---

1) 'De re funebri in hodierna Graecia delibavit nonnulla E. Bybilakis: Neugriech. Leben verglichen mit dem Altgr. (Berol. 1840) sect. 7: Der Tod p. 63 — 70, in quibus rituum antiquorum supersunt vestigia.

2) Huc referenda sunt inprimis ea quae de funerum combustione et de humatione disputavit p. 181 sqq. Adde Ross. Reis. auf d. griech. Ins. I. p. 67. not. 13.

3) Alias idem locus utrique actioni destinatus erat (Terent. Andria I. 1. 100.), et hinc explicandum nomen, quod in recentioribus titulis Asiaticis legitur *πυρία* i. e. *εἰςώστη* (*comprehensa cum columbario arca* vel subinde *urna* Boeckh. C. I. v. II. p. 535. a. b. ad n. 2824.) s. *καύστρα* (v. Strabon. V. c. 3. p. 236. v. I. 383 Tauchn.). 'C. I. n. 3108. 1. *Ζωσίμη — κατεσκεύασε τὴν*

Beckerus quamquam subdubitans recte collegit l. l. p. 188. ex Plutarchi narratione vit. 39. nec alienum Pyrrhi regis exemplum, cuius ossa in foro Argis combusta, condita in Cereris templo Pausanias refert II. 21, 5. [1]) qui idem auctor est IX. 17. 1. Thebis *ἀπέχειν — τὴν πυρὰν τῶν Ἀμφίονος παίδων ἥμισυ σταδίου μάλιστα ἀπὸ τῶν τάφων.*

ἦν ἐστεφανωμένους ἰδεῖν Plutarch. Arat. 53 *οἱ Σικυώνιοι μεταβαλόντες εἰς ἑορτὴν τὸ πένθος εὐθὺς ἐκ τοῦ Αἰγίου τὸν νεκρὸν ἐστεφανωμένοι καὶ λευχειμονοῦντες ὑπὸ παιάνων καὶ χορῶν εἰς τὴν πόλιν ἀνῆγον.*

De *hydria*, praeter Plutarchum Demetr. 53. Eumen. 19 a Baehrio laudatum, Pausanias conferri potest IV. 33, 5. IX. 30, 3. X. 12, 4. Becker. p. 188 [2]). Idem de *coronis* egit p. 172. et Dorvillius ad Charit. p. 258 Lips.

Urnam quod Polybius tulit *καὶ περὶ αὐτὸν οἱ πρῶτοι τῶν Ἀχαιῶν*, ex more id quoque factum usitato; v. Osann. ad Cic. pro Flacco 31. 75 *(ut ferrent ephebi)* p. 7. Dorvill. ad Charit. p. 245. Ad verba *ἐκ τῶν διὰ μέσου πόλεων καὶ κωμῶν κτλ.* cf. Plutarch. Pelop. 33. *ἐκ — τῶν πόλεων παρῆσαν αἱ ἀρχαὶ καὶ μετ' αὐτῶν ἔφηβοι καὶ ἱερεῖς πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τοῦ σώματος, τρόπαια καὶ στεφάνους καὶ πανοπλίας χρυσᾶς ἐπιφέροντες.* Eo loco unius ex Thessalis verba ad Thebanos dicta: *ἐὰν ψαῦσαί τε τοῦ νεκροῦ τύχωμεν καὶ δι' αὐτῶν κοσμῆσαι καὶ θάψαι τὸ σῶμα* (Pelopidae), *δόξομεν ὑμῖν οὐκ ἀπιστεῖν ὅτι μείζων ἡ συμφορὰ γέγονε Θετταλοῖς ἢ Θηβαίοις* eandem testantur pietatem, quae inest in his: *δεξιούμενοι τῆς ὑδρίας ἐφήπτοντο.*

Περὶ τὸ μνημεῖον αὐτοῦ οἱ τῶν Μεσσηνίων αἰχμάλωτοι κατελεύσθησαν. Hoc monumentum sepulcrale (Boeckh. C. I. v. II. p. 533. b.) iam Pausaniae aetate dirutum vel obscuratum fuisse, inde quod is non commemoravit iure colligimus.

καμάραν καὶ τὰς ἐν αὐτῇ πυρίας. n. 3113. b. *Κλύμενος ἐωνήσατο τὴν πυρίαν εἰσερχομένων τὴν μέσην.* — W. D. Fuhrmanni librum: Ueber die Begräbnissplätze der Alten, Halle 1800, non vidi.

1) Cf. Plutarch. Pyrrh. 34. et Iustin. XXV. 5. Valer. Max. V. 1. Ext. 4.

2) De vasis marmoreis defuncti nomine insignitis v. Raoul-Rochette Lettre à M. Schorn p. 16.

Ad id quod Messenii captivi tamquam piacula [1]) obruti sunt lapidibus, adnumera talis supplicii non mythica tantum aetate sumi soliti exemplis, quae Wachsmuthius contulit Hellen. Alt. II. 1. Beilage III. p. 437 — 8. Noto simul, ipsos Arcades plus semel tali modo ius exercuisse, v. Pausan. VIII. 5, 8. Plutarch. fragm. gr. VII. 178. quos locos iam Wachsmuthius apposuit.

Schaeferus Plutarchi v. V. p. 65 ad h. l. taxans Baehrii viri humanissimi interpretationem *(tamquam victimas mactabant, corporaque exanimata dein lapidum acervo operiebant)* citavit Schweighaeuser. lexic. Herodot. II. p. 19. b. Adde Sturz. lex. Xenoph. v. *καταλεύειν*, Polyb. XXVII. 1, 6. Nicol. Damasc. p. 36 cum Orelli annotatione p. 185. laudatum ab Hoeckio Creta v. III. 120. Plutarch. Solon. 12 Sylla 9. Alexandr. 55. Nicia 28. Pausan. IX. 7, 2. Arrian. I. 17, 12. Contra alia est monumentorum lapidatio, de qua v. Guther. de iure man. libr. II. c. 15. p. 263.

Denique in verbis *οὐσῶν δὲ πολλῶν μὲν εἰκόνων αὐτοῦ μεγάλων δὲ τιμῶν* Baehrius utrum *τιμάς* honores in universum interpretetur an *statuas*, propter Wyttenbachii dubitat annotata ad Plutarchi Moralia I. p. 632. Sunt sane non raro *τιμαί* eaedem quae *εἰκόνες* „statuae, imagines, signa" (C. I. n. 2786. 18. 30. n. 3001. 9: *τὴν τειμὴν ἀναστῆσαι*. N. 2818. 14: *τὴν ἀνάστασιν τῆς τειμῆς ποιεῖσθαι*); hic tamen quominus ita nomen accipiamus, et adiectum *μεγάλων* et verba *οὐσῶν — πολλῶν εἰκόνων* (Plutarch. v. 2.) obstant. Plutarchus illa ad Polybii auctoritatem scripsit, quem hac quoque in re ut in omni fere Philopoemenis vita expressit. Vide Polyb. XL. 8, 10: *Πολύβιος — εἰκόνας ᾐτήσατο τὸν στρατηγόν, καίπερ ἤδη μετακεκομισμένας εἰς Ἀκαρνανίαν ἐκ Πελοποννήσου, λέγω δὲ τὴν Ἀχαιοῦ καὶ τὴν Ἀράτου, καὶ Φιλοποίμενος* [2]).

---

1) Cf. Hom. Iliad. XXI. 27. XXIII. 175. 181. Baehrium ad h. l. Wachsmuth. Hellen. Alterth. II. 2. 227. Barth. ad Statii Theb. V. 674. Plutarch. Alex. 72. Pyrrh. 31. Apollodor. III. 15. 8. Appian. bell. civ. I. 107. *Σπάρτακος τριακοσίους Ῥωμαίων αἰχμαλώτους ἐναγίσας Κρίξῳ κτλ.*

2) Fugit hic locus Baehrii diligentiam, quum ad Plutarchea commentarium conscriberet. Laudavit Drumannus Ideen zur Gesch. des Verfalls d. griech. Staat. p. 460.

Ceterum Wyttenbachius l. l. in eo erravit, quod Diodori verba l. l. *ἰσοθέους τιμὰς ἠλλάξατο* de monumentis Philopoemeni positis explicat. Tamen eius annotatio hunc quoque habet fructum, ut exempla ibi invenias statuarum ignominiae causa eversarum, quo dedecore Romanus homo, sed is non Mummius fuit ut Baehrio in mentem venit, Philopoemenis memoriam exstinguere volebat. Qualia exempla plurima sane historia suppeditat vel ex antiquiore Atticorum re publica; vide e. c. Plutarch. praecepta rei publ. ger. IX. 265 Reisk. *τοὺς — Δημάδου (ἀνδριάντας) κατεχώνευσαν εἰς ἀμίδας.* Diodor. Sic. Exc. XXI. 12. Plut. Timol. 23. Arrian. I. 17. 11. Leak. Topogr. von Athen. p. 404. Sed Philopoemeni, licet eius quoque statuas dies consumserit, contigit quod est in urna cineraria (Osann. Syll. p. 532. n. XI.): *Τῶν ἀγαθῶν ἡ μνήμη ἀειθαλής.*

C. DE MORTVIS PVBLICE PRO HEROIBVS VEL DIIS APVD GRAECOS CVLTIS EPILOGVS.

> *Ἕλληνες — θύουσι καὶ ἀνθρώποις ἀγαθοῖς καὶ τιμῶνται μὲν αὐτῶν αἱ ἀρεταί, ἀμνημονοῦνται δὲ αἱ συμφοραί.*
>
> Maxim. Tyr. VIII. 5. I. 137 Reisk.

Constat, ex tempore satis antiquo, id est apud Athenienses certe iam Solonis aetate [1]), morem apud plurimos Graeciae populos fuisse per multa saecula constantem, ut viri de re publica domi militiaeve insigniter meriti et postea etiam mulieres virtute eximiae [2]) publice [3]) pompa solemni, a pueris interdum vel ephe-

1) Aelian. Var. Hist. VIII. 16. Plutarch. Solon. 32.

2) Plutarch. Dion. 21. de mulier. virt. 18 Charit. de Chaerea et Callirrh. I. 6. C. I. n. 2726. n. 2786. 21. Pausan. II. 22, 1. Cf. titul. Puteol. Allgem. Schulzeit. 1829. n. 10 cum Osanni annotatione.

3) *δημοσίᾳ θάπτειν* v. Lysias Epitaph. 66 (121.) C. I. n. 2724 — 25 — 26. Lucian. Demon. 67. Pausan. VIII. 11, 4. *δημοσίοις τέλεσι θ.* Plut. Phocion. 38. *ταφαῖς τιμᾶν δημοσίᾳ* X Orat. Lycurg. p. 66 Westerm. Epigr. Empedoclis Diog. Laert. VIII. 61.

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον, Ἀγχίτου υἱόν,
Φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθαψε Γέλα.

bis sorte lectis, elati locis conspicuis, ut in foris [1]) et gymnasiis [2]) vel ad vias publicas [3]) sepelirentur et cippis [4]) (στήλαις) cum epigrammatis coronisque ornarentur et laudationibus praedicarentur.

Praeterea quum certis diebus, quibus vel nati fuerant mortui vel occiderant, flores eorum sepulcris et libationes privata pietate offerrentur [5]), non est dubium quin interdum idem cultus iis sit tributus publice, quos universa civitas sepelierat. Hinc progressa natio, quae, postquam ex prisca sentiendi severitate ad cultioris vitae humanitatem emersit, bene beateque in hac terra vivendi ingeniosissima artifex mortis terrores iam blandis imaginibus quum in arte tum in lingua solabatur [6]), paullatim in

---

Sic enim legendum videtur, non ἔθρεψε, quod propter causam non satis gravem Karstenius maluit, v. Emp. Agrig. Carmin. Reliquias p. 296. Ἀγχίτου cum Bergkio restitui, Comment. de prooem. Emp. Berol. 1839. p. 7. n. 2.

1) Meurs. de funere c. 42. Pausan. VIII. 9, 5. Plutarch. Themist. 32.

2) C. I. n. 2796. 6. *συνεχωρήθη αὐτῷ καὶ ἐνταφῆναι ἐν τῷ γυμνασίῳ* sc. Aphrodisiade.

3) Pausan. IX. 18, 1. *ἐπὶ τῇ λεωφόρῳ.* Plutarch. de mulier. virt. 4. C. I. n. 3256. 5. *παρὰ τρηχεῖαν ἀταρπόν.* Titul. Acarn. a Rossio edit. in Bullettino dell' instituto 1840. p. 28 et Welckero Mus. Rhen. 1841. p. 206.

Προκλείδας τόδε σᾶμα κικλήσκεται ἐγγὺς ὁδοῖο,
Ὃς περὶ τᾶς αὐτοῦ γᾶς θάνε μαρνάμενος.

4) Interdum tumuli e lapidibus congestis (*σωροὶ λίθων*) erigebantur, Pausan. VIII. 13, 2. Leake. die Demen v. Attika übers. von Westermann p. 84. n. 227. De *Leonibus* in militum polyandriis v. Mus. Rh. 1832. p. 285.

5) Meurs. de funere c. 36. Wachsmuth. Hell. Alt. II. 2. 290. Schoemann. ad Isaeum p. 223. Becker. Chariel. II. 203 sqq. Nitzsch. ad Odyss. v. III. p. 164. J. Franz. Christl. Denkmal von Autun p. 46. Singulare est quod in Tenio titulo praecipitur n. 2336. 20 sqq. *καὶ ἄλλα δηνάρια ἑξακισχείλια, ἵνα ἐκ τοῦ τόκου αὐτῶν κατ' ἔτος ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ Τηνίοις ἐν τῇ ὡρισμένῃ τῶν ἐπιταφίων αὐτοῦ ἡμέρᾳ μερίζηται καθ' ἕκαστον ἢ κατ' ἀναλογίαν τοῦ συνελευσομένου πλήθους διανομή.* Cf. Epicuri testament. ap. Diog. Laert. X. 18. ibique Menag. v. II. p. 524 Hübner. Orell. tit. Lat. n. 4396. v. II. p. 283. n. 4414. p. 287. n. 4420. p. 288.

6) Vid. Chr. Dan. Beck. Memoria Ludov. Aug. Car. Frid. Aemilii ducis Ascanio-Cothen. Lips. 1818. Eichstadius de humanitate Graecorum in rebus funebribus, Ienae 1825. — Nitzsch. libello mox laudando p. 6: „Graeci hanc plerique tantum vitam curarunt, de altera si cogitarunt eam aut parum expedierunt aut iustitiae subiecerunt non gratiae."

illa luctus et pietatis memorisque animi testificatione modum excessit, adeo ut non solum regibus, quos omnis antiquitas diis origine propiores credidit, sed etiam civibus haud paucis heroicos honores et divinos haberet [1]). Ii honores cum sacellorum dedicatione coniuncti et sacrificiis plerumque annuis, nec raro cum ludis et certaminibus, iam antiquissimo tempore in funeribus institui solitis, interdum, quod infra videbimus, per aliquot saecula duraverunt.

De singulis horum funebrium ritibus omnique genere, etiam Romanis usurpato (Guther. de iure man. II. 1. p. 183. Hartung. die Relig. der Römer v. I. p. 43 sqq. Hertzberg. de diis Roman. patriis c. 4. p. 9.), ex recentioribus, quos quidem novi, egerunt Welcker. Syllog. Epigr. Graec. p. 32. Wachsmuth. Hell. Alt. II. 83. 105. Westermann. de publ. Athen. honor. ac praem. Lips. 1830. p. 56 sqq. Osann. Disp. de loco Cicer. or. pro Flacco c. 31. Gissae 1830. Dissen. ad Pind. fragm. thren. p. 653 ed. Goth. Franz. El. Ep. Gr. p. 330. 339 sqq. Iam equidem hic non id specto, ut altius adscendens ad aetatem mythicam, morem illum homines inter deos referendi ex Graeci ingenii indole aliaque aliis temporibus persuasione de data hominibus aurae divinae particula eorumque cum diis cognatione et statu post mortem [2]), nec non ex studio pie inviolateque defunctorum memoriam servandi [3]) repetam. Is locus in theologia gentili, nondum qualem apud animum fingo a quoquam scripta, subtiliter et docte erit pertractandus. Interim ingeniose adumbravit Gr. Guil. Nitzschius in dissertatione: *De apotheosis apud Graecos vulgatae caussis* [4]).

---

1) Idem Scythis tribuentem Toxarin Lucianus fecit Tox. c. 1.

2) Cf. A. Wissowae dissert. de quaestione: Quae fuerit veterum Graecorum opinio de rebus homini post mortem obventuris. Vratislav. progr. 1825. Nitzsch. ad Odyss. XI. 602.

3) Lobeck. Aglaoph. p. 1002. — De recentiorum *cultu genii* collato cum veterum honore *genio* habito scripsisse perhibetur *Ullmannus* theologus celeberrimus in aphorismis sub finem libelli: *Der Cultus des Genius*, mit besondrer Beziehung auf Schiller u. s. Verhältniss z. Christenth. Hamburg b. Fr. Perthes, 1840.

4) Ea prodiit Kiliae 1840 ad indicendum diem 18 m. Iunii, quo Christianus VIII Daniae rex rite coronatus est.

Ego vero bene gnarus, „quid valeant humeri, quid ferre recusent," satis nunc habeo de eorum scripsisse exequiis cultuque heroico vel divino, qui temporibus vixerunt quorum certa est historia nec fabulis obscurata [1]): mythicorum heroum recensum satis amplum iam G. I. Vossius dedit de theol. gent. I. 13, suisque locis singulos Wachsmuthius commemoravit l. l. II. 2. cap. 5. [2]). Cf. Eckhel. doctr. num. vet. IV. p. 347 sqq.

In universum autem annoto, etiam in eo, quod historicum dicas, tempore aetatum discrimina bene observari debere (nam fere inde a belli Peloponnesiaci fine frequentius illos honores tribui videmus), et distinguendos inter se accurate singulos Graeciae populos. Quorum alii ut Athenienses [3]) et, si reges exceperis, Lacedaemonii diutius sibi a talibus temperaverunt; alii ut insulani homines et Asiani, mature morum simplicitate corrupta et evanescente deorum reverentia, faciliores et benigniores in donanda divinitate fuerunt. Simul probe tenendum etiam hoc est, *heroem* appellari vel *heroinam* in epitaphio et *heroo* inferri, minime idem ubique esse atque *heroicis honoribus publice* post mortem *coli*. Saepissime haec nomina ad privatorum spectant pietatem; nam ἥρως (*heros*, v. Forcellini s. v. heroum Orell. tit. lat. 4530 sqq.) et ἡρωΐνη, ἡρώϊσσα, ἡρωΐς aetate posteriore nihil quidquam est aliud quam μακαρίτης s. μακαρῖτις, *divus*, *defunctus*, v. Iacobs. Anthol. Graec. XII. 328. Letronne recherch. pour servir à l'hist. de l'Egypte p. 374 — 5. Osann. Syllog. p. 331 [4]). Eius usus (Franz. El. Ep. Gr. p. 331.

1) Non attingam tamen eos, quibus sceleris piandi causa, eorum morte commissi, honores heroici dati sunt, ut Phocaeis (Herodot. I. 167) ab Agyllaeis.

2) Non illepida est irrisio, qua tales heroes vel deos novos ut Dionysum, Anchisen, Ganymeden alios Lucianus exagitavit in Deorum Concilio.

3) Scio quam feraces ii fuerint in fingendis heroibus (v. Bergk. de reliq. Com. Att. ant. p. 85. ad Aristophan. fragm. p. 1068.). Sed civibus tamen egregiis ita post fata satisfactum non adeo voluerunt. Nec quae Plato proposuerat de re publ. V. 469. A. VII. 540. B. publice unquam sunt instituta.

4) Proverbium: τί οὐκ ἀπήγξω ἵνα Θήβησιν ἥρως γένῃ (Meinek. Fragm. poet. Com. Antiq. II. p. 642.) quo spectet, equidem non intelligo. — Apud Milesios contra quae suspendio vitam finierant mulieres insigni ignominia afficiebantur, v. Plutarch. de mul. virt. XI. Polyaen. VIII. 63.

p. 339.) ex titulis plurima exempla suppetunt. Vide C. I. n. 705. 2. n. 904. 2. n. 989. a. 1. n. 994. 2. 1017. 2. n. 1398. 3. n. 1627. 6. p. 793. b. n. 1629. 4. n. 1654. 8. n. 1657. n. 1661 ubi est ἥρεῳ dativus inauditus, n. 1662. 4. n. 1722. 1. p. 846. a. n. 2058. B, 4. v. II. p. 125. a. n. 2059. 1. n. 2427. 7. n. 2683. 3. συνήρωες n. 2127. 5. v. II. p. 164. b. *Νέον* ἥρωα est in tit. Asiat. ap. Franz. Fünf Inschr. u. fünf Städte in Kleinasien, Berl. 1840. p. 5. ubi v. editorem doctissimum, νέαν ἡρωΐδα in C. I. n. 1944. 3 (Eckh. I. 501.) probabiliter restituentem. Inprimis frequentes sunt in epitaphiis formulae ἥρως χαῖρε (n. 1888. 2. n. 2890. 5. n. 2942. 5. Ross. inscr. gr. ined. n. 43. χαίρετε ἥρωες n. 1956. 5); ἥρως χρηστὲ χαῖρε, ubi χρηστὸς ad *manium* significationem accedit [1]), n. 1723. 6. n. 1781. 2. n. 1783. 3. n. 1785. 2. n. 1787. 3. n. 1792. 2. Eadem acclamatione *femina* salutata reperitur n. 1784. 4. p. 866. b. et n. 1786. 2 Ἥρως χρηστὴ χαῖρε est n. 1789. 3. Ἡρωείνη n. 433. 6. ἡρωῖναι χαίρετε n. 2259. 7. (Arcad. de accent. 195, 7.) ἡρωΐνη χρηστὴ χαῖρε n. 3277. 3. Ἡρωΐσσα n. 1455. 4. p. 686. b. ἡρωῒς n. 1944. 3. Hinc simul explicatur verbum in titulis Theraeis saepenumero lectum: ἀφηρωΐξεν i. e. ἔθαψεν (Franz. El. Ep. Gr. p. 331. Ross. Reis. auf d. griech. Ins. I. 71. 183.) et ἀφηρωΐσθαι τὸ μνημεῖον n. 2834. 12. et ἀφηρωϊσθήσεται ἡ σορός n. 2845. 9. Ἀποθεωθῆναι est n. 2831. 7. idem quod κηδευθῆναι.

De *herois* scripsisse lego Sallierium Hist. Acad. Inscr. T. VII. p. 189 et anonymum in Journ. des Savants 1833. p. 150. Vide Pollucem IX. 15. (μέρη τῶν προπόλεων — ἡρῷα, ἠρία, μνήματα, πολυάνδρια, τάφοι. παρὰ δὲ Θουκυδίδῃ μόνῳ τῶν κεκριμένων μνημεῖα [2]) ἄν τις εἰρημένα εὕροι τὰ μνήματα, cll. Thucyd. I. 138. V. 11. C. Boeckh. C. I. II. 533. b. n. 2055. b. 6. ib. v. 3. *sepulcrum*) C. I. n. 1812. 3. n. 1981. 3. n. 1993. 2. n. 2208. 3. n. 2448. I. 14. 16. 22. v. II. p. 370. a. n. 2687. 2. n. 2690. 1. n. 2834.

---

1) Cf. Plutarch. Quaest. Graec. V. Quaest. Roman. LII. Hartung. Die Relig. d. Römer v. I. p. 43. Tit. ap. Spon. Miscell. p. 370. *θεοῖς ἥρωσιν* i. e. *dis manibus*. Hinc brevior formula χρηστέ s. χρηστὴ χαῖρε n. 2665. 3. n. 2666. 3. n. 3095. 2. n. 3096. 4. n. 3098. 6. 7. n. 3100. 4. n. 3102. n. 3103. χρηστὴ καὶ ἄλυπε χαῖρε n. 3261. 4. (tit. ap. Ross. Reis. auf d. griech. Ins. I. p. 160.) ἀγαθὴ χαῖρε n. 2269. 6.

2) De nom. μνεία v. Osann. Syllog. p. 440.

17. p. 533. b. n. 3032. 3. n. 3039. 2. n. 3040. 1. Pausan. III. 15, 1. VIII. 9, 5. Wachsmuth. l. l. II. 2. 363. Leak. Topogr. v. Athen p. 166. Interdum ea monumenta arboribus erant cincta, Pausan. VIII. 24, 4. 35, 7. IX. 19, 2. II. 29, 6. Vide Diatrib. de Cepotaph. scr. R. M. van Goens. Traiecti ad Rhen. 1763. 8. Orell. Inscr. Lat. II. p. 304.

Qui vero publice ad mythicorum heroum [1]) instar post mortem et ipsi ut heroes, id est animae civitatum tutelares et in malis praecipue, ubi invocatae erant, auxiliares [2]) culti sunt, ii praeter sepulturam splendidam in sacellis suis victimis et coronis et ludis agendis honorari quotannis ut plurimum solebant.

His de sacrificiis vesperi vel postmeridiem [3]) oblatis solemnia quidem sunt verba *ἐναγίζειν, ἐν. ως ἥρωι, ἐναγισμός, ἐναγίσματα* et *ἐντέμνειν* [4]); sed *θύειν* quoque in usu fuisse haud pauci loci fidem faciunt, v. Pausan. III. 20, 8. V. 13, 2. C. I. n. 2448. II. 35, 36. III. 5, 6, 15, 17, 18. V. 9. VI. 6, 13. Idem docent quae infra de singulis heroibus afferam veterum testimonia, quae eadem sacerdotes illorum heroum et ludos commemorant. Omne autem genus his locutionibus significabatur: *τυγχάνειν τιμῆς ἡρωϊκῆς* (Diodor. Sicul. IV. 23.), *τιμᾶσθαι τιμαῖς ἡρωϊκαῖς* (Diodor. XI. 38. XIII. 35.), *ταφῆναι ἡρωϊκῶς*; cf. etiam C. I. n. 2439. 3. *καὶ τιμαῖς ἰσόμοιρον ἔθηκεν τὰν ὁμόλεκτρον Ἥρωσιν.* Pausan. III. 3, 6. *γέρα ἀπονέμειν τὰ νομιζόμενα ἥρωσι.* Polyaen. I. 18. *Ἀθηναῖοι νικήσαντες τῷ Κόδρῳ τιμὰς ἀνεστήσαντο τῶν ἡρώων.*

---

1) *Olympios* dixit Nitzschius l. l. p. 7.

2) Wachsmuth. l. l. p. 105. Lobeck. Aglaoph. p. 280. 1. *Daemonici* sunt Nitzschio p. 7.

3) V. Lobeck. Aglaoph. p. 412 n. 3. Diogen. Laert. VIII. 33. Pausan. II. 11. 7. Stanleius ad Aeschyli Choephor. v. 536.

4) Tit. n. 1976. *ὁ δεῖνα*] *υἱὸς Ἀπολλωνίου τὴν ταφὴν καὶ τὸν ἐναγισμὸν τῷ πατρὶ Ἀπολλωνίῳ Ἀπολλωνίου*, ubi Boeckh. v. II. p. 56. b. post Te Waterum laudavit Polluc. III. 102. VIII. 91. 146. c. not. Hemsterh., Hesych. v. *ἐναγίζειν*, Ruhnk. ad Timaeum p. 101. (p. 73 ed. I.) Adde Pausan. I. 4, 4. II. 10, 1. 11, 7. VIII. 14, 6. 34, 2. X. 24, 5. Plutarch. Alex. 72. Feith. antiquit. Homer. I. c. 12. §. 1. interpr. Thucyd. V. 11. Valcken. ad Herodot. VI. 38. Wesseling. ad Diod. Sicul. IV. 1. 247, 32. Stephan. Thes. III. 3. 966 — 7 Paris.

His heroicis honoribus maiores erant *ἰσόθεοι divini* (Liv. XXXIX. 50. *ἰσοθέους ποιεῖσθαι* Lucian. Toxar. c. 2.), v. Diod. Sicul. IV. 1. *μέγισται καὶ πλεῖσται συνετελέσθησαν πράξεις ὑπὸ τῶν ἡρώων τε καὶ ἡμιθέων καὶ πολλῶν ἄλλων ἀνδρῶν ἀγαθῶν· ὧν διὰ τὰς κοινὰς εὐεργεσίας οἱ μεταγενέστεροι τοὺς μὲν ἰσοθέοις, τοὺς δ' ἡρωϊκαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν* et Plutarch. de mulier. virtut. 18. *τῇ Λαμψάκῃ πρότερον ἡρωϊκὰς τιμὰς ἀποδιδόντες (οἱ Φωκαεῖς), ὕστερον ὡς θεᾷ θύειν ἐψηφίσαντο καὶ διατελοῦσιν οὕτω θύοντες* [1]). Sed discrimen tamen utriusque generis (Diog. Laert. VIII. 33.) non videtur nimia religione ab ipsis veteribus factum esse. Id quod iis probabo locis [2]) qui sunt de *Lycurgo* legum apud Spartanos latore. Utar simul data hac occasione, ut quae brevius scripsi et negligentius in Specim. Onomat. Graeci p. 9 amplius exponam. Neque eius viri mentionem alienam instituto meo censebunt, qui fuisse olim aliquem Lycurgum Spartae de ordinanda re publica egregie meritum concedunt, licet multa ad eum relata sint auctorem, quae ei non debentur. Scripsi autem l. l. haec: „Est *θεὸς* etiam *Λυκοῦργος* in titulo Spartano, qui legislator videtur intelligendus esse, sed nec is antiquae divinitatis fuerit.“ Nunc ipse mihi subirascor, quod talia festinanter pronunciaverim, etsi quod verum est indicavi. Nam de illo viro, quem utrum deum an hominem appellaret Pythia se dubitare professa erat [3]), testis antiquissimus Herodotus I. 66 haec memoriae sola prodidit: *τελευτήσαντι ἱρὸν εἱσάμενοι σέβονται μεγάλως.* Tum Ephorus ap. Strabon. VIII. 6. v. II. 190 Tauchn. *μόνῳ γοῦν Λυκούργῳ ἱερὸν ἱδρῦσθαι καὶ θύεσθαι κατ' ἔτος.* Nicolaus autem

---

1) *Dea* in tit. lat. de mortua ap. Orell. n. 4647.

2) Herodot. I. 65. Iacobs. Anthol. Gr. VIII. 718. Diodor. Sicul. Excerpt. Vatic. libr. VII. v. III. p. 1. L. Dindorf.

3) Vide etiam titulum Prienensem C. I. n. 2907:

Ὑπνώδης Φίλιος, Κύπριος γένος ἐξαλαμῖνος
υἱὸς δ' Ὑψίονος Ἀνδροκλον εἶδεν ὄναρ·
θεσμοφόρους δ' ἁγνὰς ποτνίας ἐμ φάρεσι λευκοῖς·
ὄψεσι δ' ἐν τρισσαῖς ἥρωα τόνδε σέβειν
ἤνωγον πόλεως φύλακον, χώραν τ' ἀπέδειξαν
ὧν ἕνεχ' ἵδρυσεν τόνδε θεὸν Φίλιος.

Pind. Nem. III. 22. *ἥρως θεός* i. e. Hercules.

Damasc. p. 240 Coraes. (Suid. v. *Λυκοῦργ*. II. 638. 19 Bernh.) *βωμὸν ἱδρυσάμενοι θύουσιν ὡς ἥρωι ἀνὰ πᾶν ἔτος.* De *deo* Lycurgo primus quod sciam Plutarchus locutus est Lyc. 31. *ἱερὸν — ἐστιν αὐτοῦ καὶ θύουσι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὡς θεῷ* et item Pausanias III. 16, 5. *οἷα δὴ θεῷ πεποιήκασι καὶ τούτῳ ἱερόν* [1]). Denique in titulo aetatis Romanae n. 1362. 6 est *ΘΕΟΥΛΥΚΟΥΡ θεοῦ Λυκούρ[γου*, et n. 1256. II. 2. 10. *σύνδικοι θεοῦ Λυκούργου* recensentur T. Cl. Nicias et Corinthas Nicephori f., quo de munere Boeckhius scripsit p. 610. b — 611. a. Nec Epicteti praetermittam fragmentum XLIV. (p. 20 ed. Duebner. Paris. 1840) quod apud Stobaeum habetur V. 110. *οὔτε — Ἀριστείδης οὔτε Ἐπαμινώνδας οὔτε Λυκοῦργος πλουτοῦντες καὶ δουλευόμενοι ὁ μὲν δίκαιος, ὁ δὲ θεός, ὁ δὲ σωτὴρ προςηγορεύθησαν*, si quidem eo loco male ordo a librariis inversus est. Correctores codicis optimi A et codicis B exaraverunt *ὁ δὲ σωτὴρ ὁ δὲ θεός*, quod videtur restitui debere [2]).

Iam qui factum sit, ut adeo insigniter Lycurgus honoraretur et pie per tot saecula eius memoria coleretur, facile intelliget qui illum et leges dedisse saluberrimas et stirpis fuisse regiae cogitat. Nam apud Lacedaemonios regibus ab Hercule ipsoque Iove originem non interrupta serie ducentibus illustrior dabatur sepultura quam ad hominem [3]) et luctus singularis. Referentis de iis Herodoti verba VI. 58 hic adscribere non gravabor: *ἱππέες* [4]) *περιαγγέλλουσι τὸ γεγονὸς κατὰ πᾶσαν τὴν Λακωνικήν, κατὰ*

---

1) Huius templi saepius Fourmontus in lemmatis titulorum Lacedaemone a se repertorum mentionem fecit, v. Boeckh. C. I. n. 1256. n. 1290. n. 1324.

2) Omnino v. Meursium Miscell. Lacon. I. 4. p. 16. O. Mueller. Dor. v. II. p. 16. n. 3.

3) Xenoph. Hist. Gr. III. 3, 1. *σεμνοτέρα ἢ κατ' ἄνθρωπον ταφή.*

4) Ritum omnem post Herodoti interpretes, quorum Baehrii editio conferri a me non potuit, Meierus illustravit in scriptione, qua Piis Manibus Frid. Guilelmi III. iusta funebria ab universitate Halensi indicuntur, Halis 1840, p. 30 sqq. Adde Welckerum de v. *καταμιαίνεσθαι* explicantem in Allgem. Schulzeit. 1830. n. 2. p. 15. Ad *civium comitatum* cf. Aeschyl. Choeph. 430:

πάντολμε μῆτερ, δαΐαις ἐν ἐκφοραῖς
ἄνευ πολιτᾶν ἄνακτ',
ἄνευ δὲ πενθημάτων
ἔτλης ἀνοίμωκτον ἄνδρα θάψαι.

δὲ τὴν πόλιν γυναῖκες περιιοῦσαι λέβητα κροτέουσι· ἐπεὰν ὦν τοῦτο γένηται τοιοῦτο, ἀνάγκη ἐξ οἰκίης ἑκάστης ἐλευθέρους δύο καταμιαίνεσθαι, ἄνδρα τε καὶ γυναῖκα — tum: ἐκ πάσης δεῖ Λακεδαίμονος, χωρὶς Σπαρτιητέων, ἀριθμῷ τῶν περιοίκων ἀναγκαστοὺς ἐς τὸ κῆδος ἰέναι· τούτων ὦν καὶ τῶν εἱλωτέων καὶ αὐτῶν Σπαρτιητέων ἐπεὰν συλλεχθέωσι ἐς τὠυτὸ πολλαὶ χιλιάδες, σύμμιγα τῇσι γυναιξὶ κόπτονταί τε τὰ μέτωπα προθύμως καὶ οἰμωγῇ διαχρέωνται ἀπλέτῳ — ὃς δ' ἂν ἐν πολέμῳ τῶν βασιλέων ἀποθάνῃ, τούτῳ δὲ εἴδωλον σκευάσαντες, ἐν κλίνῃ εὖ ἐστρωμένῃ ἐκφέρουσι· ἐπεὰν δὲ θάψωσι [1]), ἀγορὴ δέκα ἡμερέων οὐκ ἵσταταί σφι, οὐδ' ἀρχαιρεσίη συνίζει, ἀλλὰ πενθέουσι ταύτας τὰς ἡμέρας. **Praeterea Xenophontem confer de re publ. Laced. XIII. 9. p. 259 Haase:** αἳ δὲ τελευτήσαντι τιμαὶ βασιλεῖ δίδονται, τῇδε βούλονται δηλοῦν οἱ Λυκούργου νόμοι, ὅτι οὐχ ὡς ἀνθρώπους ἀλλὰ ὡς ἥρωας τοὺς Λακεδαιμονίων βασιλέας προτετιμήκασιν **et Pausaniam III. 3. 2.** ἀποθανόντι — (Πολυδώρῳ) πολλά τε παρὰ Λακεδαιμονίων δίδοται καὶ ἄξια λόγου ἐς τιμήν **et ex recentioribus O. Muellerum Dor. II. 98. Schoemann. ad Plutarch. Cleomen. 21. p. 163 [2]). Facillime autem, id quod fieri consuevit in regibus, in Lycurgum est translatum.**

Subiungo *Gelonem* a Syracusanis post obitum eodem modo honoratum, teste Diodoro XI. 38: ἐτάφη αὐτοῦ τὸ σῶμα κατὰ τὸν ἀγρὸν τῆς γυναικὸς ἐν ταῖς καλουμέναις τύρσεσιν· — ὁ δ' ὄχλος ἐκ

---

et Livium XXIV. 4. — In *perioecis* Messenios comprehensos fuisse, ex Pausania apparet IV. 13, 3. προείρητο δὲ καὶ ἐπὶ τὰς ἐκφορὰς τῶν βασιλέων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τέλει καὶ ἄνδρας ἐκ τῆς Μεσσηνίας καὶ τὰς γυναῖκας ἐν ἐσθῆτι ἥκειν μελαίνῃ· καὶ τοῖς παραβᾶσιν ἐπέκειτο ποινή. — Videtur autem idem institutum apud Messenios olim fuisse, qui Aristomenem regem Pausaniae etiam aetate pro heroe colebant, IV. 4, 5. 24, 1. 27, 4. 32, 3—4.

1) De Eurypontidarum sepulcris v. Pausan. III. 12, 7; de Agiadarum eandem III. 14, 2.

2) Ex eadem regum mortuorum reverentia fluxerunt Λεωνίδεια, diligenter notata a Westermanno l. l. p. 62. et Krauseo die Gymn. u. Agon. d. Hellen. I. 2. p. 679. not., in tit. Spart. n. 1421. 12, et ὁ ἐπιτάφιος Λεωνίδου καὶ Παυσανίου καὶ τῶν λοιπῶν ἡρώων ἀγὼν n. 1417. 4. cui Boeckhius Pausaniam adhibuit III. 14. 1. λόγους κατὰ ἔτος ἕκαστον ἐπ' αὐτοῖς (Βρασίδᾳ, Παυσανίᾳ τῷ Πλαταιᾶσιν ἡγησαμένῳ, Λεωνίδᾳ) λέγουσι καὶ τιθέασιν ἀγῶνα, ἐν ᾧ πλὴν Σπαρτιατῶν ἄλλῳ γε οὐκ ἔστιν ἀγωνίζεσθαι.

τῆς πόλεως ἅπας συνηκολούθησαν ἀπέχοντος τοῦ τόπου σταδίους διακοσίους· ἐνταῦθα δ' αὐτοῦ ταφέντος ὁ μὲν δῆμος τάφον ἀξιόλογον ἐπιστ'σας ἡρωϊκαῖς τιμαῖς ἐτίμησε τὸν Γέλωνα. Vide insuper Boeckhium ad Pindari fragment. p. 624 et Dissen. p. 653 ed. Goth. [1]) *Hieronis* infra mentionem iniiciam. Sed commemoranda hic est Agrigentinorum pietas *Theroni* praestita, qui (Diod. Sic. XI. 53.) *καὶ ζῶν μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγχανε παρὰ τοῖς πολίταις καὶ τελευτήσας ἡρωϊκῶν ἔτυχε τιμῶν.*

A regibus et tyrannis, quos haud raro vivos turpis subiectorum adulatio ipsorumque fastus ad deos Olympios evexit (Specim. Onom. Gr. p. 9. Franz. Elem. Ep. p. 239. 269. 287. Letronne recherch. pour servir à l'hist. de l'Égypte p. 134. 137. 144. 150. 181. Boettiger. Ideen zur Kunstmyth. II. p. 351. Diod. Sicul. XX. 10. Plutarch. de Alex. fortit. II. 5. Arrian. VII. 14, 7.), ad *cives* descendo vel si mavis ascendo Graecos, quibus patria eo quo dixi modo beneficiorum gratiam retulit. Hic primum eorum occurrit memoria, qui in bellis Medicis pro libertate vitam profuderunt. *Heroes* ii appellantur in argumento tituli Megarici C. I. n. 1051, in quo lapide Simonidis epigramma repetitum legitur (Schneidewin. Delect. p. 410): *τὸ ἐπίγραμμα τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ ἀποθανόντων κὲ κειμένων ἐνταῦθα* [2]) *ἡρώων.* De cultu tamen heroico nihil constat, neque talem Athenienses civibus suis habuerunt, qui ad Marathonem occubuerant. Sed honoris

---

1) Cautius de *regio* Gelonis *nomine* indicare debebam Specim. Onom. Gr. p. 110. Nam, ut numos (Dorv. Sic. 456. Eckh. I. 251) mittam spurios, aliud est, tyrannum *βασιλέα regem* a scriptoribus dici (v. Herodot. V. 35. Schol. Theocrit. XVII. 174. Dorvill. ad Charit. p. 219 Lips.), vel a populo (tit. in Dorv. Sic. p. 580: *ΒΑΣΙΛΕoΣ ΑΓΕ*
ΙΕΡΩΝoΣ ΙΕΡoΚΛΕoΣ
ΣΥΡΑΚoΣΙoΙ ΘΕoΙΣΠΑΣΙ)
et exteris (Herod. VII. 161. Polyb. XII. 15, 7. Diod. Sic. X. 26) ita appellari; aliud tyrannum id nominis sibi ipsum indere et in actis publicis gerere, id quod Dionysius fecit Heracleae tyrannus, Phot. bibl. cod. 224. p. 224. b. 6 Bekker. *οὕτω γοῦν εἰς μέγα δόξης ἀνελθὼν καὶ τὸν τύραννον* (i. e. tyranni nomen, Specim. On. Gr. p. 31) *ἀπαξιώσας τὸ βασιλέως ἀντέλαβεν ὄνομα.*

2) De loco v. Boeckhium p. 556. a.

causa iis datum est, ut in ipso pugnae loco humarentur [1]), quum milites plerique omnes peregre occisi in patriam ad sepulturam referrentur, v. Thucyd. II. 34. et quos interpretes laudaverunt. Contra Marathoniis illos pro *heroibus* fuisse, Pausanias tradidit l. 32, 4. *σέβονται — οἱ Μαραθώνιοι τούτους τε οἳ παρὰ τὴν μάχην ἀπέθανον ἥρωας ὀνομάζοντες καὶ Μαραθῶνα.* Et quod paullo ante §. 3. periegetes narrat: *ἐνταῦθα ἀνὰ πᾶσαν νύκτα καὶ ἵππων χρεμετιζόντων καὶ ἀνδρῶν μαχομένων ἔστιν αἰσθέσθαι· καταστῆναι δὲ ἐς ἐναργῆ θέαν οὐκ ἔστιν ὅτῳ συνήνεγκεν, ἀνηκόῳ δὲ ὄντι καὶ ἄλλως συμβὰν οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν δαιμόνων ὀργή,* id illam Graecorum quoque veterum opinionem declarat, heroas circa ea loca, quibus pugnantes ceciderant, praesentes versari et noctu manus conserere cum hostibus [2]).

Tum qui ad *Plataeas* occiderant, etsi *heroes* a Plutarcho Aristid. 21 diserte non appellantur, tamen, quum iis ut Iovi simul et Hermae Chthonio tauro nigro litatum sit, quin ut heroes culti sint dubitari non potest: *τοῖς πεσοῦσι καὶ κειμένοις αὐτόθι τῶν Ἑλλήνων ἐναγίζειν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν* — et: *παρακαλεῖν τοὺς*

---

1) Ita etiam Romani, v. Appian. bell. civ. I, 45.

2) Ea superstitio, si fides est Connopio Thirlwallo, nondum prorsus exstincta in Neograecorum animis resedit. Vide ei. Gesch. v. Griechenl. II. p. 254: „daher glaubt man noch bis auf diesen Tag wie zu den Zeiten des Pausanias, dass das Schlachtfeld von Marathon von geisterhaften Kriegern besucht werde, und den Schäfer schreckt in der Nacht ihr Geschrei und das Wiehern ihrer Rosse." Adde Zinkeisen. Gesch. Griechenl. I. p. 204. n. 2. et Leak. die Demen von Attika übers. von Westermann p. 83 sqq. — Simile quid de iis qui in campis Catalaunicis ceciderunt, noctu in aere inter se contendentibus refertur, nec illaudata est Kaulbachii tabula eam pugnam repraesentans. Quid quod anno huius saeculi XI. in Tyrolia eaedem visiones nocturnae apparuerunt, v. Morgenblatt für gebild. Leser 1841. n. 139. p. 553. b: „Zu Meran und im Pusterthale erblickten Bauern, die um die Geisterstunde nach den Wiesen gegangen waren, um sie zu bewässern, auf den Bergjochen lange Züge österreichischer Soldaten mit Kanonen und anderm Zeug, und sie vernahmen, wenn sie das Ohr an den Boden hielten, das Getöse eines Heeres, den Hufschlag von Pferden, das Lachen unbändiger Krieger; jedoch alles zerfloss in Dunst, sobald sie auf Nebenpfaden hinzuschlichen. Auf dem blutgetränkten Friedhof bei Wilten aber schwärmen, gleich Irrwischen, in der Dämmerung blaue Flämmchen auf den Gräbern der erschlagenen Tyroler."

ἀγαθοὺς ἄνδρας τοὺς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποθανόντας ἐπὶ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν αἱμακουρίαν, et, quae archontis sunt Plataeensium verba κρατῆρα κεράσαντος οἴνου καὶ χεαμένου· προπίνω τοῖς ἀνδράσι τοῖς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων ἀποθανοῦσι. De eorum sepulcris et de *Eleutheriis* cf. Plutarch. l. l. Pausan. IX. 2, 4. et quos congesserunt G. O. Friedrich. Rerum Plataicarum Specim. Berol. 1841. p. 17. n. 44. Lobeck. Aglaoph. p. 280 not. *t*. Nitzsch. ad Odyss. v. III. p. 163. Unger. Theb. Parad. p. 276.

His heroibus accedant *Oresthasii*, quos Pausanias ab oblivione vindicavit VIII. 41, 1: Φιγαλεῦσι — ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καὶ πολυάνδριον τῶν λογάδων τῶν Ὀρεσθασίων ἐστὶ καὶ ὡς ἥρωσιν αὐτοῖς ἐναγίζουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος, cf. 39, 4. et Krause die Gymnast. u. Agonist. der Hellen. II. 732. Nec expers eiusdem honoris *Podares* videtur fuisse Mantinensis, qui in proelio contra Epaminondam commisso secundum Grylum et Cephisodorum fortissime pugnaverat, v. Pausan. VIII. 9, 5. Μαντινεῦσι — ἐν τῇ ἀγορᾷ — ἡρῷόν ἐστι Ποδάρου et Ποδάρην ἐπ' ἐμοῦ τὸν ἀρχαῖον ἐτίμων οἱ Μαντινεῖς. Idem de *Gryli* sepultura publica et statua retulit 11, 4.

Iam post milites videamus de *ducibus*, ex quibus separatim eos recensebo, qui simul tanquam κτισταὶ *conditores* heroico honore a civitatibus affecti sunt. Inter imperatores igitur si primum commemoro *Cimonem*, antiquitatis causa id facio. Neque enim is propter bellicam virtutem a civibus tanquam heros est cultus, sed, ut Plutarchi utar verbis vit. 19. τιμῶσι — Κιτιεῖς τάφον τινὰ Κίμωνος, ὥς Ναυσικράτης ὁ ῥήτωρ φησίν, ἐν λοιμῷ καὶ γῆς ἀφορίᾳ τοῦ θεοῦ προστάξαντος αὐτοῖς μὴ ἀμελεῖν Κίμωνος, ἀλλ' ὡς κρείττονα σέβεσθαι καὶ γεραίρειν. In reliquis quos afferam ducibus causa divinitatis tam singularis [1]) non obtinuit, sed eos rerum gestarum gloria et magnitudo statim post mortem ad deos vel heroas tollere visa est. Id *Pelopidae* nisi me fallit tributum est a Thessalis, qui in eo ornando πᾶσαν ἀνθρωπίνῃ πρέπουσαν ἀρετῇ

---

1) Non rara tamen in heroibus mythicis, ut in *Theseo*; vide quae *Valeri* doctrina contulit Vindic. Rhesi Eurip. p. CXXXV. De *Toxari* heroe apud Athenienses medico v. Lucian. Scyth. c. 2. cll. Iacob. Prolegg. ad L. T. p. XXXVIII.

τιμὴν τοῖς ψηφίσμασιν ὑπερβαλεῖν dicuntur a Plutarcho vit. 33. et, ut alia desiderii luctusque documenta omittam, κεῖραι ἵππους, κείρασθαι δὲ καὶ αὐτούς [1]). Tum in funere Thebas deducendo: ἐκ — τῶν πόλεων — παρῆσαν αἵ τε ἀρχαὶ καὶ μετ' αὐτῶν ἔφηβοι καὶ παῖδες καὶ ἱερεῖς πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τοῦ σώματος τρόπαια καὶ στεφάνους καὶ πανοπλίας χρυσᾶς ἐπιφέροντες [2]).

Splendidissimas fuisse has exequias, si quidem splendor non in ebore, nec in auro purpuraque poneretur, Plutarchus graviter iudicavit c. 34. Qui scriptor quum explicatius de *Timoleonte* egerit, in eumque mortuum tam strenui felicisque imperatoris gloria quam sapientis legum latoris laude conspicuum honores cumulate congesti sint, hunc quoque locum integrum (vit. c. 39) hic interponam: Ἡμερῶν [3]) δοθεισῶν τοῖς μὲν Συρακοσίοις εἰς τὸ παρασκευάσαι τὰ περὶ τὴν ταφὴν, τοῖς δὲ περιοίκοις καὶ ξένοις εἰς τὸ συνελθεῖν, τά τ' ἄλλα λαμπρᾶς χορηγίας ἔτυχε καὶ τὸ λέχος οἱ ψήφῳ τῶν νεανίσκων προκριθέντες [4]) ἔφερον κεκοσμημένον διὰ τῶν Διονυσίου τυραννείων τότε κατεσκαμμένων· προὔπεμπον δὲ πολλαὶ μυριάδες ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ὧν ὄψις μὲν ἦν ἑορτῇ πρέπουσα πάντων ἐστεφανωμένων καὶ καθαρὰς ἐσθῆτας [5]) φορούντων, φωναὶ δὲ καὶ δάκρυα συγκεκραμένα τῷ μακαρισμῷ τοῦ τεθνηκότος οὐ τιμῆς ἀφοσίωσιν οὐδὲ λειτουργίαν ἐκ προβουλεύματος, ἀλλὰ πόθον δίκαιον ἐπε-

---

1) V. Plutarch. c. 34. Hadr. Iunius de Coma c. V. p. 522 sqq. ed. Hagae Comit. p. 1737. Stanl. ad Aesch. Choeph. v. 7.

2) V. Cornel. Nepot. Pelop. c. 5. Diod. Sic. XV. 80. τὸ ζῆν ἡρωϊκῶς προϊέμενος.

3) I. e. datis *aliquot* diebus: δοθεισῶν — τακτῶν ἡμερῶν (Polyb. XXIX. 11, 8.) v. Locellam ad Xenoph. Ephes. p. 264. *Interiectis diebus* proelium conseritur, Iustin. XXIV. 5, 5. Tit. Lat. Orell. n. 4370. v. II. p. 279: 'Cum' ante *hos dies* coiugem et filium amiserim.

4) Osann. de Cicer. loco p. 7.

5) *Καθαραὶ ἐσθῆτες* sunt *λευκαί* (Plutarch. Arat. 53. λευχειμονοῦντες), quibus et ipsi mortui induebantur, Becker. Charicle II. 171. Cf. Pausan. IV. 13, 1. οἱ Μεσσήνιοι τῶν ἐπιφανῶν τὰς ἐκφορὰς ἐποιοῦντο ἐστεφανωμένων καὶ ἱμάτια ἐπιβεβλημένων λευκά. Sed nisi festo similior fuisset pompa, ἐν ἐσθῆτι puto *μελαίνῃ* (Pausan. IV. 13, 3.) prosecuturi erant Syracusani, Becker. II. 202. tit. ap. Franz. Fünf Inschrift. u. fünf Städte in Kleinasien p. 17. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 95.

δείκνυντο καὶ χάριν ἀληθινῆς εὐνοίας. Τέλος δὲ τῆς κλίνης ἐπὶ τὴν πυρὰν τεθείσης Δημήτριος, ὃς ἦν μεγαλοφωνότατος τῶν τότε κηρύκων, γεγραμμένον ἀνεῖπε κήρυγμα [1]) *τοιοῦτον· „Ὁ δῆμος ὁ Συρακοσίων Τιμολέοντα Τιμοδήμου Κορίνθιον τόνδε θάπτει μὲν διακοσίων μνῶν, ἐτίμησε* [2]) *δ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς, ἱππικοῖς, γυμνικοῖς, ὅτι τοὺς τυράννους καταλύσας καὶ τοὺς βαρβάρους καταπολεμήσας καὶ τὰς μεγίστας τῶν ἀναστάτων πόλεων οἰκίσας ἀπέδωκε τοὺς νόμους τοῖς Σικελιώταις." Ἐποιήσαντο δὲ τὴν ταφὴν τοῦ σώματος ἐν ἀγορᾷ, καὶ στοὰς ὕστερον περιβαλόντες καὶ παλαίστρας ἐνοικοδομήσαντες γυμνάσιον τοῖς νέοις ἀνῆκαν καὶ Τιμολεόντειον προσηγόρευσαν.*

At vero, inquit, nihil quidquam in his de *heroe* Timoleonte. Sane nec ea legitur appellatio nec de sacrificio scriptum est. Tamen *ludorum* institutio eo videtur ducere, ut honores Timoleonti habitos accessisse certe ad heroicorum similitudinem credere possimus. Qua causa permotus ego hominem eximium silentio praeterire nolui, nec omittam Diodori verba XVI. 90: *οἱ Συρακόσιοι μεγάλως ἀποδεδεγμένοι τὸν ἄνδρα διά τε τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν, μεγαλοπρεπῶς ἔθαψαν αὐτόν, καὶ κατα τὴν ἐκφορὰν ἀθροισθέντος τοῦ πλήθους τόδε τὸ ψήφισμα ἀνηγόρευσεν ο δῆμος τῶν Συρακοσίων· „Τιμολέοντα τιμᾶν ἐτήσιον· τοῦτον δὲ θάπτειν ἀπὸ διακοσίων μνῶν, τιμᾶσθαι δὲ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς καὶ ἱππικοῖς καὶ γυμνικοῖς, ὅτι τοὺς βαρβάρους καταπολεμήσας καὶ τὰς μεγίστας τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἀνοικίσας αἴτιος ἐγενήθη τῆς ἐλευθερίας τοῖς Σικελιώταις"* [3]).

---

1) Ita in tit. sepulcr. n. 2059. 36. *ἀναγορευθῆναι ὑπὸ τοῦ κήρυκος, ὅτι ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καὶ αἱ πόλεις τῶν παρεπιδημούντων ξένων στεφανοῦσι Θεοκλέα Σατύρου.* n. 2061. 13. n. 2525. b. C. 30. *ὁ ἐπιστάτας τοῦ κοινοῦ ἢ ὁ ἱεροκάρυξ ἀναγορευέτω τὸ κάρυγμα τόδε. Τὸ κοινὸν τὸ Ἁλιαδᾶν καὶ Ἁλιαστᾶν ἐτίμασε εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον Διονυσόδωρον Ἀλεξανδρῆ, εὐεργέταν τοῦ κοινοῦ, ἐπαίνῳ, χρυσέῳ στεφάνῳ, δίδωτι δὲ αὐτῷ τὰς τιμὰς καὶ ζῶντι καὶ μεταλλάξαντι τὸν βίον, ἀρετᾶς ἕνεκα καὶ εὐνοίας, ἂν ἔχων διατελεῖ εἴς τε τὰ κοινὸ καὶ τοὺς αὐτοῦ ἐρανιστάς.* n. 2483. 16. n. 2484. 17.

2) Recte aoristum futuro *τιμήσει*, quod est in quatuor codicibus sed iis non optimis, praelatum esse ab Heldio et Sintenisio, titulus quoque modo allatus probat.

3) Wesseling. v. V. p. 136 Ddf. legendum censet: *Τιμολέοντα Τιμαινέ-*

Ut Timoleontem ita *Leosthenem* quoque ex parte tantummodo huc referendum intelligo, de quo Diodorus XVIII. 13. ita tradidit: *τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ* (postquam in obsidione Antipatri Lamiae telum e muro in transeuntem iactum est, Iustin. XIII. 6, 12. Ol. 114. 2 ante Chr. 323) *τελευτήσαντος αὐτοῦ καὶ ταφέντος ἡρωϊκῶς διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν, ὁ μὲν δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προςέταξεν Ὑπερείδῃ* (v. Westermann. Gesch. der Bereds. in Griechenl. u. Rom v. I. p. 308. n. 25.). Quapropter ne frustrari lectorem videar, indubios heroes iam sisto *Aethidam* et *Aratum*. Eorum de priore nihil compertum habeo praeter ea quae Pausanias scripsit IV. 32, 2. *Αἰθίδαν — ἐμαυτοῦ πρεσβύτερον ὄντα εὕρισκον, γενομένῳ δέ οἱ χρήμασιν οὐκ ἀδυνάτῳ τιμαὶ παρὰ Μεσσηνίων ὑπάρχουσιν ἅτε ἥρωι· εἰσὶ δὲ τῶν Μεσσηνίων, οἳ τῷ Αἰθίδᾳ χρήματα μὲν γενέσθαι πολλὰ ἔλεγον, οὐ μέντοι τοῦτόν γε εἶναι τὸν ἐπειργασμένον τῇ στήλῃ, πρόγονον δὲ καὶ ὁμώνυμον ἄνδρα τῷ Αἰθίδᾳ. Αἰθίδαν δὲ τὸν πρότερον ἡγήσασθαι τοῖς Μεσσηνίοις φασίν, ἡνίκα ἐν τῇ νυκτὶ Δημήτριός σφισιν ὁ Φιλίππου μηδα-*

του υἱόν, Κορίνθιον τόνδε, θάπτειν, aut si hoc nimium putetur, *τοῦτον δὲ θάπτειν*, coll. c. 65. ubi *Τιμαίνετος*, non *Τιμόδημος* Timoleontis pater audit. Contra L. Diodorfius in edit. minore v. IV. p. 271 hanc proposuit coniecturam: *τόδε τὸ ψήφισμα ἀνηγόρευσαν· Ὁ δῆμος τῶν Συρακοσίων Τιμολέοντα Τιμαινέτου Κορίνθιον θάπτει μὲν ἀπὸ διακοσίων μνῶν· ἐτίμησε δὲ κτλ.* Mihi nulla mutatione opus videtur esse, nec codices hoc loco discrepant. Collatis inter se Plutarchi et Diodori verbis apparet, Chaeronensem accuratius *τὸ κήρυγμα* reddidisse, alterum summam adumbrasse. Quem ad Plutarchi exemplum corrigere, temerarium puto. *Ἀνηγόρευσεν ὁ δῆμος τῶν Σ.* breviloquentia dictum est notissima: *proclamavit* sc. *populus per praeconem.* Tum quae sunt *ἐτήσιον* et *εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον*, ordine se excipiunt sane non optimo, quum inversum exspectes: *in omne tempus* et *quotannis quidem* (ut C. I. n. 2220. 4. *στεφανοῦσιν δι' αἰῶνος* et mox v. 5. *στεφανοῦσθαι κατ' ἐνιαυτόν*), nam illi ludi etiam aliis vicibus, ut quarto quoque anno, agi poterant. Sed eodem tamen, quo Diodorus, modo posuit synodus artificum Dionys. in decreto C. I. n. 3067. 23. *στεφανοῦν καθ' ἕκαστον ἔτος εἰςαεί.* cf. Soph. O. C. 682. *κατ' ἦμαρ ἀεί*, Lycophr. Alex. 565. *παρ' ἦμαρ αἰεί* et Soph. O. C. 688. *αἰὲν ἐπ' ἤματι.* Cornel. Nep. Timol. 5. „publice a Syracusanis in gymnasio, quod Timoleonteum appellatur, tota celebrante Sicilia sepultus est.“ Denique in hoc angulo commemorare funus Dionysii I. liceat, de quo v. Plutarch. Pelop. 34. Athen. V. 206. D. Rhetor. Graec. I. 164 Walz. Foertsch. Quaest. Tullian. c. I. Numburgi 1837.

μῶς ἐλπίσασιν αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ λανθάνουσιν εἰσελθόντες ἐς τὴν πόλιν. Dolendum sane, huius quoque herois memoriam subobscuram esse; contra *Arati* gloria luce historiae clarissima circumfusa splendet. Praeter Polybium VIII. 14. 7—8: „*μεταλλάξας τὸν βίον ἔτυχε πρεπούσης τιμῆς καὶ παρὰ τῇ πατρίδι καὶ παρὰ τῷ κοινῷ τῶν Ἀχαιῶν* [1]). *καὶ γὰρ θυσίας αὐτῷ καὶ τιμὰς ἡρωϊκὰς ἐψηφίσαντο καὶ συλλήβδην ὅσα πρὸς αἰώνιον ἀνήκει μνήμην*“, etiam uberius de eo Plutarchus egit, quamquam si hunc unum haberemus auctorem, de Arati quoque cultu heroico dubitari fortasse posset. Verba ipsa vit. c. 53 haec sunt: *ἐκ τοῦ Αἰγίου τὸν νεκρὸν ἐστεφανωμένοι καὶ λευχειμονοῦντες ὑπὸ παιάνων καὶ χορῶν εἰς τὴν πόλιν ἀνῆγον καὶ τόπον ἐξελόμενοι περίοπτον ὥσπερ οἰκιστὴν καὶ σωτῆρα τῆς πόλεως ἐκήδευσαν· καὶ καλεῖται μέχρι νῦν Ἀράτειον· καὶ θύουσιν αὐτῷ θυσίαν, τὴν μὲν ᾗ τὴν πόλιν ἀπήλλαξε τῆς τυραννίδος ἡμέρᾳ, πέμπτῃ Δαισίου μηνός — καὶ τὴν θυσίαν ἐκείνην Σωτήρια προςαγορεύουσι· τὴν δὲ τοῦ μηνός, ἐν ᾧ γενέσθαι τὸν ἄνδρα διαμνημονεύουσι. Τῆς μὲν οὖν προτέρας ὁ τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος κατήρχετο θυηπόλος, τῆς δὲ δευτέρας ὁ τοῦ Ἀράτου, στρόφιον οὐχ ὅλον λευκὸν ἀλλὰ μεσοπόρφυρον ἔχων, μέλη δ' ᾔδετο πρὸς κιθάραν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν καὶ συνεπόμπευεν ὁ γυμνασίαρχος ἡγούμενος τῶν τε παίδων καὶ τῶν ἐφήβων, εἶτ' ἐφείπετο ἡ βουλὴ στεφανηφοροῦσα καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν ὁ βουλόμενος· ὧν ἔτι δείγματα μικρὰ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐξοσιούμενοι διαφυλάττουσιν, αἱ δὲ πλεῖσται τῶν τιμῶν ὑπὸ χρόνου καὶ πραγμάτων ἄλλων ἐκλελοίπασιν.* Singula non est quod illustrem post ea quae supra hic illic dicta sunt, et satis aperta est honorum Philopoemenis similitudo. Ex Pausania, quem de *heroo* Arati vide II. 8, 2. 9, 4, 6., hoc unum adiicio, Sicyonios illum Aesculapii filium fecisse II. 10, 3. IV. 14, 5. *Σωτῆρος* autem appellatio tributa est Arato in epigrammate quoque statuae subscripto (Plutarch. vit. 14.) v. 5., cf. Iacobs. Anthol. Gr. v. XII. p. 203.

Iamque ad eorum devenimus numerum, qui quum *κτισταί* fuissent, honores heroicos nacti sunt. Eorum de cultu qui primus disseruit Spanhemius (de praestantia et usu numism. antiquor. I.

---

1) Vide Tittmann. Darstellung der Griech. Staatsverfass. p. 685. De Chilone Patrensi, item a communi Achaeorum sepulto, cf. Pausan. VI. 4, 4.

565), hanc in urbium conditores pietatem primam fere et antiquissimam apotheosis causam fuisse censens, tantam eruditionis copiam exprompsit, ut quod addatur nihil fere reliquerit. Post eum in eodem argumento versati sunt Raoul-Rochette hist. crit. de l'établiss. des colon. Grecques v. I. 57. et Goeller de situ Syracus. p. 24, allati ii iam ab Hermanno Lehrbuch der griech. Staatsalterth. §. 74. 3. (Add. tit. Boeckh. C. I. n. 2907.) Equidem satis habeo, haec aetatis certae exempla commemorasse:

Miltiadi τελευτήσαντι (Herodòt. VI. 38) Χερσονησῖται θύουσι, ὡς νόμος οἰκιστῇ, καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τε καὶ γυμνικὸν ἐπιστᾶσι, ἐν τῷ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐγγίνεται ἀγωνίζεσθαι, quippe qui inimici olim Miltiadi fuissent (Pausan. III. 14, 1.) Ad haec bene Valckenaerius annotavit: „idem esset ὡς νόμος ἥρωι θύειν *vita functo sacra faciebant.* Scribi quoque potuit unico verbo in talibus proprio: καί οἱ τελευτήσαντι ἐναγίζουσι vel ἐντέμνουσι" quemadmodum fere apud Pausaniam est III. 1, 7. καὶ νῦν ἔτι οἱ Θηραῖοι κατὰ ἔτος ἐναγίζουσιν (Θήρᾳ) ὡς οἰκιστῇ.

De *Hierone* eadem retulit Diodorus XI. 66: *I.* ὁ τῶν Συρακοσίων βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἐν τῇ Κατάνῃ καὶ τιμῶν ἡρωϊκῶν ἔτυχεν ὡς ἂν κτιστὴς γενόμενος τῆς πόλεως, ubi cf. Wesseling. v. IV. p. 538 Ddf. Porro *Brasidam* (Thucyd. V. 11.) οἱ ξύμμαχοι πάντες ξὺν ὅπλοις ἐπισπόμενοι δημοσίᾳ ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει πρὸ τῆς νῦν ἀγορᾶς οὔσης· καὶ τὸ λοιπὸν οἱ Ἀμφιπολῖται, περιέρξαντες αὐτοῦ το μνημεῖον, ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνουσι καὶ τιμὰς δεδώκασιν ἀγῶνας καὶ ἐτησίους θυσίας καὶ τὴν ἀποικίαν ὡς κτιστῇ προσέθεσαν. His si quartum adiungo *Timesium* s. *Timesiam* Clazomenium, Abderae conditorem, dubiam quidem hominis aetatem esse non ignoro, sed coloniam tamen eum deduxisse non est incertum [1]). De cultu

---

1) Vide C. Fr. Hermann. Versuch einer urkundl. Gesch. v. Abdera in Allgem. Schulzeit. 1830. n. 63. p. 508. Dr. E. W. Fischeri Griech. und Röm. Zeittafeln p. 93. *Τιμήσιος* ab Herodoto dicitur l. l. et, si idem est, a Maximo Tyrio XIX. 5, *Τιμησίας* contra a Plutarcho p. 96. B (ubi v. Wyttenbach. v. I. p. 525 Lips.) p. 812. A. et ab Aeliano Var. Hist. XII. 9. Talis syllabae extremae in nominibus propriis mutatio frequens est vel tum, ubi unus idemque homo designatur, v. Lobeck. Aglaoph. p. 996 not. *pp.* Conferantur praeterea nomina *Κριτίας* et *Κρίτιος* (Kritios, Nésiotès, Kresilas et autres artistes Grecs. Lettre à Mr. le cheval. Thiersch par Mr. Ross, Athènes de

heroico ex Herodoto constat I. 168: *τιμὰς νῦν ὑπὸ Τηΐων τῶν ἐν Ἀβδήροισι ὡς ἥρως ἔχει.* Vivo eosdem honores *Demetrio Poliorcetae* Sicyonii habuerunt, teste Diodoro XX. 102: *ὁ Δ. τοὺς Σικυωνίους εἰς τὴν ἀκρόπολιν μετοικίσας τὸ μὲν τῷ λιμένι συνάπτον μέρος τῆς πόλεως κατέσκαψεν, ὀχυροῦ παντελῶς ὄντος τοῦ τόπου, τῷ δὲ πολιτικῷ πλήθει συνεπιλαβόμενος τῆς οἰκοδομίας* [1]) *καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀποκαταστήσας τιμῶν ἰσοθέων ἔτυχε παρὰ τοῖς εὖ παθοῦσι. Δημητριάδα μὲν γὰρ τὴν πόλιν ὠνόμασαν, θυσίας δὲ καὶ πανηγύρεις, ἔτι δ' ἀγῶνας ἐψηφίσαντο συντελεῖν αὐτῷ κατ' ἐνιαυτὸν καὶ τὰς ὕλλας ἀπονέμειν τιμὰς ὡς κτιστῇ· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ χρόνος διαληφθεὶς πραγμάτων μεταβολαῖς ἠκύρωσεν* (cf. Plutarch. Demetr. 25.). Denique ne ipse ego prorsus *ἀσύμβολος* decedam, titulum affero Argis a Fourmonto repertum C. I. n. 1134. *οἱ Σπατοληασταὶ* (i. e. ex Boeckhii interpretatione *βυρσοδέψαι*) *Μάρκῳ Ἀντωνίῳ, Ἀναξίωνος υἱεῖ, Ἀριστοκράτει, κτιστᾷ ἥρωι.* Vide de eiusmodi conditoribus Nitzsch. de apotheos. p. 8 — 9. Add. C. I. n. 2851.

Urbium conditores virtute et meritis ii aequant, qui rempublicam legibus ordinant; quare tales quoque viros post fata inter heroas referri consentaneum erat. Id quod praeter Lycurgum, de quo supra verba feci, non paucis aliis tributum videmus. Sic *Dioclem* (Diodor. Sicul. XIII. 35.) *οὐ μόνον — ζῶντα ἐθαύ-*

---

l'imprimerie d'Andréas Koromélas, 1839. p. 6. Kunstblatt 1840. n. 11 et 12), quae ambo ab adiectivo *κριτός* (*Κρῖτος* Therae n. 2448. III. 25) ducta sunt; *Ἡγησίας* et *Ἡγήσιος* (Phot. bibl. p. 115. a. 30 Bekker.); *Φιλήσιος* Pausan. V. 27, 6. (*Ἐρετριέως — Φιλησίου*, Sillgio Cat. Artif. p. 349 *Philesias*, certe non contra analogiam), Xenoph. Anab. III. 1, 47. V, 3, 1. 6, 27. 8, 1. VII. 1, 32. C. I. n. 1835. 4. *Ἀγησίδαμος Φιλησίου*, Apollo *Φιλήσιος*, de quo v. Soldan.: Das Orakel der Branchiden, Zeitschr. f. Alt. 1841. p. 582. *Φιλησία* Xenophontis uxor, Diog. Laert. II. 52. *Φιλησίη τὴν κλῆσιν, Δύσονὶς γένος* Epigr. *ἀδέσπ.* DCCIX. 4.; *Ἐρώτιος* C. I. n. 405. 3. *Ἐρωτίας* n. 165. l. 20; plura Lobeckius attulit de nomin. I. decl. in *ας* purum exeuntibus dissertatio I. p. 6.

1) Cfr. Ross. Bullet. dell' instituto 1840. p. 24. „Je fus frappé par la regularité des rues de la nouvelle ville bâtie par Démétrius Poliorcétès; car la direction des rues est parfaitement indiquée par les fondemens existans, et d'après la règle citée par Vitruve, elles paraissent avoir été toujours entre deux vents principaux, se dirigeant p. e. du nord-est au sud-ouest, ou du nord-ouest au sud-est", R. Gompf. Sicyon. Spec. Berol. 1832. p. 68 sqq.

μυσαν οἱ Συρακούσιοι ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντα τιμαῖς ἡρωϊκαῖς ἐτίμησαν καὶ νεὼν ᾠκοδόμησαν δημοσίᾳ. Neque aliter acceperim Pausaniae verba VIII. 48, 1. στήλαις — ἐπειργασμένοι τῇ μὲν Ἀντιφάνης ἐστὶ καὶ Κροῖσος καὶ Τυρωνίδας τε καὶ Πυρίας, οἵ νόμους Τεγεάταις θέμενοι τιμὰς καὶ ἐς τόδε παρ' αὐτῶν ἔχουσιν. Pariter in *Timoleontis* laudibus relatum (ap. Plutarch. 39) legimus, quod ἀπέδωκε τοὺς νόμους τοῖς Σικελιώταις. Contra non satis certa Wachsmuthii videtur coniectura Hellen. Alt. II. 2. p. 145. not. 110. b. „Ob nicht auch dem Opfer Σεισάχθεια (Plut. Sol. 16, eine Art Heroencult des Solon verknüpft war?" Certe Plutarchea (ταχὺ — τοῦ συμφέροντος αἰσθόμενοι καὶ τὰς ἰδίας αὐτῶν μέμψεις ἀφέντες ἔθυσάν τε κοινῇ, Σεισάχθειαν τὴν θυσίαν ὀνομάζοντες, καὶ τὸν Σόλωνα τῆς πολιτείας διορθωτὴν καὶ νομοθέτην ἀπέδειξαν) nihil quidquam eiusmodi indicant, nec Westermannus, interpres accuratissimus, adnotavit.

Tum pio Graeci animo memoriam colebant eorum, qui patriam in libertatem a tyrannis vindicaverant. Hic instar omnium *Harmodius* est et *Aristogiton* [1]), quibus publice parentatum quotannis esse, Pollucis verba docent libr. VIII. §. 91: διατίθησι — (ὁ πολέμαρχος) τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων· καὶ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον ἐναγίζει, quocum convenit quod Callistratus in scolio illo celeberrimo cecinit v. 5.

Φίλταθ' Ἁρμόδι', οὔτι που τέθνηκας,
Νήσοις δ' ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι.

De statuis, quas illis Athenienses posuerunt, confer quae post Leakeum Topograph. v. Athen p. 98. not. 2. Westermannus attulit „de publ. Ath. honor. ac praemiis" p. 15, et Boeckhium C. I. v. II. p. 320. a.; de immunitate eorum posteris concessa v. Demosth. c. Leptin. p. 496 Reisk.

Nec defuerunt Graecis initia eius cultus, quem *genii* hodierni homines dicunt. Hic primo loco *poetae* sunt commemorandi, de quorum arctiore cum diis necessitudine [2]) plena est

1) Wachsmuthius Hell. Alt. II. 2. 144. (H. — und A. wurden darein i. e. in den Heroenkreis versetzt) quem secutus sit auctorem, non addidit.

2) Huc pertinent etiam sacerdotia, quibus poetae functi sunt. De Sophocle exempli causa v. Meineck. Fragm. poet. comoed. antiquae v. II. p. 683. Wel-

testimoniorum omnis antiquitas. Et *Homerum* quidem, quem pro deo cultum esse nemo nescit (v. Cuper. apotheos. vel consecr. Hom. p. 11 sqq. Eckhel. Doctr. Num. Vet. II. 541.), hic verbo attigisse sufficiat. Athenae autem quem praestantissimum protulerant poetam *Sophoclem*, praetorem aliquando propter suavissimam ingenii dulcedinem factum [1]), et sacrificiis mortuum [2]) honoraverunt (vit. Soph. p. XXVI Schaef. ed. a. 1810. *Ἴστρος φησὶν Ἀθηναίους διὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν καὶ ψήφισμα πεποιηκέναι κατ' ἔτος ἕκαστον αὐτῷ θύειν*) et statua, auctore Lycurgo Vit. X Orat. p. 61 Westerm. [3]). Similiter *Aeschylum* (vit. p. XIV G. Dindorf. a. 1827.) *ἀποθανόντα Γελῷοι πολυτελῶς ἐν τοῖς δημοσίοις μνήμασι θάψαντες ἐτίμησαν μεγαλοπρεπῶς, ἐπιγράψαντες οὕτως*

> *Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει*
> *μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροιο Γέλας.*
> *ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι*
> *καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.*

Εἰς τὸ μνῆμα δὲ φοιτῶντες ὅσοις ἐν τραγῳδίαις ἦν ὁ βίος ἐνήγιζόν τε καὶ τὰ δράματα ὑπεκρίνοντο [4]).

Poetis libenter equidem *oratorem* adiunxerim unum omnium disertissimum, tamquam eorundem honorum socium. Sed ambigua esse scriptoris, quem auctorem habeo, verba non me fugit; v. Pausan. II. 33, 4: *Δημοσθένει — τιμαὶ καὶ ἑτέρωθι τῆς Ἑλλάδος*

---

cker. ad Philostr. 658. Nec alienum ab hoc loco, praerogativas commemorare, poetarum posteris saepe datas, ut *Pindari*, de quibus v. Preller. Polem. fragm. p. 68. De ipso Pindaro cf. Eustath. prooem. comment. Pind. p. 17 Schneidewin.

1) v. Ferd. Schultz. de vita Soph. poetae c. 5. Berol. 1835. Librum integrum me non vidisse sed priora tantum cap. VI., quae separatim prodierunt, certa de causa moneo.

2) De sepultura cf. vit. p. XXV. Pausan. I. 21, 2.

3) Statuae honor Euripidi simul et Aeschylo (Welck. Tril. Aesch. 523 u. 817) datus est. De Euripidis sepulcro v. Plut. Lycurg. 51. Mus. Rhen. 1832. 297.

4) Cfr. Herder. Werke zur schön. Litter. u. Kunst XI. 100: „Diderot in seiner Notiz über Lafontaine sagt: „Jedes Jahr will ich an einem gewissen Tage sein Grab besuchen; an dem Tage zerreisse ich jedesmal eine Fabel von Lamotte, ein Mährchen von Vergier oder einige der besten Seiten von Grecourt." An Klopstock's und Gleim's Grabe wollen wir nichts zerreissen, aber manches verachten." Quanto dignius Graeci poetam suum honoraverunt!

καὶ παρὰ τῶν Καλαυρίας εἰσὶν οἰκητόρων. Philosophorum quorundam infra mentionem faciam.

Ab heroibus iis, quos *Musa coelo beans mori vetuit*, pergo ad eos, qui corporis et pulchritudine et exercitatione ita excelluerunt, ut quum in ludis sacris victorias reportassent, immortalitate digni Graecis visi sint.

Ita *Theageni* pancratiastae, cuius de victoriis v. Krause Olymp. p. 378. Pyth. Nem. Isthm. p. 101. 161. 220., Hasselbach. de insula Thaso, Marburgi 1838. p. 30, vel Pausaniae aetate (VI. 11, 2.) *Θάσιοι (ἐνόμιζον) ἅτε θεῷ θύειν· πολλαχοῦ δέ,* inquit ille, *καὶ ἑτέρωθι ἔν τε Ἕλλησιν οἶδα καὶ παρὰ βαρβάροις ἀγάλματα ἱδρυμένα Θεαγένους καὶ νοσήματά τε αὐτὸν ἰώμενον* [1]) *καὶ ἔχοντα παρὰ τῶν ἐπιχωρίων τιμάς.*

De *Hipposthene* idem periegetes III. 15, 5. haec retulit: *πλησίον (ἱεροῦ Ἀθηνᾶς Ἀξιοποίνου* Spartae) *ἐστὶν Ἱπποσθένους ναός, ᾧ γεγόνασιν αἱ πολλαὶ νῖκαι πάλης· σέβουσι δὲ ἐκ μαντεύματος τὸν Ἱπποσθένην ἅτε Ποσειδῶνι τιμὰς νέμοντες·* et de *Cleomede* VI. 9. 3. *Κλεομήδη φασὶν* (Olymp. 72.) *Ἀστυπαλαιέα ὡς Ἴκκῳ πυκτεύων ἀνδρὶ Ἐπιδαυρίῳ τὸν Ἴκκον ἀποκτείνειεν ἐν τῇ μάχῃ, καταγνωσθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Ἑλλανοδικῶν ἄδικα εἰργάσθαι καὶ ἀφῃρημένος τὴν νίκην ἔκφρων ἐγένετο ὑπὸ τῆς λύπης, καὶ ἀνέστρεψε μὲν ἐς Ἀστυπάλαιαν, διδασκαλείῳ* [2]) *δ' ἐπιστὰς ἐνταῦθα ὅσον ἑξήκοντα ἀριθμὸν παίδων ἀνατρέπει τὸν κίονα ὃς τὸν ὄροφον ἀνεῖχεν. ἐμπεσόντος δὲ τοῦ ὀρόφου τοῖς παισὶ καταλιθούμενος ὑπὸ τῶν ἀστῶν κατέφυγεν ἐς Ἀθηνᾶς ἱερόν· ἐσβάντος δὲ ἐς κιβωτὸν κειμένην ἐν τῷ ἱερῷ καὶ ἐφελκυσαμένου τὸ ἐπίθημα, κάματον ἐς ἀνωφελὲς οἱ Ἀστυπαλαιεῖς ἔκαμνον ἀνοίγειν τὴν κιβωτὸν πειρώμενοι. τέλος δὲ τὰ ξύλα τῆς κιβωτοῦ καταῤῥήξαντες ὡς οὔτε ζῶντα Κλεομήδην οὔτε τεθνεῶτα εὕρισκον, ἀποστέλλουσιν ἄνδρας ἐς Δελφοὺς ἐρησομένους ὁποῖα ἐς Κλεομήδην τὰ συμβάντα ἦν· τούτοις χρῆσαι τὴν Πυθίαν φασίν·*

Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς,
Ὃν θυσίαις τιμᾶθ' ἅτε μηκέτι θνητὸν ἐόντα.

---

1) Lucian. Deor. Concil. 12. *ὁ Θεαγένους ἐν Θάσῳ* sc. *ἀνδριὰς ἰᾶται τοὺς πυρέττοντος.*

2) Vide Plutarch. Cimon. 16. Strab. VI. 1. v. II. p. 18 Tauchn. Schol. Lucian. Contempl. 8. v. III. p. 41 Bipont. Tzetz. Chiliad. IV. 270. Quae contulisse in notae recessum, homini scholastico licuerit.

Κλεομήδει μὲν οὖν Ἀστυπαλαιεῖς ἀπὸ τούτου τιμὰς ὡς ἥρωι νέμουσιν. Cf. Suidam v. *Κλεομήδης* et quos interpretes attulerunt v. II. p. 279 Bernh.

Eodem honore *Diognetum* civem suum Cretenses affecerunt, teste Ptolemaeo Hephaest. ap. Phot. bibl. p. 151. a. 20. *ὡς Δ. ὁ Κρὴς, ὁ πύκτης, νικήσας οὐ λάβοι τὸν στέφανον, ἀλλὰ καὶ ἐλαθείη ὑπὸ Ἠλείων, διότι ὁ νικηθεὶς καὶ ἀναιρεθεὶς ὑπ' αὐτοῦ Ἡρακλῆς ἐκαλεῖτο ὁμωνυμῶν τῷ ἥρωι· τοῦτον τὸν Διόγνητον ὡς ἥρωα Κρῆτες τιμῶσιν,* v. Hoeck. Cret. II. 403. *Philippus* autem Crotoniates Olympionice Graecorum, suae aetatis pulcherrimus *διὰ τὸ ἑωυτοῦ κάλλος ἐνείκατο* (Herodot. V. 47.) *παρὰ Ἐγεσταίων τὰ οὐδεὶς ἄλλος· ἐπὶ γὰρ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἡρώιον ἱδρυσάμενοι θυσίῃσι αὐτὸν ἱλάσκονται.* Hoc exemplo tanquam unico usus est Goettlingius, docens quod falsum esse facili sane opera demonstrari potest. Affero prius ipsa viri doctissimi verba ex diurno, cui titulus est Kunstblatt, ubi a. 1836. n. 7. referens de libro: Le antichità della Sicilia. Esposte ed illustrate per Domenico Lo Faso Pietra Santa, Duca di Serra di Falco, v. II. Palermo 1834. fol. haec scripsit: S. 4. wird bemerkt, Empedocles habe die Selinuntier von einer bösen Seuche, durch sumpfige Gegenden entstanden, befreit, indem er zwei Flüsse (Selinus und Hypsas) in einander geleitet. Dafür hätten sie dem Philosophen dauernde göttliche Ehre zuerkannt. *Dies wäre in ganz Griechenland eine unerhörte Erscheinung, dass man in historischer Zeit einem Menschen göttliche Ehre erwiesen hätte*, und wird auch keineswegs vom Diogen. Laert. VIII. 70 [1]) gesagt, welcher bloss erzählt, dass sie bei einem Feste, welches sie in der Freude über die beendigte Seuche gegeben, sich vor Empedocles auf die Knie geworfen und ihn wie einen Gott verehrt hätten.“ In his recte quidem Goettlingius de Empedocle [2]) statuit (*ἐξαναστάντας προςκυνεῖν καὶ προςεύχεσθαι καθαπερεὶ θεῷ*), cui contigit quod aliis quoque datum est ut *Dioni*, Plutarch. v. 46. *κραυγὴ καὶ χαρὰ καὶ πολὺς ἀλαλαγμὸς εὐχαῖς ὁμοῦ καὶ παρακλήσεσι μεμιγμένος ἐγίνετο παρὰ τῶν*

1) Cf. Karsten. Empedocl. p. 22 sqq.

2) Ceterum de homine, regiae ac paene divinae dignitatis speciem prae se ferente, v. Karsten. l. l. p. 27 sqq.

Συρακοσίων τὸν μὲν Δίωνα σωτῆρα καὶ θεὸν ἀποκαλούντων, τοὺς δὲ ξένους ἀδελφοὺς καὶ πολίτας. Quamquam hoc ipsum Dionis exemplum sufficere potest videri ad probandum contrarium, nam Diodorus Sicul. XVI. 20 ita narravit: *συναχθείσης ἐκκλησίας ὁ μὲν δῆμος εὐχαριστῶν στρατηγὸν ἐχειροτόνησεν αὐτοκράτορα τὸν Δίωνα καὶ τιμὰς ἀπένειμεν ἡρωϊκάς.*

Verum ut concedam, haec Diodori verba aliam quoque admittere interpretationem, tamen Goettlingius erravit, sive, est enim paulo obscurius locutus, homines aetatis historicae negavit *post mortem* heroes factos, sive *vivos* etiamtum. Et prius quidem si voluit, erroris eum convincunt exempla quae supra composui satis multa. Addo autem, quoniam philosophus disputandi causam praebuit, *Epimenidem*, de quo Diogenes Laert I. 114. *λέγουσί τινες ὅτι Κρῆτες θύουσιν αὐτῷ ὡς θεῷ*, et *Anaxagoram*, v. Aristot. Rhetor. II. 23. *Λαμψακηνοὶ Ἀναξαγόραν ξένον ὄντα ἔθαψαν* [1]) *καὶ τιμῶσιν ἔτι νῦν.* Nec magis stare Goettlingii sententia potest, ubi altera quam dixi ratione eius verba intelligenda esse sumis. Etenim iam *Lysandro* Aristocriti [2]) filio (Plutarch. v. 18.) *πρώτῳ — ὡς ἱστορεῖ Δοῦρις, Ἑλλήνων — βωμοὺς αἱ πόλεις ἀνέστησαν ὡς θεῷ καὶ θυσίας ἔθυσαν, εἰς δὲ πρῶτον παιᾶνες ᾔσθησαν — Σάμιοι δὲ παρ' αὐτοῖς Ἡραῖα Λυσάνδρεια καλεῖν ἐψηφίσαντο* [3]). Tum *Demetrium Poliorceten*, tamquam deum ab Atheniensibus salutatum (Plutarch. Dem. 10. Athen. VI. 253. C. Schoemann. ad Pl. Cleom. p. 225), minus eius ipsius causa hic

---

1) Diog. Laert. II. 3, 15. Ita *Bias* publice sepultus est, Diog. I. 5, 84. Zeno id. VII. 1, 10 *Eucratidas*, v. titul. ap. Meurs. de funere 12. Gron. thes. XI. 1100. „*Εὐκρατίδας Πεισιδάμου Ῥόδιος, φιλόσοφος Ἐπικούρειος. Τὸν τόπον τῆς Βρενδεσίνων βουλῆς εἰς ταφὴν ψηφισαμένης.*"

2) Non *Aristocliti* (Plutarch. vit. 2.) nec *Aristocratis*, vide Pausan. III. 6, 4. 8, 3. V. 6, 4. VI. 3, 6. X. 9, 4. cum Schubarti et Walzii not. Boeckh. C. I. 1. p. 86. a. tit. n. 150. A. 31. n. 151. 31. n. 152. 20. Librorum scripturam *Ἀριστόκλειτος* ap. Plutarch. non scribis sed ipsi Plutarcho deberi Sintenisius videtur statuere. Cui iudicio calculum non addo. In Romanis Chaeronensis saepius errorem admisit; in tam celebri homine Graeco Graecus nisi dormitans, non potuit. — Similiter peccatum est a Suidae librariis v. *Κλεόξενος καὶ Δημόκλειτος*, ubi in uno libro (v. II. p. 280 Bernh.) est *Δημόκριτος*.

3) Vid. Lachmann. Gesch. Griech. v. d. Ende d. Pelop. Kr. I. 205.

pono, quam propter ea quae Athenaeus prodidit l. l. A. *Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερὰ καὶ Βουρίχου καὶ Ἀδειμάντου καὶ Ὀξυθέμιδος τῶν κολάκων αὐτοῦ καὶ βωμοὶ καὶ ἡρῷα καὶ σπονδαί· τούτων ἑκάστῳ καὶ παιᾶνες ᾔδοντο.* Porro huc pertinent *Ἀντιγόνεια*, quae in Antigoni superstitis honorem instituta Schoemannus l. l. illustravit [1]). Item *Attalo* I. Sicyonii, quos pecunia et frumento adiuverat (Polyb. XVII. 16, 3.), *εἰκόνα τε χρυσῆν ἐψηφίσαντο καὶ θυσίαν αὐτῷ συντελεῖν κατ' ἔτος ἐνομοθέτησαν*, *Tito* autem *Flaminino* Chalcidenses (Plutarch. v. 17.) *τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν παρ' αὐτοῖς ἀναθημάτων — καθιέρωσαν, ὧν ἐπιγραφάς ἐστι τοιαύτας ἄχρι νῦν ὁρᾶν. Ὁ δῆμος Τίτῳ καὶ Ἡρακλεῖ τὸ γυμνάσιον. Ἑτέρωθι δὲ πάλιν Ὁ δῆμος Τίτῳ καὶ Ἀπόλλωνι τὸ Δελφίνιον. Ἔτι δὲ καὶ καθ' ἡμᾶς ἱερεὺς χειροτονητὸς ἀπεδείκνυτο Τίτου καὶ θύσαντες αὐτῷ τῶν σπονδῶν γενομένων ᾄδουσι παιᾶνα πεποιημένον*, nec dubium mihi est, quin Tito etiamtum in Graecia commoranti oblata sint sacrificia et cantatus paean [2]). Haec consideranti iam non potest mirum videri, aetate recentiore *ἥρωος* appellationem etiam *vivo* alicui datam esse. Id quod ex Boeckhii sententia et Franzii statuendum est in titulo Cretensi, Flaviis imperatoribus non antiquiore, C. I. n. 2583. *Λυττίων ἡ πόλις Τ. Φ(λ). Λεοντίου υἱόν, Κυρείνα, Ἀκεστίμου, Πρωτόκοσμον β, ἀγορανόμον β, ξυστάρχην ἱεροῦ ἀγῶνος πενταετηρικοῦ τοῦ κοινοῦ τῶν Κρητῶν ἀρετῆς ἕνεκα καὶ τῆς περὶ τὴν πόλιν ἀδιαλείπτου μεγαλοψυχίας ἥρωα καὶ κοσμόπολιν* (vid. Boeckh. p. 428. b. El. Ep. Gr. p. 331. not. **), in quibus indicium, *mortui* statuam poni, omnino non inest.

Restant heroes nonnulli, qui oraculo iubente et confirmante propter singularem aliquam causam vel vitae casum cultus heroici participes facti sunt. Huc *Onesilum* [3]) refero (Herodot.

---

1) Cf. *Λουκούλλεια* Ephesiorum Plutarch. Lucull. 23. et Cyzicenorum Appian. Mithrid. 76. Marquardt. Cyz. p. 143.

2) C. I. n. 1325. *Τίτον Τίτου Κοΐγκτιον, στραταγὸν ὕπατον Ῥωμαίων ὁ δᾶμος ὁ Γυθεατᾶν τὸν αὑτοῦ σωτῆρα.* — In Hispania Metellum, victoria a Sertorio reportata (Plutarch. Sertor. XXII.) *θυσίαις αἱ πόλεις ἐπιφοιτῶντα καὶ βωμοῖς ἐδέχοντο* et *χοροὶ παίδων καὶ γυναικῶν ἐπινικίους ὕμνους ᾖδον εἰς αὐτόν.*

3) Vide etiam Plutarch. Cleomen. 39.

V. 114. W. H. Engel. Kypros v. I. p. 270.), *Artachaeten* (Herod. VII. 117.), *Hephaestionem* (Plutarch. Alex. 72. ubi v. Schmieder.), *Drimacum* [1]) servorum ducem in insula Chio fugitivorum, (Athen. VI. 265. E: *μνησθέντες τῆς τοῦ τετελευτηκότος ἐπιεικείας ἡρῷον ἱδρύσαντο κατὰ τὴν χώραν καὶ ἐπωνόμασαν Ἥρωος Εὐμενοῦς· καὶ αὐτῷ ἔτι καὶ νῦν οἱ δραπέται ἀποφέρουσιν ἀρχὰς ὧν ἀφέλωνται,*) *Athenodorum* [2]) Sandonis fil. Tarsensem Stoicum, qui (Lucian. Macrob. c. 21.) *διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ, ὑφ' οὗ ἡ Ταρσέων πόλις καὶ φόρων ἐκουφίσθη* — et cui *τιμὰς ὁ Ταρσέων δῆμος κατ' ἔτος ἕκαστον (ἀπένεμεν) ὡς ἥρωι.*

Eum denique cultum heroicum, quem privati in ampliore re familiari suis mortuis tribuere solebant, optime ex Epictetae mulieris Theraeae testamento cognoscimus secundi vel tertii ante Christum natum saeculi, v. Boeckh. C. I. n. 2448. v. II. p. 369. b. Ibi Epicteta filiis defunctis Cratesilocho et Andragórae et marito Phoenici et sibi ipsi *heroa* constituit cum *Museo* I, 16, 22; *τέμενος* II. 4, 5, 12, 14, *sacerdotium* II. 27, *sacrificia* II. 35, 36. III. 15, 17, 18. IV. 5, 6. V. 9. VI. 6, 13. *libationem* IV. 22, *coronas* VI. 9. *thiasum* s. *collegium* *τὸ κοινὸν τοῦ ἀνδρείου τῶν συγγενῶν*, cuius lex est col. IV — VIII, p. 370. b. Cf. Ross. Reisen auf den griech. Inseln v. I. p. 72.

Sed haec hactenus. Nunc quum in argumento diutius versati simus satis tristi, ad rem progrediamur laetam funerique prorsus contrariam. Nimirum, dummodo diva Critice faveat, *nuptias* concelebrare in animo est iuvenis Graeci.

---

1) Nomen eiusdem videtur formationis esse, cuius sunt: *Αἰακός, Πίττακος, Πιττάλακος, Πύῤῥακος, Ἀστράβακος, Ἄστακος, Λάβδακος, Δαίδακος, Μάρμακος, Σάνδακος, Σπάρτακος.* De accentu cf. Arcad. p. 51. 1. et quos Bachmann. attulit ad Lycophr. Alexandr. v. 1364. *Δρίμακος* fortasse ab adiectivo *δριμύς* descendit ut *Δριμύλος* Lucian. Gall. c. 14. — Certe mutare nolo, licet *Δορίμαχος* cuivis facile in mentem veniat.

2) Quae in ordinanda Tarsensium re publica eius partes fuerint, Strabo exposuit XIV. c. 5. v. III. 229 Tauchn. Eam ipsam honoris heroici causam fuisse coniicio. Pariter *Theophani* Mytilenaeo optime de se merito cives *coelestes honores* tribuerunt, v. Tacit. Annal. VI. 18 et numerum: *ΘΕΟC. ΘΕΟΦΑΝΗC. ΜΥΤ.* Eckhel. v. II. p. 504.

Caput II.

TITVLI ALIQVOT EMENDATI.

A. ROSSIANI.

Titulum, cui primum collectionis suae locum Rossius assignavit, paullo intentius rimari quam ab editore factum est, fortasse operae pretium fuerit. „Exstat is hodie p. 1. a.) Tripoli in pariete scholae publicae. Marmor est album, a sinistra parte integrum, a dextra fractum: quamobrem versuum longitudo accurate definiri nequit., Antequam in hunc murum insereretur, videtur in aliquo fundamento vel in scala aliqua fuisse, unde plurimae litterae prorsus detritae deletaeque sunt.“ Tegeaticam esse inscriptionem Rossius statuit quum propterea, quod ea urbs Tripoli est proxima (v. Dodwell. II. 2. 301. Sickler. Leak. Trav. in the Mor. II. 336. III. 35.), tum ob Minervae mentionem Aleae ut videtur v. 3 et 5 factam. Litterae aliquot (*Α* et *Π*) sunt sane noviciae, sed vel sic titulus antiquior esse Olympiade 158 videri potest. Nec Romani quidquam in eo deprehendi: nam quod coniecit editor v. 2 in elementis *ΑΤΟΣΕΥ* solita Augustorum praeconia latere (*Εὐσεβής, Εὐτυχής, Σεβαστός*), id nemo non videt quam sit incertum atque adeo incredibile. Illud *ΑΤΟΣ* quidem fortasse superest ex nomine proprio in *στρατος* aut *αρατος* desinente, quamquam eiusmodi fragmentis in cassum opera impenditur.

— — — — — — *ΑΤΟΣΕΥΣ* — — —
— — — — — — *ΥΕΑΥΤΟΥΤΕΥ* — —
— — — — — *ΕΑΣΚΑΙΙΕΡΕΥΣΤΑΣ* —
— — — — — *ΑΥΤΑΣΤΟΥ-ΕΝΤΑ* —
5 — — — — — — — *ΤΟΔΕΟΜΟΙΟΝΤΑΙΑ*
— — — — — — — — — *ΑΥΤΑΦ*

— — — — — — *ΕΥΚΟΛΟΝΑΜΩΙ* —
— — — — — — — — *ΕΝΤΕΥ* —
— — — — — — — *ΠΟ* — — —
10 — — — — — — — *ΕΧ* — — — —
— — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — *ΕΕ* — —
— — — — — *ΕΥΕΝΕΤΩΝΔΟΠΑ* — —
— — — — — *ΣΕΙ. ΕΣΤΙΑΦΠΦΑ* —
15 — — — — — — *ΕΟΝΑΝΕΠΙΤΑΞΑΣ* —
— *ΠΠΑΤΟ* . . . *ΩΙΤΩΝΕΝΤΑΠΟΛΕΙ* —
ΟΝΕ . . *ΔΕΣ* — — — — — — — —
ΙΟΣ — — — — *ΑΛΛΟΝΤΟΝΙΔΙΟΝ* —
ΙΑΙ — — *ΤΟΥΣΕΝΠΑΛΛΟΝΤΑΣ* — —
20 — — — — *ΛΟΚΑΠΟΙΟ* . . *ΤΕΣΔΕΚΑ* —
— — — — — — *ΑΥΤΟΣΤΕΚΑΙΑ* —
— — — — — *ΣΤΟΥΣΓΑΜΟΥΣΤΩΝ* —

In his quae vel aperta sunt vel quae coniectura assecutus mihi videor, propono haec: V. 2. *το*]*ῦ ἑαυτοῦ τε* [*καὶ* an *τέ*[*κνου*. V. 3. —*ίας καὶ ἱερεὺς τᾶς* [*Ἀθάνας τᾶς Ἀλέας*. Eam deam [1]) hic ut infra, v. 5. *τὸ δὲ ὅμοι οντᾳ Ἀ*[*θάνᾳ*, scriptam fuisse Rossius suspicatus est satis probabiliter, cf. Pausan. VIII. 4, 8. 5, 3. 45, 4. 46, 1. 47, 1. II. 17, 7. III. 5, 6. 7, 10. titul. Rossii n. 2. *ἐπὶ ἱερέος Ἡρακλείδα Κλεοπότρα Σεκούνδου γυνὴ ἱερασαμένα Ἀλέᾳ Ἀθάνᾳ καὶ Δάματρι*. Heraclides autem et ipse Minervae sacerdos fuit, apud Tegeatas is eponymus [2]), v. C. I. n. 1513. 6, 27, 30 et Boeckh. p. 701. b. p. 823. b. Qui sacerdos in hac de qua agimus

1) De eius templi ruderibus v. Dodwell. II. 2. p. 302 Sickl.

2) Eponymia alibi quoque cum sacerdotio aliquo coniuncta reperitur. Notissimum exemplum Argivae est sacerdotis Iunoniae. De aliis v. Goettling. in script. acad. „Explicantur inscriptiones Acrenses III in Sicilia repertae ad legem Hieronicam pertinentes". Ienae 1834. p. 5 — 6. *Ἀλεαῖα* Tegeatica in titulo habentur Boeckhii n. 1515. I. 6, 12, 19, 22. II. 5, 10. p. 703. b. et ex coniectura in Rossiano, qui legitur in Intelligenzbl. d. allgem. Litt. 1838. n. 40. p. 323. Eandem formam Pausaniae VIII. 47, 3 Rossius. l. l. restitutam voluit pro vulgata *Ἀλαῖα*, dederunt Schubartus et Walzius. Vid. Wachsmuth. Hellen. Alt. II. 2. 130. Krause die Gymn. u. Agon. d. Hellen. I. 2. p. 734. 735.

inscriptione commemoratur, fortasse alterum simul munus gerebat, cuius vestigium in litteris *ΕΑΣ* (*Τεγ*]*έας* an *Σ*]*ΑΣ* — *σας* particip. aorist.) exstat. Nec ea munerum cumulatione iam apud veteres quidquam fuit frequentius, v. C. I. n. 185. 12. p. 317. b. n. 186. 14, 15. p. 323. a. n 353. I. 3. p. 422. a. n. 194. I. 9. n. 272. I. 12. n. 286. II. 2. n. 285. I. 2.

V. 4. in *ΑΥΤΑΣ* de Auge cogites: *Αὔγας* [1]), praesertim quum littera tertia, qualem Rossius expressit, gammae sit similior quam elemento *T*. Sane de Auges cultu Tegeatico non videtur liquido constare; non inepte tamen statueris, sacerdotem illum Minervium simul Augae sacra fecisse. Certe imago Auges, si recte emendaverunt Schubartus et Walzius, Tegeae fuit in templo Minervae Aleae, v. Pausan. VIII. 47, 2: *Αὔγης εἰκὼν* [2]) *γραφῇ μεμιμημένη*, vulg. *αὐτῆς*. — Sub finem est *τοὺ*[*ς*] *ἐν τα*—.

V. 7. *εὔκολον* potest legendum videri, ut integrum vocabulum esse statuatur. Exputare tamen lectores velim, num forte *θ*]*ευκόλον* i. e. *θεοκόλον* fuerit. Ea nominis forma tam dorica quam aeolica (v. Gregor. Corinth. p. 358. 882. Ahrens. dialect. graec. I. p. 103.) in tituloque purum Dorismum referente facile toleranda (cf. Ahrens. l. l. p. 231) aliunde quidem non est cognita; verum aliorum nominum analogia, propriorum inprimis, satis probatur. Talia sunt: *Θεύδαμος* ap. Ahrens. l. l. ex numo Cumaeo Mionnet. Suppl. VI. p. 7. *Θευδότη* in titulo Attico admodum recenti, quem Rossius edidit in Intellig. d. allg. Litt. 1837 p. 708. b. *Θευμένης* C. I. n. 668. b. 2. Athen. *Θευξένα* n. 1547. 1 Olen. *Θεύξενος* n. 1702. 17. Delph. et fortasse n. 2312 Deli. *Θευπροπίδης* n. 3140. 28 Smyrn. *Θευτιμίδης* ib. 19 [3]).

---

1) Falso scribitur *Αὐγή*, cf. Lehrs. de stud. Aristarchi homer. p. 297. *Αὐτή* et *Αὔγη* in codicibus quoque saepius inter se confusa sunt, v. Bergk. de Comoed. Att. Ant. p. 428. — Nomen non infrequens habetur etiam in titulo sepulcrali Leakei Moreae v. III. n. 41. *Αὔγη χαῖρε. Διόφαντε χαῖρε. Ἐπίτευξι χαῖρε.* Cf. Plin. N. H. XXXV. 18. 200.

2) Iis quae de notione nominis *εἰκών* Pausaniae editores dixerunt, adhibe Leakeum Topogr. v. Athen p. 93. n. 1.

3) Haec partim iam in Specim. Onomat. Gr. p. 62 a me collecta inseri possunt Stephani Thesauro Parisino v. IV. fasc. 2. p. 347—8. Quo eodem in lexico quum nomen *θεηκόλος* ex uno Pausania allatum sit V. 15, 6, *θεο-*

Quae continuo sequuntur litterae *ΑΜΩΙ* caput esse arbitror adiectivi *ἀμώ[μητον,* quod ad laudem sacerdotis referendum videtur. Sic est in titulo n. 2529. 3. Nicostratum *ἀμ[ώμη]τον* vel *ἄμ[εμπ]τον σοφιστάν* vol. II. p. 394. a. n. 1974. 1. *Λαΐδι ἀμώμῳ.* epigr. *ἀδέσπ.* DCCXVI. b. 1. *Τὴν σεμνῶς ζήσασαν ἀμώμητόν τε σύνευνον Παυλῖναν.* Osann. Syll. p. 424. n. XXIII. p. 438. n. CIII. p. 485. n. XI. C. I. n. 2724. 10. *εὔχρηστον γενόμενον τῇ πατρίδι ἀμέ[μπτ]ως.* n. 2606. 2. et n. 2609. 6. *ἀμέμπτῳ γυναικὶ μνήμης χάριν.* n. 1971. b. 2. *τῇ συνβίῳ ζησάσῃ ἀμέμπτως.* Epigr. *ἀδέσπ.* n. DCCXC. 1. *Τύμβος ὅδε κρύπτει κουρῆς σεμνῆς καὶ ἀμέμπτου Σῶμα.* — Ceterum etiam alia tentari posse, me non fugit. Erit fortasse qui *ἁμῶ[ν* malit, collato titulo Rossiano in Intellig. d. allg. Litt. 1838. n. 40. p. 323. v. 3. *ὅπως οὖν φανερὰ ᾖ ἁ σύνοδος ἁμῶ[ν τιμῶσ]α τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας.* V. 8. *ΕΝΤΕΥ* aliquid de nomine *ἐντεύ[ξεως* fuisse suspicor.

Tum post hiatum latius patentem v. 13 lego: *ἱεράτ]ευεν ἐτῶν δ', ὁ πα[τήρ —.* Ex his patrem infra lectori probare conabor. Sacerdotii coniectura quo se commendet, habere in hoc titulo videtur; annorum enumeratio, modo Rossius recte lapidem transcripserit, non est dubia. Verbum autem *ἱερατεύειν* ut cognatum alterum *ἱερᾶσθαι* (Pausan. VII. 22, 5. IX. 27, 5.) cum dei coniungitur genitivo, est enim idem quod *ἱερέα εἶναι* (Boeckh. C. I. I. p. 776. b.) sive *ἱερατέα* (tit. Ross. n. 81. 23, 24. p. 36. b.); C. I. n. 481. 10 Athen. n. 1587. 4 Acraeph. n. 1633. 3 Thespiis. n. 1593. 19 Orchom. n. 2077. 10 Olbiopoli it. n. 2080. 5. N. 2097. b. 3 Chersonesi. N. 2271. 57 Deli, et in Asiaticis n. 2661. b. 3. n. 2697. 3. n. 2699. 3. n. 2719. 4. n. 2724. 6. n. 2771. II. 16. n. 2778. 7. n. 2789. 1. n. 2796. 5. n. 2815. 4. n. 2820. A. 8. n. 2955. 3. n. 2982. 4. n. 3003. 6. n. 3173. A. 7. Nec ego obsto, quominus *ἱερήτ]ευεν* praeferas, quum eponymus Tegeae *ἱέρης* (*ἱερῆς*

κόλος autem ex Hesychio tantum et Luciani Alexandro c. 41, ubi tamen C. Iacobitzius nuper ex codice Vindobon. *θεηκόλους* reposuit, haec ego inscriptionum cito testimonia: C. I. n. 344. 3. *οἱ πρῶτοι θεηκόλοι* Athen. n. 1738. 3 Amphicleae. *Θεοκόλος* est n. 1543. 1 Dymae et n. 1607. 6 Chaliae an Chalii, (Ahrens. l. l. p. 235. n. 1.); *θεοκολήσασα Ἀρτέμιτι Ὀπιταΐδι* n. 1934. 3 in insula Zacyntho a Boissonado et G. Dindorfio annotata est. Cf. Osann. Syllog. p. 581. a.

Ahrens. Dial. ling. Gr. p. 233) dicatur in Boeckhii tit. n. 1513. Verbum in Thesauro Stephani IV. 2. 530 laudatum reperitur ex inscript. Lebad. n. 1603. 4, 6. Est insuper in Dauliensi n. 1725. 2 et in Thessala n. 1775 [1].

V. 14 Rossius: *Ἑστία*. Id nomen manifesto sane videtur in lapide scriptum esse, afferamque ipse Pausaniae locum, quo illam interpretationem egregie confirmari aliquis censeat, VIII. 53, 3. *καλοῦσι — οἱ Τεγεᾶται καὶ ἑστίαν Ἀρκάδων κοινήν· ἐνταῦθά ἐστιν ἄγαλμα Ἡρακλέους*. Sed aliam tamen emendandi viam reliqua, nisi fallor, elementa monstrant hanc, ut ex litteris *Ε.ΕΣΤΙΑΦΗ* fingatur: *ΕΠΕΣΤΡΑΦΗ ἐπεστράφη*. Id quod de curatis rebus sacris dictum videtur. Tum *ΦΑ* nominis proprii fragmentum potest esse ut *Φ* v. 6 *ΑΥΤΑΦ*: e. c. *Φα[νόστρατος*.

V. 15. *θ]εὸν ἂν ἐπιτάξας*? nexum non video. V. 16 ut aliquid certe tentarem: *προ]ΐ[στ]ατο [ἱερ]ῶ[ν] τῶν ἐν τᾷ πόλει*. V. 18 verba *ἄλλον τὸν ἴδιον* in specie integritatis suspecta sunt. V. 19 Rossio debetur: *τοὺς ἐν[β]άλλοντας*, quamquam *ἐμβάλλοντας* non erat cur corrigeretur. V. 20 praeter participium *ποιο[ῦν]τες* nihil certum. V. 21 *αὐτός τε καὶ Ἀ—*? Denique v. 22 sequuntur tandem, quarum spem feci, nuptiae: *εἰ]ς* an *πρὸ]ς τοὺς γάμους τῶν —*, in quibus optionem tibi do, utrum veras malis nuptias intelligere [2]) an epulas nuptiales (v. Iacobs. addit. animadv. in Athenaei deipn. p. 190).

Vidimus, de sacerdotio per quadriennium acto scribi probabiliter; nuptias commemorari certissime. Hinc iam expende coniecturam meam, qua miseras inscriptionis lacinias adhibitis Pausaniae (VIII. 47, 2) verbis resarcire aliquatenus conor: *ἱερᾶται τῇ Ἀθηνᾷ* (Aleae Teg.) *παῖς χρόνον οὐκ οἶδα ὅσον τινά, πρὶν δὲ*

---

1) Quodsi neutrum eorum quae proposui supplementorum lectori satis placuerit, eius gratiam eo certe reconciliare nobis videmur posse, quod verbi illius usum latius patere quam lexica doceant ostensum est. Addo *ἱερατεῖαν* sacerdotium tit. n. 2771. l. 9. n. 2909. 7. n. 3098. d. Contra nova, quam Osannus statuit, forma *ἱερεάτης* vel *ἱεράτης* (Auctar. Lexic. Graec. p. 102) nulla est in ea certe inscriptione, quam testem vir doctissimus protulit, v. Boeckh. C. I. n. 2720. 3.

2) Cf. de plurali Bernhardy Syntax. Ling. Gr. p. 63. n. 7. Thomam laudans Mag. p. 178.

ἡβάσκειν· καὶ οὐ πρόσω τὴν ἱερωσύνην. In his *παῖδα* pro *puella* accepit interpres Latinus nescio quis (v. Schubart. et Walz. I. praef. XLII), eique interpretationi favere potest videri titulus Rossii n. 2. *Κλεοπάτρα Σεκούνδου Πολυεύκτου γυνὴ ἱερασαμένα Ἀλέᾳ Ἀθάνᾳ καὶ Δάματρι*, ne alias commemorem camillas, quas Wachsmuthius composuit Hellen. Alt. II. 2. p. 293 — 4.

Tamen *puerum* malo. *Puellam* intelligi si Pausanias voluisset, accuratius loqui et aliquo certe modo virginitatem indicare debebat, praesertim quum aliis locis similibus studiose ambiguitatem vitaverit, cf. VII. 26, 3. *ἱερᾶται* (*Ἀρτέμιδος* Aegirae) *παρθένος ἔς τ' ἂν ἐς ὥραν ἀφίκηται γάμου.* X. 34, 4. *τὸν ἱερέα ἐκ παίδων αἱροῦνται.* Neque vero tituli illius auctoritas quidquam probat: quippe qui a muliere uxore dedicatus sit, quum *παῖς* Pausaniae ad *ἥβην* nondum pervenerit. Atque ut Minervae Aleae ita Cranaeae apud Eleatas camillus fuit, de quo v. Pausan. X. 34, 4. *τὸν ἱερέα ἐκ παίδων αἱροῦνται τῶν ἀνήβων, πρόνοιαν ποιούμενοι πρότερον τῆς ἱερωσύνης ἐξήκειν οἱ τὸν χρόνον πρὶν ἢ ἡβῆσαι· ἱεροῦται δὲ ἔτη συνεχῆ πέντε.*

De tali igitur sacerdote puero in ea, quam interpretamur, inscriptione actum fuisse suspicor. Qui puer quum per quadriennium (v. 13) munere functus iam ad pubertatem adolevisset, ut uxorem posset aut etiam vellet ducere, pater et ipse sacerdos id coram magistratibus vel sacerdotali aliquo collegio professus est; tum filius munere abdicavit; civitas vel is ad quem ea res pertinebat, sive pater is fuit sive filius, in sacerdotii memoriam cum laude gesti [1]) lapidem honorarium posuit. Coniectura num probabilis sit, penes alios esto iudicium. Equidem hoc unum addo, Graecos vel Athenienses certe ex pueris sexto decimo vitae anno excessisse (v. Hermann. Lehrbuch d. griech. Staatsalterth. §. 123), uxores duxisse aliquot annis post, cf. Becker. Charicl. II. 449. Puellae, quae *ὡραῖαι* dicebantur *γάμων* (Pierson. ad Moer. p. 426) sive *ἐς ἥβην ἐλθεῖν ὡραίαν γάμων* (Eurip. Helen. 12.) s. *ἀνδρὸς ὥραν ἔχειν* (Plutarch. de mulier. virtut. XIX. p. 256. E.), ut plurimum quindecim certe annos natae erant, v. Becker. l. l. p. 450. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 145. Kruse not. 59. ad G. Muel-

1) Cf. tit. Spart. C. I. n. 1435. n. 1449. n. 1451. n. 1456.

leri Fragen üb. mehrere für d. höh. Alterth. wicht. Verhältn. im heutig. Griechenl. Berlin 1827. p. 25. Epigr. in Osanni Syll. p. 421. v. 3. *κούρην γάρ μιν ἔγημεν ἔτη τρία καὶ δέκ' ἔχουσαν.*

Post haec, quoniam Tegeae versamur, in transcursu alios quoque eius urbis titulos, qui satis pauci aetatem tulerunt [1]), spectemus, iis ut in minutis certe rebus opem feramus. Inter eas igitur inscriptiones longissima est et praestantissima ea, quam post alios a se illustratam Boeckhius edidit C. I. n. 1513. p. 698 sqq. Sed nec huic quidem critico sollertissimo omnia lectionum monstra ita profligare contigit, ut iam nihil sit quod quem retineat, nec qui apographum adhibuerit Leakeanum (*travels in the Morea* v. III. tab. I. n. 1.), vitiis quae Boeckhius reliquit omnibus medicinam facile paraverit. In paucis tamen et apographi illius ope et de coniectura ad scripturam genuinam accedi potest. Dictum hoc volo de nominibus quibusdam propriis, ex quibus unum certe emendare posse mihi videor. V. 16. primus inter *Κραριώτας πολίτας* recensetur: *ΚΛΕΑΣΘΙΑΣΕΑΥ* (Leak. v. 30. *ΚΛΕΑΣΟ . . ΣΕΑ*), qui ex editoris interpretatione dictus fuit: *Κλεασθίας Εαυ*, ita quidem ut patris nomen non sit integrum. Frequenter hoc Graecos fecisse, ut patrem indicarent potius quam perscriberent, et alii plurimi ostendunt tituli et is quem tractamus ipse, cf. versus 10. 12. 13 alios. Tum probans Boeckhii rationem Franzius siglum *Εαυ* indici suo intulit El. Ep. p. 356. b, Ahrensius autem de Gr. ling. dial. p. 233., qui *Ἔαυ* scripsit, genitivi formam explicavit. Mihi nec filius *Κλεασθίας* nec pater *Εαυ* suum videtur nomen gerere. Sed pro elemento septimo I repono *P*, quemadmodum v. 26. *ΣΟΣΙΚΙΑΤΗΣ* et v. 45. *ΘΕΟΔΩΙΟΣ* vitiose transcripta sunt, et post sigma prius incidens

1) Psephismatis fragmento numerum auxit Rossius Intell. d. allgem. Litt. 1838. n. 40. p. 323 — 4. Adde quae Ahrens. quoque commemoravit de Graec. linguae dialect. v. I. p. 231. Leakeana apographa titulorum, quos iam Boeckhius edidit pleniores: C. I. n. 1513. Leak. n. 1. — N. 1512. Leak. n. 3. Minoris pretii reliqua sunt Angli fragmenta n. 3. *ΔΕΙCΙΑ* i. e. ut videtur *Ἀφρο]δεισία*, n. 4. *ΔΑΜΑΙΝΕ* (cf. n. 1513. 19) et n. 5. *ΕΛΥΤΙΟΣ*
ΚΩ *ΟΥΡΒΑΝΕ*
ΕΥΦΡΟΣΥΝΕ
de quo v. Ross. Inscr. Gr. ined. p. 3. b.

fingo: *Κλέας Θ[ρ]ασέαν.* Nomen prius cave confirmatum eas vocabulo *Κλέης* epigr. adesp. CCCLXXV a. 3 [1]): *τήνδε πύλην* (Argis) —

τεῦξε Κλέης Κλεάδος ἁγνᾶς πόσις εὐπατερείης
Λερναίων ἀδύτων περιώσιος ὀργιοφάντης; neque enim ibi nominativus est *Κλέης* sed genitivus, et pro *Κλεάδος* diu ab Iacobsio recte emendatum: *Κλεάδας.* Cf. Boeckh. ad C. I. n. 405. p. 450. a — b.

Δηοῦς καὶ Κούρης θεοΐκελον ἱεροφάντην
κυδαίνων πατέρα στῆσε δόμοις Κλεάδας,
Κεκροπίης σοφὸν ἔρνος Ἐρώτιον.

Erraverit igitur Lobeckius Paralip. Gr. Gr. p. 164. n. 17. Gratias tamen habeo ei viro doctissimo, quod nomina *Κλεύης* (Strab. XIII. 582.) et doricum *Κλεύας* (Etym. M. 498. 33. Bekker. Anecd. 1183.) adduxit (allata etiam in Steph. Thes. IV. 6. 1624.), quae ipsa nomen a me restitutum unice comprobant. Idem facit patronymicum *Κλεάδας. Κλέη* vero eadem est quae *Κλέα* ap. Plutarch. Mulier. Virt. 1. p. 242. E. et de Iside et Osir. 1. p. 351. C. et in tit. Boeckhii n. 1732. a. 21.

Tum *Θρασέαν* genitivus socias habet formas v. 50. *Εὐμηλίδαν* (Leak. *ΕΥΜΕΝΙΔΑΥ Εὐμενίδαν*) et v. 52. *Ἀπολλωνίδαν* (id quidem etiam n. 1514. 1. reperitur, vid. Boeckh. p. 702. b. Ahrens. l. l. p. 233,) adde ex eiusdem inscriptionis exemplo Leakeano v. 43. *Ἀριστόβιος Εὐπράκταν.* Nec dispar genitivus *Θάλευ* in tit. Smyrn. n. 3140. 26. Nomen *Θρασέας*, a *θράσος* (Etymol. Magn. p 579. 25.) repetitum ut *Κλέας* a *κλέος*, *Κρατέας* a *κράτος*, *Μελέας* a *μέλος*, *Μενέας* s. *Μεννέας* a *μένος*, *Τελέας* a *τέλος*, in fraest v. 48: *Θρασέας Φίλωνος.* Id Crusius in lexico omisit, Dindorfius in Steph. Thes. IV. 2. 407. praeter Themistii locos inscriptionem notavit Boeckhii C. I. v. II. p. 475. quam non invenio. Sed est nomen tit. n. 2230. 1. et *Θρασίας* [2])

---

1) Apud Lobeck. l. l. falsus est numerus.

2) Cf. Osann. Syllog. p. 62. 287. Ita habentur *Χαβρίας* et *Χαβρέας* C. I. n. 265. 15. *Ἀρχίας* et *Ἀρχέας* n. 1542. 3. *Νικίας* et *Νικέας* n. 139. 3, 24. n. 140. 3. 13, 27. n. 1542. 8. *Μνασέας* (v. Crusium lex. Voss. hist. graec. 178. Westerm. V. L. Schol. Eurip. Phoen. 412. ubi est in uno codice *Μανα-*

apud Diodor. Sicul. XVI. 82. nisi is dictus fuit *Θρασίος* (v. Steph Paris.), quum legatur *μετὰ Θρασίου*. *Θρασεύς* ap. Iamblich. de vit. Pyth. c. 36., ubi *θράσεός* et *θράσεως* variae sunt lectiones G. Dindorfio in Stephani Thes. l. l. videtur et ipse *Θρασέας* dictus fuisse, de quo dubito.

Dubitanter porro attingo nomen v. 22 (Leak. v. 36.) *ΚΑΛΛΙΠΑΤΑΣΙΕΡΟ*. *Καλλιπάτας* Boeckhio qui posuit ipsi incertum est visum; quapropter novam licet nobis coniecturam tentare Conieci autem: *Καλλιπαΐδας* (cf. Theognideum *Πολυπαΐδης*, Thucyd. IV. 119. *Εὐπαΐδας*), aut quod praefero *Καλλιδάμας*. Cognominis Callimedontis fil. Chollides est in Boeckh. tit. n. 101. 1 7, 12, 14, 30. omissus is in Stephani Thesauro. Fortasse etiam v. 36. *ΑΠΙΧΤΟΠΑΜΑΝΑΙΠΙΙΑΟΠ* fuit *Ἀριστοδάμας*.

Postremo in eorum gratiam, quibus Leakei liber non est ad manus, haec annoto.

Particulam *a* Boeckhii Leakeus omnino non habet, in qua quod est v. 3. *ἐν ἀγῶσι — ἀνατετθειμένοις*, non videtur negligendum esse. Nam qui confert titulum Theraeum in Intellig. d. Allg Litt. 1835. n. 73. et in Rossii Reisen auf den griech. Ins. I. p 61. v. 4. „*βάτθρα τάδε* cum nota „in der Lesung *ΒΑΤΟΡΑ* (also *βάτθρα*) stimmen beide Abschriften überein", is non dubitabit quin in his vitium habeatur pronuntiationis non inusitatum.

Tum quae Boeckhius dedit partic. *b*. v. 5 — 27. Leakeus posuit v. 19 — 41., in his tamen a Boeckhianis recedens: v. 21

σαίου, et vitiosum *αι* pro *ε* in titulo quodam Asiatico, si recte memini, redit. Osann. Syll. p. 336. not. 4. *Μνασείου* maluit, sed forma *Ἀριστείας* qua illuc tuetur ipsa est falsa; recte Boeckh. C. I. n. 183. 1. 17. *Ἀριστείδης* emendavit.) et *Μνασίας* n. 1575. 11. (Boeot. p. 720. a. Ahrens. p. 179.) n. 1928. 3. vol. II. p. 41. b., *Λυσίας* et *Λυσέας*, v. tit. Attic. quem Rossius publicavit in Bullett. dell' instit. di corrisp. archeol. 1840. n. III. a. di Marzo p. 30: *Λυσέᾳ ἐνθάδε σῆμα πατὴρ Σήμων ἀνέθηκε.* *Καλλίας* et *Καλλέας* C. I. n. 165 III. 19. n. 1252. 12. n. 1256. 7. n. 1278. 10. *Στασίας* C. I. n. 1758. tit Leak. n. 50. et *Staseas* Neapol. philos. Cic. Orat. I. 22. de Fin. V. 3. 25 *Λυκέας* C. I. n. 169. I. 42. Voss. Hist. Gr. p. 463. *Λυκῖνος Λυκίου* n. 896. 1. *Ἑρμέας* n. 728. 4. *Ἑρμίας* n. 196. b. l. 18. n. 204. 9. n. 269. 5. n. 270. III 14 al. *Ἀτέας*, *Ἀτίας* Osann. Syll. p. 222. *Ξενέα*, *Ξενία* Meinek. ad Theocrit p. 169. ed. II.

(7) extr. I. deest. V. 22 (8) non est *ΔΑΜΕΣΑΣΟΥΤΙΩ* sed tantummodo *ΔΑΜΕΑΣ*. Apud Corsinum legitur *ΔΗΜΕΑΣ*; verum fuerit *Δαμέας*, Arcas cognominis Paus. X. 9, 4. et Crotoniata VI. 14, 2. laudati sunt in Steph. Thes. Par. II. 3. 890. add. C. I. n. 1052. 3. n. 1571. 20. Crusius in lexico omisit. Patris nomen *Οὐτίω* (Gell. *ΤΙΩ*, Corsin. *ΟΥΤΙΣ*), ab Ahrensio quoque sine suspicione allatum l. l. p. 233, non praesto rectum esse. Nescio an fuerit *Φυτίω*. Eius nominis philosophus Rhegin. recensetur ab Iamblicho de vita Pythag. 36, 267.

V. 28 (14) pro *ΔΙΟΝΟΣ* est *ΔΙΩΝ*; de v. 30 (16) supra dixi. V. 31 (17) Leak. *ΔΥΟΚΛΗΣΕΓΑΛΙ*, et *Υ* habet etiam Gellius. V. 32 (18) *ΛΑΚΡΙ* pro *ΛΔΚΡΙ* i. e. *Λακρίτω*, quod correxerat Boeckhius. V. 34 (20) male *ΕΟΚΛΗΣΟΕΟΚΛΡ*. V. 35 (21) in fine *Ι* pro *Ε* ut ap. Gell. V. 37 (23) .*ΑΡΑΝ. ΟΣΑΙΣΧΡΟΝ*, quum Boeckh. scripserit *ΚΑΡΑΝΙΑΣΑΙΣΧΡΟΝ*. Satis frequens est nomen *Κάρανος* (Steph. Thes. Par. IV. 3. 957.), sed nec *Καράνιος* nec *Καρανίας* allatum a quoquam vidi. V. 39 (25) in fine *ΕΥΔ* pro *ΕΥΦΙ*. V. 40 (26) *ΣΩΣΙΚΡΑΤΗΣΚΑΛΛ* pro vitioso *ΣΟΣΙΚΙΑΤΗΣΚΑΑΧΙ*. V. 41. (27) *ΤΙΜΟΚΡΑΤΗ* pro *ΤΙΜΟΧΡΕΤΗ*, ut iam forma *Τιμοκρέτης* (v. Boeckh. p. 702. b. Ahrens. p. 233. p. 75. not. 2) admodum fiat dubia. His apud Leakeum accedunt, exsculpto versu ut videtur uno: „To the lest of the above there is a similar Column of names still more defaced and ending with:

ΜΕΤΟΙΚΟΙ

ΑΡΙΣΤΟΒΙΟΣ ΕΥΠΡΑΚΤΑΥ

The latter is on a line with *ΔΑΜΟΚΛΗΣ* in the column on the right.“

Boeckhii particula *c* v. 30 — 53 apud Leakeum est inde ab initio tituli v. 1. V. 1 (30) tantum *ΙΕΡΗ* V. 2 (31) clare *ΙΠΠΟΘΟΙΤΑΙ*. V. 3 (32) *ΠΕΡΙΛΑΣΣΙΜΩ* *Περίλας* (Ahrens. p. 233.) *Σίμω* (id. l. l.), in quibus consentit Gellius. Poucquevillius in fine *N* addit. *Σῖμος* nomen exemplis constat plurimis. Sequitur lacuna: „2 lines of names“, in exemplo Boeckhiano v. 33 (ubi legitur *ΔΕΞΙΑΣΚ ΑΣΙΣΤΡΑΤ* ex Gellio; Poucquev. *ΔΙΞΙΛΕΝΟΙΣΤΡΑΤΗΓΟΙ*; vide num fuerit *Κλεοστράτω*) et v. 34. V. 4 (35) *ΕΠΑΘΑΝΑΙΑΝΠΟΛΙΤΑΙ*; tum „1 line“, Boeckhii

v. 36, quem iam attigi. V. 5 (37) *ΑΓΑΘ(*
V. 6 (38) *ΑΡΙΩΤΑΙΠΟΛΙΤΑΙ.* V. 7 (39
qui Boeckhio *Αἴσων* est *Μικίωνος;* potes
Iam rursus Leakeus: „5 lines of names"
Post haec v. 8 (45) *ΘΕΟΔΩΡΟΣΠΡΑΞΙΑ*
ΚΤΩ. Itaque *Πραξίαλκτος* (Ahrens. l. l.)
V. 9 (46) *ΛΑΜΙ ΙΟΣΥΠΕΡΑΝΘΕΟΣ*
ΠΟΣΥΠΕΡΑΝΟΕΟΣ. Videtur propter l
mine duplex *Π* restituendum esse. Boeckl
recte fortasse. Tamen quum fuerint *Λά*
Phot. lex. Lehrs. de Arist. stud. Hom. p.
(Meinek. ad Menandr. p. 145) et *Λάμος,* ε
bes filia in scholio Eurip. Phoeniss. 162 ε
Sturz.), *Λάμιππος* quoque servari videtur
fuit *Ὑπεράνθης*, non *Ὑπεράνωρ.* Cognomin
Herodotum VII. 234, v. Xenoph. Eph., ‹
perantus autem Aegypti filius Hygin. 170
corrupto. — V. 10 (47) *Σ* in fine superflu
male *ΘΡΑΣΣΑΣ..ΑΩΝ.* V. 12 (49) plen
ΞΕΝΟΦΑΝΕΟΣ. V. 13 (50) quod est *ΕΥ.*
V. 14 (51) *ΤΙΜΟΚΡΕΟΣ* pariter ut apud
15 *ΜΙΚΙΩΝΓΟΡΓΩ* Boeckhio est particul
eundem legitur *ΓΟΡΤΥ.* Illud fuit *Γόργ*
III. 32. aut *Γόργω* a *Γόργος* (Ahrens l. l
stud. Homer. p. 290. 295). Id nomen ι
Raoul-Rochette in Annali dell' Instit. di (
p. 316 not. 9. G. Dindorf. in Steph. Th
adde C. I. n. 1936. 2. n. 2099. 11. n. 31

Interposita linea horizontali apud Le
hunc in modum

ΜΙΚΙΩΝΓΟΡΓΩ
..ΝΤΙΑΔΑΣΦΙΛΟΚΛΕΟΣ

In Boeckhii apographo ei versui nihil res
Ἀ]*ντιάδας.* *Ἀντιάδης* est apud Apollodor. I
n. 94. 6, n. 1587. 1. Versus denique 17
sunt qui Boeckhiani 52 et 53.

In titulo pariter Tegeatico n. 1512. 2. nomen *ΑΡΚΟΙΑΣ*, in apographo Leakei n. 2. *ΑΛΚΟΙΑΣ* minus plene, non *Ἀρκώας* videtur legendum esse sed, quod simul Boeckhius proposuit: *Ἀρκοίας*. Id nomen cum talibus puto componi posse, qualia sunt *Ἐροιάδαι* demotae Attici (Boeckh. Seeurkund. d. att. Staat. p. 377) et *Χαροιάδης* C. I. n. 172. IV. 55. (Boeckh. l. l.) Thucyd. III. 86. Lucian. Dial. Mort. VI. p. 198 Iacobitz. quo quidem loco *Χαριάδης* editur, alterum in ordinem receperim, quum sit in tribus codd.; in uno libro est *Χαροιαύδης*. G. Dindorfius in Parisina Didotii editione utram formam praetulerit, nescio. Ut autem *Χαρίας* (Andocid. de myst. 106) fuit et *Χαροίας*, unde *Χαροιάδης* ducitur; ita *Ἀρκίας* videtur fuisse et *Ἀρκοίας*. Novimus certe *Ἀρκέαν* [1]) Tarentinum ex Iambl. de vit. Pythag. c. 36. 267. cui cognominem esse potuisse *Ἀρκίαν*, nemo negaverit. Contra ubi Leakei scripturae maiorem fidem tribuis, tamen nomen *Ἀλκοίας* eandem sequi analogiam statuo quam allata nomina. Nam *Ἀλκίας* [2]) quoque fuit qui diceretur: cf. *Ἀ. Ἠλεῖος* Arrian. I. 29, 4, quem Crusius in lex. posuit, *Ἀ. Ἀντισθένους ἀπελεύθερος* ap. Lysiam *περὶ τοῦ σηκοῦ* 10. *Ἀ.* Metapontin. Iamblich. l. l. 267. *Ἄναξις Ἀλκία* est C. I. n. 1056. 1. Megar. p. 559. b. n. 1070. 5.

Redeo ad titulos Rossianos. Eorum n. 22 Spartae repertus in marmore albo, magistratuum quos nescio quis gessit, indicem videtur continere, ita ut inscriptio honoraria fuisse videatur, qualis est v. c. columna III. tituli Spart. n. 1239. et col. III. n. 1249. Perspexit hoc iam Rossius.

---

1) Nomen *Ἀρκίας* ne quis in *Ἀρχίας* mutandum opinetur, vid. *Ἄρκεσος* Plutarch. de genio Socr. 17. Pelop. 13. (ubi in codd. *Ἄρκισσος*) *Ἀρκίτων* C. I. n. 947. 2. *Ἀρκεφῶν* n. 172. 11. quem ipsum fortasse erit qui *Ἀρχεφῶντα* appellare malit collato Athenaeo VI. 248. B — D. X. 469. D. Ego nihil muto. Add. *Ἀρκέων* n. 2266. 31 Deli.

2) Frustra in Stephani Thes. Paris. I. 5. 1501 quaesiveris. *Ἄλκας* est C. I. n. 165. II. 50.

ΕΠΙΑΝΑΟΙ

ꝹΕΠΙΔΑΜΑΡΧΟΥ
ΕΠΙΣΩΚΛΕΙΔΑ
ΟΩΥΕΠΙΣ
ΠΙΑΡΧΙ<

Quod versu 1 fuerit nomen non exsculpo. V. 2. *ἐπὶ Δαμάρχου* i. e. *patronomo*, ut videtur, D. quae Rossii quoque est sententia, licet neque Damarchus nec v. 3 qui est *Σωκλείδας* inter homines eo magistratu eponymo functos adhuc cogniti sint. Cf. Boeckhii catalogum C. I. v. I. p. 606. a. sqq. Utrumque autem nomen posteriore aetate Spartae satis usitatum fuit. *Δάμαρχος Ἀλεξιμάχου* senator est n. 1260. 14 et *Μ. Αὐρ. Δ. Παρδάλα* n. 1377. 2 [1]). *Σωκλείδας Εὐδάμου* n. 1239. II. 2. *Ἀγησίνικος Σωκλίδα* n. 1262. 10. *Αὐρ. Σωκλήδεια Ἱλάρου* n. 1450. 2.

V. 5. *ἐ]πὶ Ἀρχισ[τράτου* an *Ἀρχεστράτου* (v. C. I. n. 110. 7, 12. n. 169. I. 59. n. 172. I. 55. n. 211. 2. n. 289. 2). Sed diffi-

---

1) Omnino saepissime ut apud nos ita apud Graecos magistratuum nomina naturam propriorum induerunt, procul dubio quod olim dignitatis nomen honoris causa assumtum ab eo, qui magistratus fuerat, paulatim effecit ut nomen prius deponeretur. Notum hoc est et certum in sacerdotibus v. Specim. Onom. Gr. p. 30. Mox non dubium quin recens natis quoque illius generis nomina data sint. Affero haec pauca de multis: *Δάμαρχος* Arcas ap. Pausan. VI. 8. 2. *Δήμαρχος* C. I. n. 745. 2. n. 1570. b. 14. *Ἀγοράνομος* n. 1277. 2. p. 635. b. *Ἀρχίαρος Εὐμείλω* n. 1569. I. 2. i. e. *Ἀρχίερος* (Boeckh. p. 740. a. Ahrens. dial. Gr. I. p. 178) pro *Ἀρχιερεύς*, nisi fuit *ΑΡΧΙΑΤΡΟΣ*. *Ἀστύνομος* n. 2562. 25. *Βούλαρχος Δαμοκλέα Ἀκαμαντίδος φυλῆς* in tit. Attico quem Boeckh. edidit Annal. dell' inst. 1829. p. 159. *Γραμματεὺς ἐτῶν ιθ' χαῖρε* Maffei. Mus. Veron. LX. 6. *Ἔφορος*, *Ἱεραπόλος* fortasse in fragmento Rossii Kunstblatt 1836. n. 12. p. 47. n. c. 10. *ΤΡΓΕΡΑΠΟ* i. e. interprete illo *Α]ὐρ. [Ἱ]εραπό[λλωνος* quod nomen probatum velim. *Ἱέρεις* C. I. n. 1575 5. cf. Ahrens. l. l. p. 178 not. 1. *Ἵππαρχος*, *Κώμαρχος* n. 142. 4, 19, 38. *Λιμέναρχος* Alciphr. I. 17. *Λοχαγός* Plutarch. Moral. p. 225. F. *Λόχηγος* C. I. 2852. 6. *Νεωκόρος* n. 1703. 12. *Πολείταρχος* n. 1571. 12. *Πολέμαρχος* v. Crusium, tit. Attic. v. 20 in Intellig. d. allg. Litt. 1835. n. 33. p. 269. *Ποσειδώνιος Π—ου Σιδώνιος*. *Πρύτανις* Meinek. Euphorion. p. 9. *Στράταγος* C. I. n. 1689. b. 2. *Ταμίας* n. 200. I. 11. *Ταξιάρχης* tit. sepulcr. Bullett. dell' inst. 1831. p. 73—4. v. 5. *καὶ δὴ καλεύμην Τ—ης ἐν βροτοῖς, Οὔτ' ἄρ' ἐν ἑξαμέτροις ἥρμοσε τοὔνομ' ἐμόν*. *Φρούραρχος* n. 165. I. 49. p. 295. b. *Φρουραρχίδας* Pausan. IX. 13, 3.

cile est dictu, quid siglum notet v. 2 et 4. Id nec Rossius explicavit et Franzio El. Ep. Gr. p. 353 obscurum est visum. Suspicor esse pro *ἀγωνοθέτης*, ut is de quo in titulo agitur eam curam, Damarcho et ignoto aliquo patronomis, sustinuisse dicatur. Ac solent sane sigla indicandis magistratibus inservire (*ΑΓΩΝ-◎ΕΤΗΝ* n. 2007.) Franz. El. Ep. p. 354 sqq., quamquam praeter vocales nominis priores etiam consonantes plerumque ponuntur, ut in ipsis Laconicis v. c. ΠΕ *πρέσβυς*; ΝΦ, ΝΜΦ, *ΝΟΜΟΦ*, Ν*ΦΥΛΑΞ* *νομοφύλαξ*. Ex alia coniectura litteras illas pro numero possis habere: *ΑΩΟ* i. e. 1870 sc. *δραχμαί*, quam pecuniam repetitis vicibns iñ usum aliquem publicum erogatam dicas. Vide eiusmodi donationes in tit. Smyrn. n. 3140 — 43. et Boeckh. v. II. p. 702. a.

Titulus n. 35. Spartae item exstat in Museo in marmore parvo a dextra mutilo:

Ο Α ΤΟΝΙΚΙΝ
ΑΦΡΟΔΙΤΑΙΙ
ΑΝΕΘΗΚΕΤ

ut Rossius interpretatus est:

Στρ]ατονίκ[η
Ἀφροδίτᾳ
ἀνέθηκε..

Sed aliter mea fert sententia de mulieris quae est v. 1. nomine. In quo nec ab initio nec sub finem verum editor vidit. Nam ex Rossii delineatione apparet a sinistra v. 1. unam tantummodo litterulam excidisse. Unde coniicio: *Πρ]ατόνικιν*, quae non dedicat, sed ipsa i. e. eius imago Veneri dedicatur, cf. Franz. El. Ep. p. 333. Doricum *πρᾶτος*, de quo v., ne inscriptionum locos cumulem, Greg. Cor. p. 196 Schaef. c. not. Ahrens. dial. Gr. I. 94, in multis nominibus Spartanis reperitur. *Πρατόνεικος* s. *Πρατόνικος* est C. I. n. 1239. II. 1. n. 1283. 10. n. 1246. 7. n. 1250. 15, 22. n. 1276. 8. *Πρατονίκα* Hermion. n. 1209. 9. [1]). Deae cultum

---

1) *Πρατόλας* u. 1403. 3. n. 1437. 3. n. 1441. 1. *Πρατόλαος* n. 1251. I. 2. n. 1261. 3. n. 1340. 3, 15. n. 1240. II. 3. n. 1299. 5, 10. n. 1455. 4. n. 1341. 10, 13. n. 1342. 7. n. 1343. 3. n. 1426. 7. n. 1446. 4. *Πρατόμολος* n. 1260. 22. *Πρατύλος* n. 1272. 11.

apud Lacedaemonios tetigit Wachsmuth. Hell. Alt. II. 2. p. 173. Adde C. I. n. 1444. 8. Venerem autem *Stratonicidem* (Spanhem. de Usu et Praest. Num. I. 433. Boeckh. C. I. v. II. p. 699. a.) quominus inferamus, praeter alia spatium obstat, unius ut dixi elementi a sinistra capax. Dedicantis denique nomen ea, quae iam deest, lapidis parte scriptum fuit.

N. 44 quoque Spartae est in tenui tabula marmorea; aetatem satis recentem litterarum formae monstrant.

ΚΟΑΤΕΙΑ
ΕΤΗΒΙΩC
Ꮶ Ꮯ

Rossius nomen se non expedire professus, annorum quoque in numero labavit. Neque enim is est *κέ* i. e. *εἴκοσι πέντε*, sed *κ̅ϛ̅*, v. Franz. El. Ep. p. 351. Mulier autem defuncta, littera *O* in *P* mutata (v. tit. Ross. n. 27. 5. *ΟΑΣΩΝ* i. e. *ΘΡΑΣΩΝ*) [1]), siquidem perpauca ab initio versus elementa desiderari videntur, appellata fuerit aut *Εὐ*]*κράτεια* (n. 1591. a. 5.) aut *Σω*]*κράτεια* ut est *Σωκρατέα* n. 2415. 4, 18 Pari, *Σωκρατία* n. 1207. IV. 5. Hermion. et illud ipsum in inscriptione Anaph. a Rossio edita in Kunstblatt 1836. n. 19. p. 74.

ΝΙΚΟΜ . . ΥΟΣΚΑΙΣΩΚΡΑΤΕΙΑΟΙΣΩΣΙΚΛΕΥΣ
. . ΕΡΤΑΣΜΑΤΡΟΣ . Ο . . ΣΑΓΟΡΕΙΑΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΠΥΘΙΩΙΑΡΤΕΜΙΔΙΣΩΤΕΙ . . .

Νικόμ[αχ]ος κ[α]ὶ Σωκράτει[α] οἱ Σωσικλεῦς
ὑπ]ὲρ τᾶς ματρὸς [Ἀριστ]αγορείας
Ἀπόλλωνι Πυθίῳ, Ἀρτέμιδι Σωτεί[ρᾳ.

Devotionis formulam Franzius illustravit El. Ep. p. 334. Genitivi ionica et dorica forma qualis est *Σωσικλεῦς* saepissime legitur in titulis: *Ἀριστοκλεῦς* n. 2483. 2, 28 Astypal. *Ἀγαθοκλεῦς* n. 2225. 3. n. 2214. 9 Chii et ib. *Τιμοκλεῦς* 10, 14. *Εὐκλεῦς* n. 2485. III. 45. Astypal. *Διοκλεῦς* n. 2530. 6 Rhodi. *Εὐρυκλεῦς* n. 1255. 3 Spartae.

---

1) Multis locis haec duo elementa a transcribentibus inter se confusa sunt. Ita in Boeckhii tit. nav. Att. I. b. 51. Rossius notavit *ΚΑΒΟ . Ο* pro *Χαβρίου*. I. a. 46. *ΟΟΙΑΣΤΟΣ* pro *Θριάσιος*. XVII. 100. *ΚΑΙΣΥΜΟ* pro *συντριήραρχοι* ubi Boeckh. p. 576 adscripsit: „wie *O* und *P* oft verwechselt werden."

Σοφοκλεῦς n. 1903 Corcyr. [1]). Matris nomen exempli tantum ausa a me positum est. Mulierum nomina in *αγόρεια* exeuntia paulo sunt rariora, nec ullum in promtu nunc est praeter urbem *Φαναγόρειαν*. Plerumque clausula habetur *αγορα: Ἀναξαγόρα* C. I. n. 849. 1. *Φαναγόρα* n. 800. b. 5. *Ἀρισταγόρα* Vit. XOr. Hyperid. p. 849. D. p. 85 Westerm. Athen. IV. 167. E. XIII. 590. C. *Τιμαγόρα* n. 655. 1. *Ἀναγόρα* (?) *Μιλησία* Suid. v. *Σαπφώ*. *Εὐαγόρα* n. 626. b. 1. *Πραξαγόρα* n. 849. n. 390. 1. n. 385. 11. Haec interim sufficiant.

Inscriptio Rossii n. 57 Argis reperta est, in maiore moschea mare versus. Deest primus versus, qui nomen viri, in cuius honorem dedicatio facta est, cum nomine dedicantis uxoris continebat:

ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟ.. ΑΡΓΕΙΑΤΟΝΕΑΥ
ΤΑΣΣΥΜΒΙΟΝ.Ω'ΕΡΤΑΝΠΟΛΙΝ
ΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑ

Καλλικράτο[υς] Ἀργεέα τὸν ἑαυ-
τᾶς σύμβιον [τᾶς] ἐ[ς] τὰν πόλιν
ἀρετᾶς ἕνεκα.

Haec Rossius; sed nisi error est calami aut typothetae, *Ἀργεέα* quid sit nescio. Certe pro *Ἀργεῖον* esse non potest. Lapidis lectio non incerta aut proprium dat mulieris nomen: *Ἀργεία* (v. Crusius in lex.), aut quod praefero eius patriam signat. Patrem eadem habuit Callicratem.

Titulum Latinum n. 59 („Merbaccae, qui est vicus haud procul a Midea Tirynthem versus, in muro ecclesiae in tabula marmorea") editor explicatione non egere videtur statuisse, annotans tantummodo inscriptionis Fourmontianae C. I. n. 1137. versus duos priores hinc male repetitos esse [2]).

---

1) *Μοιραγένευς* n. 2483. 3, 18 Astypal. *Καιρογένευς* ib. 2468. 2. — *Αὐτοκράτευς* n. 2085. *ni.* Olbiae. n. 2525. 6 Rhodi. *Φιλοκράτευς* n. 2537. 2. ibid. *Ξενοκράτευς* n. 2489. 4 Astypal. *Τελεσικράτευς* n. 2481. 1. Anaphae — *Μεγαμήδευς* n. 3064. 29 Tei — *Ἀριστομένευς* n. 2161. 1. Thasi — Ibid. v. 2. *Παγχάρευς* — *Ἀρχιτέλευς* n. 1499. 2 Geraniae — *Ξενοφάνευς* n. 2085. *l.* t. II. p. 141. b. — *Βασιλείδευς* n. 2513. 1, 3 Coi. n. 2546. 2 Rhodi. Ibid. n. 2534 *Σαμιάδευς*.

2) Fourmontianum hoc est apographum:

ΩΜΑΛΚCΙVΜΟ . .
ΙΤΛΠCΕΙΣΟΝΕΙΝΕCΘΤΙΑΙ

Q·CAECILIO·C·F·METEL·
IMPERATORI·ITALICI
QVEI·ARCEIS·NEGOTIA

Q. Caecilius Metellus is videtur intelligi debere
citatis genere cumulatus fuit et devicto And
cognomen accepit. Eius res copiose Drumann
schichte Rom's II. p. 20 sqq. Zumpt. über d. S
p. 25. not. 2. At *Quinti* (Drum. p. 19) is filiu
ut est in titulo [1]). Nimirum pro C ibi exstitiss

Dedicaverunt: *Italici quei Ar[g]eis nego*
tit. a Franzio laudatum Fünf Inschr. u. fünf Stä
p. 13.

QVI: APAMEAE
NEGOTIANTVR
H. C.

Orell. Inscr. Lat. n. 913. n. 955. Graece id est
μενοι s. *ἐργαζόμενοι.* Vide C. I. n. 2024. 6. *Ἀλε*
Περίνθῳ τὸν ἀνδριάντα ἀνέστησαν τειμῆς χάριν. I
Κόϊντος Τίτιος οὐκ ἀφανὴς ἀνὴρ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδ
ap. Leak. Moreae v. III. n. 66. „at Argos in
near the former" [2]):

ΠΡΑΓΜΑΤΕΥ
ΑΡΓΕΙ
ΛΕΞΙΜΑΧΟΥ
ΗΣΑΝΤΑ

N. 2285. b. 2. *Βιλλιηνόν* — *Ῥωμαίων οἱ ἐν Δήλ*
tores" Boeckh. II. 237. a. N. 2053. 5. *τοὺς κ*
i. e. *ἐργ. κατὰ τ. π.* (II. p. 76. b.) N. 2287. 1. *Ἀ*
μαίων οἱ κατοικοῦντες ἐν Δήλῳ καὶ οἱ ἔμποροι καὶ ν
δρον; n. 1338.

---

1) Haakhius in Paulyi Real-Encyclopaedie d. class. A
haec scribens: Qu. Met. Mac. *Sohn von N.* 4. dum Druma
pater Macedonici loco quarto est, non reputavit, eum que
suit, Lucium esse Metellum, Quinti fratrem, Quintum aute
trem, *tertium*.

2) Honorati pater *Ἀ]λεξίμαχος* fuit. Ab initio scripseri
πραγματευ[όμενοι ἐν] Ἄργει —.

Pro *Arceis* quin *Argeis* sit emendandum, non est dubium. Nec raro C et G inter se confusa sunt. Adi, quando in re manifesta testimonium requiris, Wagnerum in V. L. Virgil. Aeneid. III. 14. Equidem hac data occasione artifici cuidam suum restituam nomen. Pictor is est, ut Silligius nominat Catal. Artif. p. 480: *Philarcurus*, notus ex inscr. apud Reinesium Cl. XI. n. 67. p. 632:

PHILARCVRI
PICTORIS

Hunc *Philargurum* sive potius *Philargyrum* dictum fuisse arbitror; nam V est Y Graecorum, v. Reines. Var. Lect. I. 7. p. 20. *Φιλάργυρος* autem nomen, quod Crusius in lexico non habet, legitur C. I. n. 441. 3. n. 448. Murator. Thes. MCCCLII. 4. MDXCIV. 4. MDCXVIII. 12. MDCCII. 8. CMXII. 10. CMLXX. 6. — Denique ne quid omittam notatu dignum, interpunctionis nota ^ in Graecis quoque titulis conspicitur; vid. tit. Ross. n. 11. C. I. n. 2164. Franz. El. Ep. p. 375. med.

In Delphorum decreto n. 67. quo Laistam Heracleotam proxenia et reliquis praerogativis honorant, etsi pleraque editor ad aliorum eius generis psephismatum formulas bene constituit, quod in lapide satis integro minus difficultatis habuit; sunt tamen pauca quaedam, in quibus lapsus esse videatur. Ita quae sunt v. 2.

ΧΟΝΤΟΣΣΩΣΙΠΑΤΡΟΥΤΟΥΔΙΑΨ..ΑΡ.Τ
ΛΕ.ΟΝΤΩΝ

Rossius interpretatus est: *ἄρχοντος Ζωσιπάτρου τοῦ Δια —*, sed praeter *Σωσιπάτρου* scribendum censeo: *τοῦ [Α]ἰα[κίδ]α, [βου]λε[υ]όντων κτλ.* *Αἰακίδας* Delphus est n. 1706. 4. n. 1720. 1. — Tum v. 6 in verbis *ἐπειδὴ Ἁγίων Κλεοδάμου ἀπελθὼν ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν διέλεγεν ὑπὲρ Λαΐστα* dupliciter ille a vero aberravit. Neque enim *ἀπελθών* sed *ἐπελθών* vel *παρελθών* scriptum oportuit. Prius in tabula exstare credo, licet inde *ΑΓ* enotatum sit. Confer C. I. n. 2270. 31. *οἵ τινες ἐπελθόντες ἐπὶ τὴν Ἀθήνησιν βουλὴν καὶ ἐκκλησίαν* n. 2271. 4. n. 2694. 65. N. 3047. 4. *οἵτ. ἐπ. ἐ. τ. ἐκ. τὰν φιλίαν καὶ τὰν συγγένειαν ἄνωθεν ὑπαρχούσας πότ' αὐτοὺς καὶ τἆλλα διελέγησαν*, quae eadem sunt n. 3051. 6. n. 3056. 5. *Ἐπελθόντες ἐπὶ τὸ κοινόν* n. 3048. 4. n.

3052. 8. n. 3058. 5. *Παρελθόντες ἐ. τὰν ἐκκλ.* n. 3050. 6. Nec quae in lapide visa sunt esse v. 7: *ΔΙΕΛΓΓΝ* in *διέλεγεν* editor debebat refingere; sed falso Rossius *N* legit pro *H* et fuit: *ΔΙΕΛΕΓΗ*, *διελέγη*. Eum aoristum ex Aristotelis scriptis iam allatum habes in Stephani Thes. Paris. II. 4. p. 1210. Adde titulos Boeckhii n. 3047. 4 sq. n. 3048. 7. *διέλεγεν* i. e. *διελέγησαν* v. II. p. 636. b. Ibid. 17. *διαλεγέντος καὶ τοῦ ἀποσταλέντος*. n. 3050. 7, 12. n. 3052. 9.

N. 75 in titulo, quem venatores (*οἱ κυναγοί* v. 1, non *κυνηγοί* ut Rossius imprimi iussit [1]) dedicaverunt, v. 3. pro *\ΡΙΔΑΜΟΣ.ΡΙΣΤΕΑ* scriptum est *'Αρχ]ίδαμος ['Α]ριστέα*; sed probabilius conieceris fuisse *Χα]ρίδαμος*. Quantum ex reliquorum versuum initio intelligitur, duo fere elementa ab initio oblitterata sunt. Ibid. v. 7. *ΝΑΣΙΜΗΛΟΣΦΕΙΔΟΙ* fuit fortasse: *Μ]νασίμηλος* [2]) *Φειδο[λάου*. Idem nomen *Φ.* est ap. Plutarch. de genio Socratis c. 4. et aliis, *Φειδόλας* Anacreont. epigr. II. 1. p. 274 Bergk. p. 372 Schneidewin. *Φειδώλας* in epigr. ap. Pausan. VI. 13, 6. *Φειδόλεως* C. I. n. 2227 [3]).

Titulus n. 74. *a*. Stiriensis in lapide calcario, qui est vetustate adesus, legi omni ex parte non potuit. A sinistra sex vel octo litterae interierunt, ad dextram pars fere tertia longitudinis singulorum versuum desideratur. Servorum servarumve manumissionem ea inscriptione contineri, apertum est. Singula, quantum licuit, Rossius redintegrare conatus est, nec repetissem titulum si in nominibus propriis restituendis melius editori opera cessisset.

---

1) Lobeck. ad Phrynich. p. 428 — 9. Meineck. Fragm. Com. III. p. 294. *Φιλοκύνηγος* tamen nomen proprium est in epigrammate Pergameno, quod Welcker. edidit Mus. Rhen. 1833. p. 304. n. 22. Cf. tit. Latin. Orelli n. 4118: *M. Attio M. f. Ser. Draconi Clodiano Annavo Rufo Collegium Venatorum.*

2) *Μνασίμειλος* Boeotus est C. I. n. 1575. 8., idem qui *Μνασίμηλος*.

3) Nominibus, quae a verbo *φείδεσθαι* incipiunt, collatis in Crusii lex. addatur *Φειδοστράτη Ἐτεοκλέους θυγάτηρ Αἰθαλίδου, Ἀγλαύρου ἱέρεια* in titulo Rossii Attico, Kunstblatt 1840. n. 17. *Φιδήλεως* C. I. n. 3141. 20 suspectum est.

ΔΕΚΑΤΕΔΕ
ΑΤΕΚΑΙΜΗΚΑΤΑΔΟ
ΕΣΩΣΩΜΗΘΕΙΣΜΗΤΕΟΙΚΑ
ΔΑΟΣΥΠΕΡΤΟΥΤΟΥΣΜΗΘΕΙΣ
5 ΙΔΕΤΙΣΚΑΤΑΔΟΥΔΙΞΟΙΤΟΦΙ
ΠΟΘΙΕΡΟΝΤΩΙΑΣΚΛΑΠΙΩΙΑΡΓ
ΟΙΩΣΕΛΕΥΘΕΡΑΙΕΟΝΤΩΠΡΟΙΣΣΤΑΣ
ΠΙΟΣΕΠΕΙΤΑΔΕΚΑΙΟΙΕΡΕΥΣΤΟΥΑΣΚΛΑ
ΩΝΣΤΕΙΡΙΩΝΤΕΚΑΙΦΩΚΕΩΝΑΙΑΜΙΟ
10 ΜΑΡΤΥΡΕΣΠΟΛΩΝΠΟΛΥΓΝΩΤΟΥΣΩΣΙΙ
ΕΞΩΝΠΛΕΙΣΤΩΝΟΣΣΤΕΙΡΙΟΙ

V. 3 bene Rossius latere suspicatus est in *ΕΣΩΣΩ* nomen alicuius de manumissis servis. Id nisi fallor *Σωσώ* fuit: *καὶ μὴ καταδο[υλιξάσθω — μήτ]ε Σωσὼ μηθεὶς μήτε* —. Nomen illud vide ap. Simonidem epigr. LXXIII. in Brunck. Anal. I. 141. Plutarch. Arat. 2. C. I. n. 2607. 4. Structuram particulae *μή* cum aoristi I. imperativi persona III. tanquam rariorem in prosa meliore (Bernhardy Synt. L. Gr. p. 393) notant grammatici. *Μὴ καταδουλιξάσθω* est etiam n. 73. 6—7. et probabiliter ex Rossii supplemento n. 74. b. 10.

Tum v. 3 litteras *ΟΙΚΑ* quoque de nomine servili superesse arbitror. Collato v. 5 *ε]ἰ δέ τις καταδουλίζοιτο Φι* — et mutato elemento *Κ* in *Λ*, utroque loco putaveris fuisse *Φίλαν*. Id nomen operose olim probavit Boettiger. Vasengemälde I. p. 40. not. adde Osann. Syllog. p. 85. Philetaer. Cynag. fr. I. 5 in Meinek. Com. III. p. 204. C. I. n. 1211. I. 8. n. 1761. 2. n. 2472. c. 1. n. 3253. Nec ignota *Φίλα Ἀφροδίτη* Specim. Onom. Gr. p. 11—12. Plut. Demetr. 53. *Φίλη* est C. I. n. 155. 17, 20, 64.

V. 11. *Ἕξων* (cf. *Σπεύσων* C. I. v. 169. III. 58. *Λύσων* Pausan. I. 3, 4. *Δώσων*) an quod malo *Δ]έξων?* ut C. I. n. 1070. 4. n. 1587. 8. n. 1639. 2. *Δεξώνδας* n. 1702. 17. Pater *Πλείστων* nomine utitur ad eandem normam facto, ad quam formata sunt *Ἀρίστων, Καλλίστων* n. 1295. 3. Crusius in lex. nec *Plistonem* novit nec *Πλειστίαν* C. I. n. 2354. 1, 5.

In titulo eiusdem numeri *b* v. 2. *ΕΑΜΕΡΙΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣ*, quae rursus est v. 7 et 8 sine patris nomine, Rossio videtur esse pro *Εὐάμερις*. Ego aegre crediderim hoc fieri potuisse; sed

si „*verum et genuinum*" in lapide detrito est i
cida officio defuit [1]). *Εὐαμερίς* (ita recte Boecl
roneae Serapidi manumittitur C. I. n. 1608. e. 16
tae est n. 1260. 16.

Mox ib. in *ΚΑΙΒΙΘΥΣΑΡΙ* Rossius nomen
manumittentis se non extricare scripsit. Non
legere quae clare insculpta sunt: *Βίθυς Ἀρι-*
n. 2622. 1. *Σέλευκον Βίθυος* ubi Boeckhius vol. I
θυς, ait, videtur ex *ἰθύς* esse cum digammo A
[nam inter parietinas Curii titulus repertus ε
Cognomines regis Lysimachi parasitum ex Ath
p. 614. F. et Demetrii praetorem ex Plutarch. ,
dorfius laudavit in Steph. Thes. Par. II. 1. 25(

B. TITVLI LEAKEAN

Ad inscriptiones Graecas per tot saecula c
raro singularem aliquem casum videmus feliciter
plum luculentissimum tabulae sunt rem trierar
sium illustrantes, quas quum curiose ante pa
sius [3]) eruisset summaque diligentia transcrips
Boeckhius egregie illustratas et quantum eius f
tutas edidit. Non comparanda sane amplissimis l
fragmenta sunt duo titulorum, quae ad Spartan

1) Littera *Υ* similiter excidit sive quadratarii culpa
bentis tit. n. 70. 4. *ΙΕΡΚΗΡΥΚΕΩΝ*. Editor p. 27. ι
ἱεροκήρυξ vel in triviis notum; verbum inde ductum *ἱερ*
mum titulo, ni fallor, lexicis accedit." Accessit sane
Thes. v. IV. fasc. 7. sed vix id probabile. Nimirum a
repugnat. Malo de coniectura vocalem *Υ* inserere.

2) Cognata nomina videntur esse *Βίτων* Argiv. (Paus.
Βίτυς eiusdem patriae ap. Aristotel. mirab. ausc. CLXVI.
22 Bekker. (*Μίτιος* Plutarch. de S. N. V. c. 8), *Βῦθυς* S
7, EVTHVS Sillig. Cat. Artif. p. 210.

3) Urkund. üb. d. Seewes. d. att. Staat. Vorerinnerι
(Berlin 1841).

sum repetiturus. Verum tamen, si recte nihil parvum esse in studiis dicunt, ex iis quoque titulis alter, ut per se non est spernendus, ita memorabilis videtur propter modum, quo si non totus restitui, certe quod habeat argumentum perspici potuit.

In bibliotheca Universitatis Lipsiensis libellus asservatur manuscriptus nobilis cuiusdam *de Seidel*, qui sub initium saeculi XVIII Peloponnesum peragrans codices, quos in monasteriis viderat, argumenti ecclesiastici plerosque omnes, litteris breviter consignavit. Eae schedae [1]), quae in bibliothecam Paulinam auctionis iure illatae dicuntur, cum aliis eiusdem hominis scriptis, forma quadrata in tenuem libellum conglutinatae (Catal. Manuscr. n. 175.) duarum inscriptionum veterum fragmenta continent. Ibi quum per multos annos vix a quoquam animadversa essent, anno 1836 in conficiendo codicum indice *Dr. Herm. Leyser* detexit mihique pro ea, quae inter nos intercedit amicitia, apographa misit accuratissime confecta. Nuper ego Lipsiae fasciculum ipse perlustravi, sed deceptum me sensi spe, fore ut in eodem libello aliae reperirentur inscriptiones. Nec verum est, quod prius opinabar, ineditas esse reliquias istas. Communicavit, quod nunc ipsum video, cum hominibus doctis Leakeus in Trav. in the Mor. [2]) v. III. n. 71. et n. 72. Nihilominus repetere cur voluerim mox apparebit. Et ut a minore incipiam titulo, ei Seidelius haec adscripsit p. 8. a: „In crypta Sti Iohannis prope Monast. ἁγιων 40 prope Misitra, in muro exteriori fragmentum marmoris antiqui.“ Leakei n. 72 hoc est lemma: „In the Monastery of Aghion Saranda p. 521. Vol. 2.“

---

1) Alias eiusdem hominis schedas in bibliotheca regia Berolinensi haberi, Wilkenius, si recte memini, prodidit in eius bibliothecae historia.

2) Eius libri usum ut aliorum quorundam *Gersdorfius* benigne mihi concessit, bibliothecae Univ. Lips. praefectus summus.

. . . . *ΤΟΥΔΕΛΟΙΠΟΥΜΗΔΕΝΑΝΟ* . .
ΟΙΟ *ႴΟΥΑΙΤΕΙΣΘΑΙ* . *ου* . *Π* . .
ΔΙΑΤΟΥΤΟΥΤΟΥΚΑΙΦΑΛΑΙΟΥ
ΤΟΥΤΟΥΣΓΑΡΟΜΕΝΣΕΒΑΣ
5 *ΔΕΔΗΜΟΣΠΟΛΛΑΙΣΗΛ*
ΜΕΝΕΞΕΒΑΛΕΝΟΥ
ΟΣΓΕΓΡΑΠΤΑΙ
ΤΩΝΚ̄Η̄ —

Versu 2 *ΟΙΟ* solus L. habet et deinceps *ΤΟΥ* pro *ΣΟΥ* Seidelii; apud Leak. in fine litterae: *ου* . *Π* desunt. Idem v. 3 alterum *Τ* omisit et *Υ* extremum. *ΚΑΙΦ* est ex Seidelii apographo, L. *ΚΕΦ* suppeditat. Eidem v. 5 tertium *Λ* et versus nonus debetur. Et Augusti mentio v. 4 iniecta et barbarum vitium *καιφαλαίου*, quam formam Seidelio non tribuerim [1]), satis docent titulum aetatis esse recentis, licet ea certius definiri nequeat. Videtur lex fuisse vel decretum magistratus alicuius. De epistola imperatoria (C. I. n. 1303. n. 1305. n. 1319) non puto esse cur cogitetur.

Sed hoc frustulo longe praestat inscriptio altera, quae olim quatuor partes habuit. Primam Seidelius unam descripsit sed plenius quam Leakeus, qui tamen secundam quoque columnam et tertiam addidit. Eius lemma hoc est: n. 71. „In the same Monastery of Aghion Saranda p. 521. Vol. 2. there are 6 or 8 letters wanting to complete the end of each line.“ Seidelius p. 8: „ib. in muro aedium fragmentum styli vetustissimi in diversas paginas partitum hoc modo [2]) :

---

1) Ita legitur *Μεγαραίων* pro *—έων*, *ἀναισεώθη* i. e. *ἀνεν.* quae Osannus contulit Syllog. p. 295 et Addend. p. 578. b. Phot. lex. *Μύρτης* v. I. 241 Pors. Lips. not. 4. Cf. *ae* pro *e* brevi in titulis Latinis, v. Osann. Syll. p. 582 — 583. Saepius e contrario *ε* est pro *αι*, ut in *κῖτε* s. *κεῖτε* loco formae *κεῖται*, *κέ* pro *καί*. Alia dedit Boeckh. C. I. I. p. 556. b. p. 557. a.

2) In lapide sunt ⊗Κ⊟ΓΥ. Pro quarto tamen elemento etiam *Π* falso legitur. Nec *Σ* sed ξ, quod aliquoties apparet, ubique fuerit.

locus quadrigarum aurigae
1
2
3

p. a

DAMONON
ANEΘEKEAΞANAIA
ΠΟΛΙΑΨΟΙΝΙΚΑΕΛΣ
TAYTAHATOYDEΣ
5 EΠOKATON
TADEENIKAEEDA . .
OTEΘ.IΠΠ
AYTOΣANIOΨION
OΨO
10 .ΔIAOANAIATO

.ΛΕΟΥΝΙ . T
.ΛΙΠΟΗΟΙΙΛΙ
E
AAC ΣA
15 . AIΣ
IEΠTA . IVE TAN
IKE
OIDAIADA
NIKECEYPIAIO
20 ..TOΣANIOΨIO
HEΨOΠAIΣ . .
TANAYTO. . .

K KTOAΛIO
. ENA.PIONΠ4ΣIN
25 DAMONONOKTA
Λ. TOΣANIO.ION
ENHEBO□A . . IE
EKTANAYTO...Γ.O
.EKTOAYTON
30 .OKEΛEXEN
.ΔIEΛEYE
ENIKEAYTOΣANIO

Pars quarta legi a Leakeo non potuit, quare annotavit post

v. 32. „Here follow six defaced lines, below which the Stone is broken off."

Descriptio *loci quadrigarum aurigae* ex Seidelii libello accessit. Idem v. 1. habet *DAMON*, quum ap. Leak. desit *DA*. V. 2. Leak. praeter verbum nihil suppeditat. V. 3. *ΠΟ* solus Seid. dat et in fine *ΛΕΑΣ;* Leakeus post *K* tantum *E*. V. 4. primum *T* ex Seidelii apographo petitum, item elementum sextum et in fine *YDEΣ*. V. 5. *N* Leak., *M* Seidel. V. 6. Leak. post *N* praebet nihil praeter *XA* et v. 7. tantummodo *YTOT* infra *EENX* v. 6 positum. V. 8. *ΑΥΤΟΣ* unus Leakeus transcripsit, tum *ΑΝΙΟΠΟ*, Seid. *ΑΝΙΟΥΙΟΝ* et *Y* quidem ut v. 4 puncto supra scripto insignitum. Id certe propius ad verum accedit. Vss. 9 et 10 ex Leakei sumti sunt exemplo.

Litteratura ita est comparata, ut titulus inter antiquiores referri debeat, nec magnopere erraverit qui bello Peloponnesiaco supparem vel certe non multo recentiorem statuet. Ita elementum *D* in vetustissimis titulis conspicuum (Franz. El. Ep. p. 41. p. 25.) habetur in fragmento Dorico C. I. n. 166. ap. Franz. n. 50 p. 123, quae inscriptio inter Olymp. 80 — 86 collocatur; ⊗ item priscum fuit, v. Franz. p. 43. p. 97, pariterque Ɏ pro *X*, Franz. p. 48. Signum 𐌇, quod pro *B* esse Seidelius opinabatur, nota est spiritus asperi, de cuius notae, non omnibus quibus poterat vocabulis praefixae, usu antiquo Franzius egit El. Ep. p. 42—3. et Gieseus üb. den aeol. Dial. p. 220. Parvum *O* vicem simul gerit vocalis longae; fortasse etiam pro *ου* est.

Consonantes *κάππα* et *σίγμα* et *πῖ* eas ubique formas videntur habuisse, quae sunt p. 86 n. 2 expressae. Eae certe in prima particula constanter apparent. Leakeani autem apographi fidem non esse certissimam, inde intelligitur, quod id in parte ea quae communis est utrique auctori (v. 1 — 8), hic illic minus et plenum est et accuratum (v. 3. 6. 7.) quam Seidelii. Hinc de reliquis, quas unus ille reddidit, partibus coniectura capi potest; accedit quod eas Seidelius iam centum annis ante *vix apparere* annotavit. Ac sane Leakeus descripsit tales, ut eas quoque erroribus vitiatas esse manifestum sit. Quapropter in iis, quae obscuriora

sunt, divinatione restituendis nolui ego desudare, qui didicerim, haud raro novam monumenti alicuius descriptionem docuisse, quam falsa essent supplementa quantumvis acute excogitata. Bene autem factum, quod ea, quae certam Seidelii potissimum opera habent explicationem, ad summam inscriptionis cognoscendam sufficiunt. Nam donarium est titulus Minervae dedicatum urbis praesidi a Damone quodam, qui eo in lapide quas victorias curules sive ipse auriga sive per puerum retulerat consignavit; quo de genere v. Franz. El. Ep. p. 328. C. I. n. 1513.

Δάμων Ὀν.
ἀνέθηκε Ἀ[θ]αναίᾳ
Πολιάχῳ νικά[σ]ας
ταῦτα — — — —
5 — — — — — —
Τάδε ἐνίκα[σ]ε Δά[μων Ὀν.
—— *τ]ὸ τέθ[ρ]ιππ[ον*
αὐτὸς ἀνιοχίων
— — — — — —
10 *Ἀ[θ]αναίᾳ.*

Victoris qui dedicavit nomen *Δάμων* apertum est v. 1. et 25., probabiliter fuit etiam v. 6 et 18 sub finem. Cognominem Spartae hominem, sed aetatis Hadriani Imp., vide C. I. n. 1307. 10. Patrem primis tantum litteris indicatum fuisse, versus 25 ostendit. Id in his nominibus saepissime factum esse constat, cfr. Franz. p. 354 et, si exempla requiris, eius indicem siglorum priorem. Illud autem *ON* quum multis modis suppleri possit ut: *Ὀν[ασικλέους* C. I. n. 1258. I. 4. n. 1283. 7. *Ὀν[ασικλείδα* n. 1246. 1. *Ὀν[ασίππου* n. 1373. 2. *Ὀν[ασίωνος* n. 1368. 10. *Ὀν[ατᾶ, Ὀν[ατίχου* n. 1295. 5, supervacaneus est restituendi conatus. Verbum *ἀνέθηκε* ex more antiquo *N ἐφελκυστικόν* ante vocalem non habet additum. Cf. C. I. n. 76. 2. n. 81. 7. n. 87. 8. n. 93. 12, 26. n. 126. 33. n. 142. 3. n. 470. 1, de nominibus v. C. I. n. 72. 9. n. 93. 46. n. 102. 14. Plura ex cuiusvis dialecti inscriptionibus facillime coacervari possunt, add. Osann. Syllog. p. 116. 150. Ahrens. l. l. p. 45. 7. p. 174. Quod ad deam attinet, cf. Franz. El. Ep. p. 333. qui dedicationis modum illustravit, et Pausaniam III. 17, 3: *ἐνταῦθα* (in arce Spartae) *Ἀθηνᾶς ἱερὸν πεποίηται Πο-*

λιούχου καλουμένης καὶ Χαλκιοίκου τῆς αὐτῆς [1]), Wachsmuthium Hellen. Alterth. II. 2. 172., Heffterum die Götterdienste auf Rhodos II. p. 122 multas enumerantem urbes, quibus Minerva *πολιοῦχος* erat. Forma *Ἀθαναία*, ut Attica *Ἀθηναία* post Euclidem in actis publicis iam vix usitata (Boeckh. C. I. I. p. 242. b. Lobeck. Paralip. Gr. Gr. p. 299), Dorismi est veteris; cf. C. I. n. 1513. 7, 35. *ἐπ' Ἀθαναίαν πολῖται.* Tum ut nomen *Πολιάχῳ* pro *Πολιαόχῳ* [2]) genuinum esse credam, apographorum consensu adducor; certe v. 9 quae supersunt elementa *ΟΨΟ* restare de forma *Πολιάοχος*, eamque etiam v. 3 restituendam esse inserto fortasse *Ο* minore, vix cuiquam persuadeas. Sed nomen *Πολίαχος* contractionem videtur passum esse, aliorum analogia satis defensam. Neque enim incorruptum est ipsum *Πολίαχος* iis locis quibus, praeter hunc titulum, repertum vidi in codicibus manuscriptis. Eorum unus est Aeschyli in Septem contra Thebas v. 109 Dindorf. ubi a Blomfieldio (v. 105) tamquam ex Mediceo libro: *θεοὶ πολιάχοι* affertur, quum Wellauero teste *πολιάοχοι* scriptum sit. Idem ex codd. Regiis L. et B. annotatum est, nec dubito quin vindicari poetae debeat [3]) ea forma tot ac talibus testimoniis probata. Tum apud Lysiam (*περὶ δημεύσεως τῶν τοῦ Νικίου ἀδελφοῦ ἐπίλογος* 13, 2) pro *Πολίοχος*, quod vulgo editum est (Orat. Att. p. 112. b. Bait. Saupp.), libri praeter unum omnes *Πολίαχος* exhibent. Mihi vero, quum Atticus ille homo sit, recte videntur editores scripsisse *Πολίοχος* [4]). Eo de nomine v. Meinek. Histor. Comic. Graec. p. 498. et Photium in lexico *Π. καὶ Πολυάκης* [5]) *ὀνόματα κύρια.* Iam si pro *Πολίοχος* dictum esse *Πόλιχος* [6]) credi

---

1) V. Welcker. „Zeitalter des Gitiadas" in Röm. hyperb. Stud. p. 269.

2) Pindar. Olymp. V. 10. *ὦ Πολιάοχε Παλλάς.*

3) Restituit Rotheus: Annot. Crit. de carmine quod legitur in Aeschyli Sept. c. Theb. vv. 78—164. Schütz. progr. Islebiens. 1837. p. 14; cuius tamen distributio verborum in versus singulos hoc ipso loco dubia mihi videtur esse.

4) Eiusdem significationis sunt *Ἐχέπολις* Boeckh. tit. nav. Att. X. f. 10. et *Ἰσχέπολις* Pausan. I. 42, 7. 43, 2.

5) *Πολυάρκης?* C. I. n. 158. §. 9. B. 30.

6) *Πόλλιχος* Plutarch. Niciae c. 24 etymon habet *Πόλλις.*

potest (v. C. I. n. 1753. *Τάτιος ὁ Πολίχου,* Apollodor. III. 8. 1. p. 301. Heyn.), quemadmodum ex *Μητίοχος* factum est *Μήτιχος* [1]), Meinek. Fr. Com. IV. 675 Bergk. com. Att. p. 12, Sillig. Cat. Artif. 274. Herodot. VI. 41. (*Μητίχη* Athen. XIII. 567. D. *Μητίχα* Meinek. hist. com. Gr. p. 364), quidni Spartani deam *Πολίαχον* appellaverint pro *Πολιάοχον* [2])?

Versu 7 fortasse non *τέθριππον* fuit, sed dativus. Id certamen primarium erat dignitate, v. Krause die Gymnast. u. Agonist. d. Hellen. p. 564. Equestria autem studia apud Lacedaemonios mature viguisse scimus. Cf. Pausan. VI. 2, 3. *Λακεδαιμόνιοι κατὰ τὴν ἐπιστρατείαν τοῦ Μήδου διετέθησαν πάντων φιλοτιμότατα Ἑλλήνων πρὸς ἵππων τροφάς,* III. 8, 1: *Πρώτη* (*Κυνίσκα* [3]) Archidami regis filia) *ἱπποτρόφησε γυναικῶν καὶ νίκην ἀνείλετο Ὀλυμπικὴν πρώτη· Κυνίσκας δὲ ὕστερον γυναιξὶ καὶ ἄλλαις καὶ μάλιστα ταῖς ἐκ Λακεδαίμονος γεγόνασιν Ὀλυμπικαὶ νῖκαι·* Lachmann. Gesch. Griechenl. I. 326 et inprimis Krause l. l. p. 670 sqq.

V. 8 est: *αὐτὸς ἀνιοχίων,* quod idem notatur v. 20. 26. 32 et fortasse v. 22. 28. Nimirum quum aurigae vulgo certamen subirent, non ii ipsi qui currus mittebant, commemorari solebat et in laude poni, si quis suis ipse equis vectus victoriam reportaverat: vid. Krause l. l. p. 580. Pind. Isthm. I. 15 Boeckh.

ἀνία τ' ἀλλοτρίαις οὐ χερσὶ νωμάσαντ' ἐθέλω
ἢ Καστορείῳ ἢ Ἰολάου ἐναρμόξαι μιν ὕμνῳ.

Boeckh. Expl. ad Olymp. VI. p. 156. *Ἀνιοχίων* nullo loco spiritum habet asperum, in quo non est quod haereas, licet aliis vocabulis (v. 4 *ἅ*? 12. 27) ille additus sit, cf. Franz. El. Ep. p. 42. Terminatio autem *ιων* usu apud Dores frequentissimo (Mueller. Dor. II. p. 518) est pro *εων*. Damoni frenos ipsi tenenti opponi videtur *ὁ παῖς* v. 12. 21. In reliquis praeter aliquot numeralia nihil certi extrico: v. 12. *ΛΙΠΟ —ἵππῳ*? v. 16. *ἑπτά*.

---

1) Boeckh. C. I. I. 725. b. ad nomina in *—ιχος* refert. Secutus est Unger. Theb. Parad. p. 463.

2) Alia, ut *Λαδικέα* pro *Λαοδικέα* (Mueller. Dor. II. 543.) *Μενέλας*, *Ἀγησίλας* afferre, vix opus est. Verbo tamen iuvat nomina tetigisse *Περίλαος*, *Πέριλλος*, *Χαρίλαος*, *Χάριλλος* Specim. Onom. Gr. p. 66.

3) Krause l. l. 581. not. 29.

v. 21. Ἐξ? v. 24. Ἀρίων Πασιν—? v. 25. ὀκτ—
v. 29. ἐκ τοῦ αὐτοῦ. V. 30 et 31 verbum κελεύ
nisi κέλητος mentio facta est quemadmodum v.
βάτον (Krause l. l. 571), v. 32 et 19 ἐνίκη est
28. Franz. El. Ep. p. 70.) τετράκι τε σπάδιον
ὁπλίταν.

Repeto hic ex Leakei opere (n. 17 *at Spar*
menti item agonistici, in quo nomina aliquot
tione egent.

ΣΕΤΤΕ ΟΣ
ΑΣΚΛΑ ΟΣϡ
ΛΥΣΙΠΠΟ ΦΙΛΟΧΑΡΙΠΟΥ
ΝΑΥΒΑΤΑϑΝΙΚΑΝΔΡΙΔΑΤΟ
5 ΗΑΝΤΩΜΙΟΣΟΦΕΛΙΩΝΤΟΒ
ΦΙΛΙΠΠΟΣϡΣΙΔΕΚΙΑ.ΤΟΒ
ΕΥΗΜΕΡΟΣΑΦΡΟΔΙΣΙΟΥΤΟΒ
ΔΡΑΚΩΝΚΛΕΑΡΧΟΥΤΟΒ
ΘΕΟΦΙΛΟΣΞΕΝΟΚΡΑΤΟΥΣ
10 ΑΓΙΠΠΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝΟΣ
ΝΙΚΙΠΠΟΣΑΓΗΣΙΠΠΙΟΥ
...ΑΣΙΩΝΕΠΙΓΟΝΟΥΙ[ΘΜΙΑ

Indicem esse victorum, nomen ultimum Ἴ
servatum, monstrat:

Σε[ί]τειμος [Σειτείμου?]
Ἀσκλα[πι]ὸς Ἀσκλαπιοῦ
Λύσιππος Φιλοχαρ[ίν]ου
Ναυβάτα[ς] Νικανδρί[δα] τὸ β'
5 Παντώμιος? [Ὠ]φιλίων τὸ β'
Φίλιππος Φιλίππου, Σιδέκ[τας] τὸ
Εὐήμερος Ἀφροδισίου τὸ β'
Δράκων Κλεάρχου τὸ β'
Θεόφιλος Ξενοκράτους
10 Ἄγιππος Πωλλίωνος
Νίκιππος Ἀγησιππίου
Ὀν]ασίων Ἐπιγόνου Ἴσθμια.

Quod v. 1 restitui nomen Σείτειμος (i. e. Θεότιμ
detur esse. Confer modo C. I. n. 1239. II. 1.

1243. 7. n. 1246. 10. et Boeckhium p. 616. a — b. Tum v. 2. *Ἀσκλαπιός* divino nomine appellatus non minus potest ferri, quam *Ἀσκληπιός* debet *τῶν ἐν Σικελίᾳ κτημάτων Κωνσταντίου καὶ Πλακιδίας διοικητής* Phot. bibl. p. 58. a. 30 Bekk. Spec. On. Gr. p. 18 [1]). Ibidem p. 77 de sigillo paucis egi, patris nomen idem esse quod filii sit, indicante. Id prae reliquis titulis in Laconicis est frequentissimum, v. Boeckh. C. I. v. I. p. 613. b.

V. 3. *Philocharinum* recte *Lysippi* patrem a me dictum esse, aliae confirmant inscriptiones Spartanae, in quibus iidem sunt homines: C. I. n. 1240. I. 6. n. 1241. II. 20 (*Φιλοχαρείνου*). n. 1242. 20. Aetas est fere Hadriani Imperatoris, v. Boeckh. p. 606. b. V. 4. *Ναυβάτας* nomine utitur non raro, licet in Crusii lexico desit. *Ναυβάτης* est C. I. n. 538. 7. Alciphr. I. 5, et qui Lacedaemonius commemoratur *Ναυάτης* a Xenophonte Hellen. III. 2. 6 librariorum tantum errore litteram *βῆτα* amisit, quam fortasse G. Dindorfius in editione Didotiana nuperrime reduxit. Cave tamen componas nomen *Ναυάτος* [2]) Rhetor. Gr. VI. 191 Walz. Nicephor. Chronogr. in Syncelli v. I. p. 769. 5. G. Dindorf. (Latina versio: *Novatus*). Cf. Blomfield. not. crit. ad Aesch. Pers. v. 381. Osann. Auctar. lexic. Graec. p. 114. Bachmann. ad Lycophr. Alex. v. 120. 727. 827. 881. — *Πο. Αἴλ. Νικανδρίδας* Spartae habetur C. I. n. 1241. I. 27. n. 1249. III. 14. Ibid. *τὸ β'* est: *τὸ δεύτερον* (Franz. El. Ep. p. 351.) de victoria scil. altera in ludis, quorum designatio in superioribus data excidit.

V. 5. Praenomen *Παντώμιος* sanum esse non praesto. [Ὠ]*φελίων* contra requiri videbatur necessario [3]); nec defuturos spero,

---

1) *Ἀσκλάπων* Spartae est n. 1260. 2. n. 1295. 4. *Ἀσκληπιάδης* n. 1279. II. 6. n. 1451. 3.

2) Niceph. *Ναυάτον τὸν τῆς μετανοίας ἀναιρέτην*.

3) Vocales *O* et *Ω* saepissime a transcribentibus inter se sunt permutatae. Ipse Leakeus n. 43. (vol. I. 373.) *ΠΛΟΤΙΟΣ* enotavit pro *Πλώτιος* v. Boeckh. C. I. n. 1460. Ibidem tamen quod et Stackelbergius habet et Leakeus *ΕΠΕΙΣΚΕΤΑΣΕΝ* *ἐπεισκεύασεν* non videtur spernendum esse. Confer C. I. n. 2271. 7. *παρείσχηται*, qui titulus primi est saeculi ante Christum natum (Boeckh. II. p. 229. b.), *ἐπανενήνειγκται* in tit. Attic. naval. aetatis Demosthenicae p. 259. 260 saep. v. Buttmann. Gr. Gr. II. 1. 247. C. I. n. 76. 4. Talia librarii ex-

qui collato titulo Spart. C. I. n. 1304. 5. Ἀντ[ώ]νιο[ς] Ὠφε[λί]ων, mihi adstipulentur hoc loco tentanti: Π. Ἀντώ[ν]ιος Ὠ. quamvis non idem sit homo in utraque inscriptione, nam Boeckhiana aliquanto est recentior, v. p. 642. b.

V. 6. *Philippi* nomen iis, in quibus versatur titulus, temporibus Spartae haud pauci gesserunt v. C. I. n. 1248. III. 5. n. 1249. II. 8. 19. n. 1260. 9. n. 1283. 5. n. 1304. 4. Idem cadit in nomen Σιδέκτας sive Σειδέκτας i. e. Θεοδέκτας, C. I. I. p. 616. b. n. 1241. I. 3. n. 1244. 16. n. 1247. 14, 15. n. 1250. 6. n. 1352. 4. V. 7. Εὐήμερος Lacedaemonius est etiam n. 1244. 17. n. 1247. 12. V. 8. Pariter *Clearchi* nomen antiquae est memoriae v. Thucyd. VIII. 8, 39. Xenoph. Anab. C. I. n. 1284. 1. V. 9. Ad Θεόφιλον cf. C. I. n. 1260. 17, ad Ξενοκρ. n. 1252. 3. n. 1262. 9. n. 1279. II. 1. n. 1341. 5. n. 1344. 3. V. 10. Ἄγιππος primus quem novi eius nominis est in hoc titulo. Πωλλ. est n. 1245. 3. V. 11. quod in lapide exstare dicitur ΑΓΗΣΙΠΠΙΟΥ non correxerim. Vide infra Cap. III. A. §. 8. V. 12. Ὀν]ασίων nescio an recte dederim, cf. n. 1368. 10 Spart. Ἀγησιππίας τῆς Ὀνασίωνος.

Haec de Laconibus commentatus, non possum quin per nominis Ἀσκλαπιοῦ opportunitatem ea corrigam et augeam, quae de nominibus scripsi deorum hominibus interdum tributis Specim. Onom. Gr. c. I. Nam falsa sunt ea quae p. 25 — 6. de Dinarchi loco κατὰ Δημοσθέν. §. 38 dixi. Ibi cum Bergkio comm. de reliquiis com. Att. p. 392. Ἠλείου (quod et ipse malueram) καὶ Φορμισίου probabiliter Baiterus et Sauppius restituerunt Orat. Att. p. 488. b. Reliqua tamen Bergkii coniectura Θρασυδαίου Ἠλείου

---

pulerunt, si a scriptoribus admissa erant; lapicidae pronunciationem vulgo usitatam ut homines de plebe servabant. Rursus in aliis ἰῶτα omnino est vitiosum, ut ap. Ross. inscr. ined. n. 66: Ἀἰπολλωνία Διονυσίου. — Ut redeam unde progressus sum, Leakens n. 64 („in the Plain between Tripolitza et Steno not far from Tegea") scripsit

ΣΕΒΗΣΟΙΗΡΑ
ΙΚΟΥΜΕΝΗΣ
ΩΝϘ

sed fuit Εὐ]σεβῆ Σ[ωτ]ῆρα τῆς ο]ἰκουμένης de Imperatore aliquo, quemadmodum in Latinis legitur: *Conservator generis humani* (Orelli n. 795) s. *conservator rerum humanarum* (Or. n. 1080. n. 1089).

admitti non potest: id quod optime Westermannus docuit ad Leakei demos Atticos p. 241 — 2. Ἠλείου autem emendatio est Reiskii, commendata Isaei loco 2. 9. Ἠλείῳ Σφηττίῳ et Boeckhii tit. nav. XVII. b. 14. Ἠλεῖος Κοθωκίδης. Contra ea codicum lectionem Ἠλίου vel Ἡλίου firmare Photii videtur locus in lex. Ἥλιος ὄνομα κύριον Ἀθηναίου τινός, dummodo is ipse sanus sit, de quo dubito. Nimirum antiqua fuit nominum Ἠλεῖος et Ἥλιος permutatio. Pausan. V. 1, 7. Ἠλείου δὲ ἦν Αὐγέας· οἱ δὲ ἀποσεμνύνοντες τὰ ἐς αὐτὸν, παρατρέψαντες τοῦ Ἠλείου τὸ ὄνομα Ἡλίου φασὶν Αὐγέαν παῖδα εἶναι.

Nomina diis et hominibus communia porro haec habeo in promtu: Ἄρτεμις [1]) Platonis serva testamento manumissa Diog. Laert. v. I. 221 Huebn. Ἀφροδείτη C. I. n. 2749. 1. Aphrodisiensis. Ἥφεστος Φιλήμονος Ἑρχιεύς et Φιλήμων Ἡφίστου C. I. n. 628. 1, 5. Franz. El. Ep. p. 249. Σὺν Ἴσιτι τῇ καὶ Εὐσεβείᾳ tit. apud Letronn. rech. p. serv. à l'hist. de l'Égypte p. 473 qui p. 475 explicavit Ἴσιδι, mutatis Δ et Τ quod non rarum sit in monumentis Aegyptiis pariterque in Copticis observetur, ubi Τιόςπολις habeatur pro Διόςπολις. „Rien, inquit, de plus ordinaire que de voir chez les Égyptiens les noms des divinités donnés à des individus." Μοῦσα C. I. n. 2731. 6 Stratonic., Rhetor. Graec. VII. 165 Walz. Περικλῆς ταῖς θεραπαίναις τὰ τῶν Μουσῶν ὀνόματα ἐπιθεὶς κρίνεται ἀσεβείας. „*Poseidôn*, fils de Poseidôn, auteur d'un vase de la même collection (de Canino n. 1614. p. 138)" Lettr. à M. Schorn par M. Raoul-Rochette, Paris 1832. p. 10. Ῥέα Sertorii mater Plutarch. vit. c. 2. *Rhea* Augusta aliqua est in titulo C. I. n. 2508. 6.

Redeo ad titulos Leakei, quorum qui est n. 23 hoc habet lemma: "at the Finiotika Kalyvia." Cf. v. I. p. 223: „The inscribed marble is inserted in the wall on one side of the door, and tourns out to be an interesting monument."

---

1) Fratris nomen Ἀπόλλων videtur esse in titulo C. I. n. 189. 30 Unde firmes coniecturam, epigrammati a Welckero edito (Mus. Rhen. 1832. p. 293.) v. 1. adhibendam:

Πατρὶς μέν μοί ἐστι Λύκων πόλις· εἰμὶ δ' Ἀπόλλ[ων
ἐν Φαρίῃ γαίῃ θυμὸν ἀποφθίμενος.

Ille scripsit Ἀπολλ[ώνιος; malo tamen quod idem proposuit p. 294: Ἀπολλ[ᾶς.

ΑΠΟΛΙΣΓΑΙΟΝΙΟΥΛΙΟΝ
ΕΥΡΥΚΛΕ . . . ΝΕΑΥ
ΤΑΣΕΥΕΡΓΕ . ΑΝΑΝ
ΘΕΝΤΑΤΟ . ΛΛΙΟΝΕΥ
ΤΟΝΑΙΩΝΑ

Ἁ πόλις Γάϊον Ἰούλιον
Εὐρυκλέ[α τὸ]ν ἑαυ-
τᾶς εὐεργέ[τ]αν ἀν-
θέντα τὸ [ἔ]λ[α]ιον ε[ἰς
τὸν ἀ[γ]ῶνα —

Ita haec videntur emendanda esse. De *C. I. Eurycle* copiosius Leakeo l. l. Reinesius exposuit ap. Boeckh. C. I. I. p. 670. a — b ad n. 1389. n. 1390. V. Ross. Reis. u. Reiser. I. p. 9. n. 8. Urbs quae dedicavit incognita est, Leak. p. 224. *Ἀνθέντα τὸ ἔλαιον* petii ex titulis C. I. n. 1122. 14. *Ὀνησίφορον — τὸ ἔλαιον θέντα ἐν παντὶ γυμνασίῳ καὶ βαλανείῳ ἀδεῶς.* n. 1123. 10. *Διόδοτον μόνον καὶ πρῶτον θέντα ἔλαιον ἔντε γυμνασίοις καὶ βαλανείοις —. Ἀνθέντα* pro *ἀναθ.* non offendit, v. C. I. n. 1052. 15. *ἀνθέτω* (*ὁ γραμματεὺς τὸ δόγμα*) *εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖον.*

Eurycli bene de certantibus merito subiungatur victor ut videtur nominis ignoti: fragmentum est Leakei p. 19: „in a Church between Mistra et Sparta."

ΟΣΓΛΥΚΩ˙
ΠΑΙΠΗΝΟΣ
ΑΝΚΡΑΤΙΑΣΤΗ

Ὁ δεῖνα] Γλύκω[νος
Ὑ]παιπηνός
Π]ανκρατιαστή[ς.

Apellas Hypaepenus est C. I. n. 379. 8, *Diocles* eiusdem patriae victor Olymp. 178. 1. Euseb. I. 33. p. 159 Mai.

Facilis intellectu titulus est n. 31. „at Kypárisso" (v. I. p. 290 — 308.) quem nominum causa propriorum transcripsi [1]).

---

1) In lapide est ЄϹϒѠΠ pro *ΕΣΤΩΠ.*

ΑΠΟΛΙC
ΑΤΩΝΤΑΙΝ ΡΙΩΝ
ZΕΥ . . Π ΟΝΦ
ΔΑΜΟΥ ΙΔ
5 *ΑΠΟΠΡΟ*
ΑΡΙCΤΟ
ΤΑΝ.ΔΤC

CΕΙΝΕΚΕΙ
ΕΙCΑΥΤΑΝ
10 *Ψ Η Β*

Ἁ πόλις
ἁ τῶν Ταιναρίων
Ζεύ[ξιπ]πον Φιλο-
δάμου ——————
5 ἀπὸ προ[γόνων
ἀριστο[πολειτευ-
τάν, [ἀρετᾶ-
ς ἕνεκε[ν καὶ εὐνοίας
τᾶς εἰς αὐτάν.
10 Ψη(φίσματι) β(ουλᾶς).

Eum, qui honoratur, *Zeuxippum* fuisse dictum Philodami filium, satis puto apertum est; *Ζεύξιππος* aliquis ὁ *Λακεδαιμόνιο*; saepe a Plutarcho commemoratur, v. Winckelm. ad Amator. p. 104. *Φιλόδαμος* nomen Crusio ignotum legitur C. I. n. 1018. 1. n. 1513. 6 et in Sicula inscript. apud Dorvill. Sicul. p. 587. n. 10. *ἐπὶ ἱερ[α]πόλου — τοῦ Φιλοδά[μου —.* Philosophus cognominis Locrensis est ap. Iamblich. Vit. Pyth. §. 267. p. 216 Kuster. Tum v. 4 *ΙΔ* restat de muneris significatione, quo Zeuxippus functus erat iure quasi hereditario: *ἀπὸ προ[γόνων.* Coniicias (v. 4.) *ταμίαν* eum fuisse. De illa formula confer C. I. n. 1123. 15. *τὸν ἐκ πάππων ἀγωνοθέταν,* n. 1130. n. 1131. n. 1132. n 1138. *τὸν ἐκ προγόνων εὐεργέταν*, n. 1220. 3. *ἀπὸ πρ. ἔνδοξον*, n. 1374. 8. *τᾶς διανεκοῦς ἀπὸ πρ. εἰς τὰν πατρίδα μεγαλοψυχίας.* Sequebatur τὸν] *ἀριστο[πολειτευ]τάν*, quo de honore a Spartanis et ad constitutum tempus aliquod et in dies vitae tributo v. Boeckh.

C. I. I. p. 611. b et tit. n. 1340 — 42. n. 1349.
13. tit. Leak. trav. in the Morea n. 9, 9. *ΤΟΠ*
C. I. n. 1226. 10. *τὸν ἀριστοπολείτην*. Hermion.
βεῖν s. *εἰληφέναι τὰς τῆς ἀριστοπολειτείας τιμὰς κ*
1242. 5. n. 1243. 4. n. 1346. 4. n. 1352. 6. R
n. 13. p. 8. b. Item honoris causa in inscripti
τὸν ἄριστα (καλῶς) πολιτευόμενον s. *πεπολιτευμένο*
νον; cf. C. I. n. 1124. 25. n. 1128. 10. n. 1169. 5. n.
9. n. 1347. 5. n. 1351. 4. n. 1352. 5. n. 1354.
1358. 8. n. 1363. 3. n. 1366. 6. n. 1625. 85. n. 1

V. 7. *ἀρετᾶς εἵνεκεν καὶ εὐνοίας* restitui ad pl
ptionum formulam, v. C. I. n. 1052. 9. n. 1058.
n. 1135. 3. n. 1224. 6. n. 1348. 9. n. 1360. 5. n.
4. n. 1717. 7. n. 1776. 4. Quamquam fortasse tant
τᾶς εἰς αὐτὰν scriptum in lapide exstitit, v. n. 37
inscr. ined. n. 57. *Εἵνεκεν* non habet in quo offend
p. 451.), cf. C. I. n. 1445. 6. n. 1630. 2.

De v. 10 cf. Franz. El. Ep. p. 373. b, de f
375. Dorvill. Sic. p. 573. Iahn. Spec. Epigr. p.

Ultimo loco inscriptionem tango Leakei n.
mali", quum propterea quod pauciores eiusdem
servatos habemus, tum quod editor quae intelli
omnia posuit v. I. p. 378.

ΤΑΝ
ΟΕΙΑΣΕΙ
ΕΣΤΟΥΣΟΡΟ
ΕΣΣΑΝΙΟΙΕΚΤΑΝΔΕΥΚ
5 *ΥΔΩΡΚΟΙΝΟΝ*
ΔΡΩΝΠΑΤΕΡΙΝΟΥΦΙΑC
ΣΗΝΟΣΦΙΑΔΕΥΣΙΚΑΙΜ
ΝΟΙΜΕΣΣΑΝΙΟΙΚΡΑΝΑΝΤ

ΔΑΟΣΦΙΛΩΤΑΑΙΣΧΡΩΝΤΙΜΑ
10 *ΝΟΡΩΝΤΩΝ . . ΑΝΤΙΛΕΓΟΜ.ΝΟ*
ΣΟΡΟΥΣΑΠΟ . . ΤΟΥΚΟΛΩΝΟΥΤΟ
ΑΙΕΠΕΥΘΕΙΑΣΕΙΣΤΑΝΚΡΑ
ΝΙΟΙΣΚΑΘΩΣΤΑΣΑΜΕΙΑ .

ΕΝΟΥΚΡΗΣΙΟΥΕΙΤΟΣΑΜΕΙ . .
15 *ΥΕΙΣΤΑΝΚΡΑΝΑΝΤΑΝΚΑ*
ΑΝΙΟΙ

ΠΑΤΕΡΙΝΟΥΦΙΑΙΣΤΙ
ΦΙΑΛΕΥΣΙΚΑΙΜΕΣΣΑ
ΑΝΑΠΟΤΟΥΚ
20 *ΕΥΘΕΙΑ*

Fines in his constituuntur *ἠμφισβητημένοι* s. *ἀμφισβητήσιμοι* [1]) Messeniorum et Phialensium Arcadiae per arbitros ut videtur v. 6. 9. 17 nominatos. Ita hoc actum publicum, quod tripartitum fuisse Leakei est sententia, monumentis debet adnumerari apud Boeckhium C. I. n. 1534. n. 1569. c. [2]) n. 1711. n. 2254. n. 2905. Aetatem esse in universum Messeniae restitutae et excidio Corinthi priorem, per se patet et eo quod nihil Romani inest probatur Fortasse aliquis coniiciat, in belli socialis temporibus (Olymp. CXL. 1. moti) inscriptionem ponendam esse. Aetoli ab initio belli Phigalia incursiones in Messeniam faciebant Polyb. IV. 3, 5, 8. 6, 10. 31, 1. 79, 5 sqq. Post ereptam iis urbem et Philippo traditam Messenii belli societatem iam non recusabant, V. 4, 5. Tum potuerit de finibus actum esse. Quamquam res est incertissima. De situ urbis v. Polyb. IV. 3, 6. *κεῖται πρὸς τοῖς τῶν Μεσσηνίων ὅροις* et 31, 1. *τῆς Φιγαλίας κειμένης ἐπὶ τοῖς ὅροις αὐτῶν* sc. Messeniorum. Forma autem *Φιαλεῖς* egregie periegetae iam a Leakeo adhibiti fidem firmat narrantis urbem [3]) primo *Φιγαλίαν*, mox *Φιαλίαν*, sed simul etiam *Φιγαλίαν* dictam esse VIII. 3, 1. 5, 5. 39, 2. Utrumque et *Φιαλεῖς* et *Φιγαλεῖς* in Polybii est codicibus, vide locos in Schweighaeuseri Indice Historico

---

1) Xenoph. Hellen. III. 5, 3. C. I. n. 1118. 18. n. 1711. A. 1. n. 1732. a. 15. tit. Cret. ap. Pashley. Trav. in Crete I. 290. v. 46. *τῆς τε νήσου καὶ τῆς χώρας ἀμφισβητεῖν*, 68. *ἐκτὸς τῆς ἀμφισβητουμένης χώρας*, 71. *τὴν διαμφισβητουμένην χώραν*. — Cf. Ross. Reisen u. Reiset. d. Griech. v. I. c. l. de *agro Dentheliate*.

2) Ibi quod restitui *Προβασία* Spec. Onom. Gr. p. 112 occupaverat Unger. Theb. Parad. v. I. p. 101.

3) Hodie Paulizza, v. Mueller. Dor. II. p. 447. Ross. Reis. u. Reisetour. I. 98.

vol. VIII. p. 406., praeter IV. 80, 3.; item in nummis imperatoriis familiae Severi legitur *ΦΙΑΛΕΩΝ* Eckhel. Doctr. N. V. II. 297. a. Tertia forma fuit *Φυγαλεύς* in codicibus certe hic illic reperta, v. Voss. hist. Gr. p. 10. p. 22 Westerm. allatus a Kruegero ad Dionys. Historiogr. p. 69. Missis de Phigalo et de Phialo fabulis, Giesei repeto verba, über den aeol. Dialekt, p. 296 not.: „Liegt — eine Einsetzung des *Γ* zu Grunde? oder fiel *γ* weg wie im Boeot. *ἰών* d i. *ἐγώ*, Aeol. *ἔγων*, Sanscr. aham?" Ad quae quid respondeam non habeo. Dialectus est mere Dorica, quam in rem scite Leakeus l. l. Pausaniam laudavit IV. 27. 5. *Μεσσήνιοι — ἐκτὸς Πελοποννήσου τριακόσια ἔτη μάλιστα ἠλῶντο, ἐν οἷς οὔτε ἐθῶν εἰσὶ δῆλοι παραλύσαντές τι τῶν οἴκοθεν οὔτε τὴν διάλεκτον τὴν Δωρίδα μετεδιδάχθησαν, ἀλλὰ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι τὸ ἀκριβὲς αὐτῆς Πελοποννησίων μάλιστα ἐφύλασσον.* Franz. El. Ep. Gr. p. 185. De sigma duplici nominis *Μεσσάνιοι* v. quos Schoemannus attulit ad Plutarchi Cleomen. c. V. p. 27. Maetzner. ad Lycurg. p. 189. C. I. n. 1338. 3. *Μεσσανίων — κατοικοῦντες καὶ παρεπιδαμοῦντες ἐν Ἀμύκλαις.* n. 873 *Μεσσην—.*

Quae intelligo haec sunt: v. 2. *ἐπ' εὐθ]είας* ut infra et n. 2905. D. 8. *ἐπ' εὐθ. ἄλλον ἐθήκαμεν ὅρον· ἀπὸ δὲ τούτου ἐπ' εὐθ. πάλιν ἐθ. ὅ. ἀπὸ δὲ τούτων ἐπ' εὐθείας ἁ φάραγξ ὁρίζει.* V. 3. *ἐς τοὺς ὅρους.* Nisi fuit potius, quum *εἰς* sit v. 15, *ἀποδείξαντ]ες* vel simile participium, n. 2905. D. 1. *ὅρους — ἀπεδείξαμεν —.* V. 4. *Μ]εσσάνιοι ἐκ τᾶν Δευκ—.* V. 5. *ὕδωρ κοινόν.* V. 6. *Ἀν]δρων Πατερίνου, Φιλ—,* iis datum publice videtur negotium ut dissidia componerent. V. 7. *Φιαλεῦσι καὶ Μ[εσσανίοις.* V. 8. *οἱ Μεσσάνιοι κράναν τ[ὰν καλουμέναν —?*

V. 9. *—αλος Φιλώτα, Αἴσχρων Τιμα—* cf. v. 6. Nomina lacunosa multis modis possunt expleri: sed ex iis quae in *αλος* clauduntur duo tantum affero: *Φίγ]αλος,* propterea quod non caret aliqua probabilitate, Phigalensem, dummodo Philotae filius eius urbis civis fuerit, cognominem fuisse patriae conditori (Paus. VIII. 3, 1.) [1]); aut *Φίαλος* Paus. VIII. 5. 5. V. 10. *ὅρων τῶν*

1) Ita Plutarchi filius *Chaeron* dictus fuit ab eo qui Chaeroneam condiderat. v. Spec. Onom. Gr. p. 17. Sed alius Chaeron, ut mea retractem (ib.

— ἀντιλεγομ[έ]ν[ων. V. 11. τοὺ]ς ὅρους· ἀπὸ [δέ?] τοῦ κολωνοῦ τοῦ. Montes ad Phigaliam commemoratos video duo: Pausan. VIII. 41, 5. περιέχεται — ἡ Φ. ὄρεσιν, ἐν ἀριστερᾷ μὲν ὑπὸ τοῦ καλουμένου Κοτυλίου, τὰ δὲ ἐς δεξιὰν ἕτερον προβεβλημένον ἐστὶν αὐτῆς ὄρος τὸ Ἐλάϊον· ἀπέχει δὲ τῆς πόλεως ἐς τεσσαράκοντα τὸ Κοτύλιον μάλιστα σταδίους. VIII. 42, 1. τὸ — ἕτερον τῶν ὀρῶν τὸ Ἐλάϊον ἀπωτέρω μὲν Φιγαλίας ὅσον τε σταδίοις τριάκοντά ἐστιν. Cf. Ross. Reis. u. Reisetour. I. 99, 100. V. 12. ἐπ᾽ εὐθείας εἰς τὰν κρά[ναν. V. 13. Μεσσα]νίοις καθὼς τὰς Ἀμεια? idem videtur v. 14 esse. V. 14. τοῦ καλουμ]ένου Κρησίου cll. Pausan. VIII. 44, 6. τοῦ — Χώματος ἐν δεξιᾷ πεδίον ἐστὶ τὸ Μανθουρικόν· ἔστι δὲ ἐν ὅροις ἤδη Τεγεατῶν τὸ πεδίον σταδίων που πεντήκοντα μάλιστα ἄχρι Τεγέας. ἔστι δὲ ὄρος οὐ μέγα ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ καλούμενον Κρήσιον· ἐν δὲ αὐτῷ τό ἱερὸν τοῦ Ἀφνειοῦ πεποίηται. V. 15. εἰς τὰν κράναν τὰν κα[λουμέναν? V. 16. Μεσσ]άνιοι.

V. 17. ὁ δεῖνα] Πατερίνου, Φιλιστί[δας. Prius nomen fuit iam supra v. 6; etymon ignoro, nisi forte a πατήρ vel a πάτερις (Arcad. 34. 9) deduxeris. Pro Φιλιστίδας (C. I. n. 1513. 25) possis etiam Φιλιστιάδας (C. I. n. 115. I. 38) aut Φιλιστίων [1]). V. 18. Φιαλεῦσι καὶ Μεσσα[νίοις. V. 19. ἀπὸ τοῦ κ[ολωνοῦ an κοινοῦ ὕδατος? V. 20. ἐπ᾽] εὐθεία[ς.

---

p. 34.), ap. Cicer. ad Attic. VI. 2, 3. iubente Osanno (Beiträge zur griech. u. röm. Litt. v. II. c. 6.), quantum ex Gersdorfii Repertorio video (XXI. 6. 529.), *Chaerephonti* debet cedere.

1) Memorabile est nomen Φιλίσων C. I. n. 1566. 2. Οἰνόφιλον Φιλίσωνος Κρῆτα. Facili negotio scripseris ΦΙΛΙΣΤΩΝΟΣ Φιλίστωνος (coll Ἀρίστων); sed quum O. Muellerus titulum illum transcripserit, nihil mutare praestat.

Caput III.

NOMINA PROPRIA EMENDATA VEL

In universum — nomina propr
maxime obnoxia fuerunt.
Walz. epist. crit. ad

A. IN TITVLIS ET VASIS

Duo fere anni sunt, quod Onomatologum (
positurum esse professus sum. Eius libri specin
a viris doctis, qui de eo in diurnis litterariis :
probatum, ut bene sperari posse de opera m
quam benevole pronuntiaverint. Iidem pleriq
quaedam proposuerunt cum fructu in rem mea
lente monuerunt festinandum esse. Id ut facia
id est materiae amplitudo ex Graecis scriptorib
mis, vasis colligendae postulet, tum quominu
rum spatio librum componam muneris quo fun
tiones obstant. Propterea placuit interdum,
selecta capita cum doctis communicare, ut e
rem susceptam non abiecisse et utilitatem ex
si qui vellent explicare, perciperem. Nuperri
fessorem Berolinensem, spem facere lexici no
a se mox edendi, valde laetatus sum ut legi.
ille rem egerit, subsidium ei debebitur stud
Graecae non leve, quod a multis hodie deside
sius [2]) autem non paravit. Cuius quidem

1) Adumbrata potius esse quam perfecta capita, qu
posui, nec id me tum egisse ut viris doctis nova et i
supervacaneum puto tribus verbis monuisse.

2) Cf. Fr. Haasei censuram in Berlin. Jahrbüch. für
m. Iulio n. 11.

rationibus consulere conceditur, maiorem laudem vir, qui assidue in scriptoribus versatur antiquis ad usum scholarum edendis, ipse vix appetet. Ampliora *Dindorfii* fratres moliuntur, qui viri laboriosissimi quum plurimis Stephani Thesaurum Parisinum [1]) locupletent additamentis, diligentissime ingentem etiam nominum propriorum numerum primi in ordinem receperunt. Pariter *Rostius*, vir sollertissimus, in lexico quod condit Graeco gnaviter huic nominum generi operam impendit. Tum praeter *Boeckhium*, egregie de plurimis nominibus in Corpore Inscr. Graec. commentatum, *Osannum*, Sylloges Inscr. Ant. Graec. et Lat. editorem doctissimum, *Welckerum* virum plurimae eruditionis et elegantissimae [2]), *Lobeckius* nominandus est et *Ahrensius*, quorum ille in notis ad Phrynichum, in Aglaophamo et in Paralipomenis Grammat. Graec., hic in volumine de dialectis Gr. primo optime multa constituit. Nec *Lehrsium* sua defraudatum volo laude, quippe qui in libro de Aristarchi studiis homericis rarae doctrinae pleno permulta nomina propria attigerit, aut *Ungerum* eruditum Thebanorum Paradoxorum scriptorem. His tamen subsidiis, quae alii paraverunt, ita mihi video utendum esse, ut nomina pleraque omnia de integro a me colligi, tum mea quae plura fore auguror, cum illorum copiis componi debeant. Nec lexicon tantummodo conscribere et vel notissima nomina exemplis quam plurimis confirmare mihi in animo est, sed doctrinam condere nominum propriorum, cuius fundamenta *Sturzius* olim iecit vir de litteris Graecis meritissimus. Ea in doctrina, dummodo vitam deus et vires concesserit, quae ad nomina propria pertinent deorum hominum animalium terrarum, per classes suas secundum aetates, gentes, dialectos disposita, complectar gravissima quaeque. Sed quum res infiniti fere laboris sit, et plurima etiamnunc restent veterum scripta et monumenta, quae dicuntur, litterata a me per-

---

1) Eum librum poenitet non consuluisse, quum Spec. Onom. Gr. p. 28 de nomine *Βελιστίχη* egi s. *Βιλιστίχη*. Add. Hall. Litteraturzeit. Ergänz. 1840. p. 78.

2) Multa, quae nominum propriorum cognitionem egregie adiuvant, in appendice posuit, Schwenckii libro Etym. myth. Andeut. adiecta, in Opere de trilog. Aeschyl. Prometh., in Sylloge Epigr. Graec., in aliis.

legenda, nolui iam nunc operis instituendi cons]
Nam tenere sane mihi videor, quae in collige
servare debeam; sed campi, in quo versor, t
ut nisi eum prorsus emensus fines libri mei
Interim pergam in eo, quod nunc possum fac
feci: datis scribendi opportunitatibus exemplun
Reinesii Var. Lect. III. 2. et *Wassenberghii* (
priis librariorum culpa vitiatis, Franequerae 1
edam nominum propriorum, hoc simul mihi p
plius excurrendi spatium hic illic mihi conce
nescius, quantis saepe difficultatibus hoc nomi
gotium obstructum sit. Prudenter id plus semel
runt et haud raro ipse expertus sum, cum p
multa posse tentari; at id, quod procul dubio
nuinum, difficillime reperiri. In qua opera c
terdum videbor esse et a vero aberravisse, v
iri ab aequis lectoribus spero eo facilius, quo
ius in reprobandis aliorum commentis et vi
ego studui. Nunc, quemadmodum in delectu
olim observabant, ut primus miles fieret bo
nomine fausti ominis initium faciam.

§. 1. Mira interdum est formae nominis
titio, diversis sive titulorum sive scriptorum loc
quum forma satis videatur defendi, haud rar
vitiata haberi debet atque emendari. Id obse
in nomine, si credis, Graeco *Θεόξοτος* [1]),
plici auctoritate innixum sit, mutare tamen
dicitur hoc nomen in vase, cuius notitiam ex
cogallico [2]): *Description des Antiquités et*
composent le cabinet de feu Monsieur le che
J. de Witte. Paris, imprim. de Firmin Didot
vasis n. 884. p. 281 haec posita est epigraphe:

---

1) Materialiter posui nominativum, exemplum secutu
v. Schaefer. Apollon. Rhod. v. II. p. 669.

2) Suppeditavit *Ricardus Lepsius*, mihi amicus ab
Portae Almae Matris, cui deus faveat, alumni eramus.

ΘΕΟΞΟΤΟΣΜΕΠΟΙΕSΕ Θε 'ξοτός μ' ἐποίησε.
Haec mihi legenti in mentem venit titulus Boeckhianus Corp. Inscr. Gr. n. 172. I. 38:

ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ Νικόστρατος
ΘΕΟΞΟΤΙ . . ΟΥ Θεοξοτι — ου

in quo iam scribendum videbatur esse: Θεοξοτί[δ]ου. Sed postquam diu de nominis significatione frustra quaesivi in eoque acquiescendum tandem putavi, commode recordatus Welckerum de illo Durandi catalogo in Museo Rhenano retulisse, monstratam a viro egregio etsi non perfectam inveni emendationem a. 1839. p. 149 his verbis: „gewiss *ΘΕΟΔΟΤΟΣ*, da auch statt des *Ξ* zu erwarten wäre *ΚΣ*.“

Theodoti nomen multo sane usu frequentatum fuit, nec inauditum est Θεοδοτίδης, v. Cratin. fr. fab. incert. XXXIII. a. in Meinek. Com. Gr. v. I. p. 187. At *Δ* genuinum in vase et in marmore pro *Ξ* habitum esse ab iis qui transcripserunt, id vero aegre crediderim. Sed restituo addita una littera:

ΘΕΟΣΔΟΤΟΣ et *ΘΕΟΣΔΟΤΙ*[*Δ*]*ΟΥ*,
Θεόςδοτος, Θεοςδοτίδου

quae nomina ut Θεόδοτος Θεοδοτίδης, respondent his: *Deodatus* s. *Adeodatus, Dieudonné, Nathanael* (v. Pott. Etymol. Forsch. II. 391.).

Ut vero fidenter ita corrigam, Platonis facit locus in Apologia p. 33 s. fin. Steph. v. II. p. 124 Bekk. Νικόστρατος ὁ Θεοςδοτίδου ἀδελφὸς Θεοδότου — et ὁ μὲν Θεόδοτος τετελεύτηκεν. Plurimi ibi codices habent quod nunc est editum, sed simul hae enotatae sunt a Bekkero discrepantiae v. IX. p. 133. ϑεοςτίδου, Ζωτίδου, quae lectio olim erat vulgata etiam a Fr. A. Wolfio, et quod maxime e re est: ϑεοζοτίδου et ϑεοζωτίδου. In cognominem Lysias orationem habuit a Polluce commemoratam VIII. 46 (κατὰ Θεοςδοτίδου), et idem nomen apud Demosthenem exstat in Midiana p. 533. 12 Reisk. χορηγὸς τραγῳδῶν οἶμαι Θεοςδοτίδης, pro quo codex praestantissimus Σ eodem modo corruptus ϑεοζοτίδης praebet. Nec dubito quin Θεοςδότου [1]) quoque et Θεός-

---

1) „Θεόδοτος. Aliunde haud notus, quod sciam.“ Engelhardt. p. 205.

δοτος apud Platonem restitui debeant, quod altero loco ex uno certe codice allatum video, vix id a librario profectum. Forma Θεόςδοτος propria est Ionicae dialecto (v. Tzetz. ad Lycophr. Alex. v. 47. οἱ — Ἴωνες οὕτω μετὰ τοῦ σ λέγουσι θεόςδωρος, θεόςδοτος), in quo θεος ex Pottii sententia Etymol. Forsch. I. pag. XXXVIII — IX idem est quod θεοῖς, quum contra Buttmannus Gramm. Graec. II. 351 sigma euphoniae causa interpositum esse statuerit. Apud Atticos formam pleniorem resedisse Platonis et Lysiae et Demosthenis probat auctoritas, unde hominem Κικυννέα, qui est C. I. l. l., eo nomine appellari certe potuisse apparet. Sed unum est, quod accurate demonstrare nequeam. Nam qui factum sit, ut et in vase et in lapide male Ξ pro ΣΔ vel SΔ legeretur, explicandum iis relinquo, quibus monumenta illa oculis usurpare licet. Et vasculum quidem *Prosper Dupré* emit nescio quis 670 francorum pretio (Supplément de la Descript. d. Antiquit. du cabin. de feu Mons. le Cheval. E. Durand p. 11.); marmor num hodie Athenis exstet nescio. Tam autem pulchra sunt nomina Θεόδοτος, Θεόςδοτος, Θεοςδοτίδης, ut non aegre laturos esse lectores confidam, si nonnulla quae ad id genus spectant a lexicographis omissa hic subiunxero. Θεόδοτοι primum plurimi olim fuerunt, cf. C. I. Gr. n. 108, 3, 27, 42. n. 169. I. 6. n. 171. I. 15. n. 172. IV. 32. n. 191. I. 13. n. 199. I. 15. n. 203. 11. n. 214. 10. n. 284. III. c. 55. n. 397. 4. n. 424. 1. n. 578. b. 2. n. 828. 1. n. 1575. 14. n. 1585. 12. n. 1720. 3. n. 1732. a. 45. n. 2131. 9. n. 2144. 1. n. 2214. 28 n. 2384. 1. n. 2672. 1. n. 2886. 9. n. 2943. 7. Boeckh. tit. nav. p. 239. Polyb. V. 40, 1 sqq. XXXII. 2, 1. XXVII. 14. XVII. 10, 10. Plutarch. Pomp. 77. Liv. XXIV. 5. Vellei. Pat. II. 53. Iustin. XLI. 4. al. Θεοδότης praeter locos indicatos in Steph. Th. IV. 1. p. 292 apud Plutarchum est Dion. 45. 47. Nec Θεοδώτας C. I. n. 2355. 4. cui ap. Steph. l. l. *sic* est appositum, nomine utitur pravo. Talia sunt Χαριδώτης, Lobeck. Paral. Gr. Gr. p. 48. 429. Ἐπιδώτης, v. Schubart. et Walz. ad Pausan. VIII. 9, 1. vol. III. p. 41. b. Καρποδώτης C. I. n. 606. c. 2. ΚΑΡΠΟΔΩΤ.., ubi Boeckhius p. 497. a. „fortasse, inquit, Καρποδώρου scripseris" [1]).

---

1) Equidem mutandi causam non video, si litterae Τ fides in lapide, de

Tum peculiarem Atticorum formam esse $\overline{\vartheta ov}$ [1]) ab initio nominum pro $\overline{\vartheta \varepsilon o}$ satis constat, v. Schaef. Greg. Corinth. p. 179. 358. 882. Porson. ad Eurip. Orest. v. 393. Boeckh. tit. nav. p. 340. p. 239. Sed eos $\overline{\vartheta \varepsilon v}$ quoque dixisse nomen *Θευδότῃ* probat in Rossii titulo sepulcrali (Intell. z. allgem. Litt. 1837. p. 708.) etsi satis recenti.

Postremo Pausaniae locum silentio nolo praeterire VI. 16, 5. *Φιλωνίδης Ζώτου γένος μὲν ἐκ Χεῤῥονήσου τῆς Κρητῶν, Ἀλεξάνδρου δὲ ἡμεροδρόμος τοῦ Φιλίππου.* Ibi in codice Vindobonensi primo pro *Ζώτου* exstat *τούτου*, et qui est suspicacior coniecerit fortasse, fuisse *Θεοδότου* s. *Θεοςδότου*, quemadmodum apud Platonem supra *Ζωτίδου* vidimus pro *Θεοςδοτίδου* scriptum. Facilior etiam correctio videtur *Σώτου* (C. I. n. 203. 5. n. 204. 4. n. 244. 14. n. 275. II. 55. n. 276. III. 17. 18.); nec absurda est opinio, nomen *Ζώτης* esse pro *Σώτης*, ut est *Ζαῦλος* pro *Σαῦλος* C. I. n. 2566. 1. v. II. p. 422. b., *Σώπυρος* pro *Ζώπυρος* C. I. n. 199. II. 28. n. 1095. 2. *Σωπυρίων* pro *Ζωπυρίων* n. 1211. I. 11. Sed nihil equidem muto, finem faciens in afferendis nominibus *Ζωτικὸς Ζωτικοῦ* n. 352. II. b. 6. et *Ζώτιχος*, quod Boeckhius optime tutatus est v. C. I. II. p. 658. a.

§. 2. Elementum *E*, quod in titulis vetustioribus simul pro *H* esse nemo nescit, fraudi interdum fuit interpretibus, ut restituerent in transcribendis nominibus $\bar{\eta}$, ubi $\bar{\varepsilon}$ relictum esse debebat. Cuius erroris aliquot exempla afferam. In fragmento rationis de aedificatione nescio qua redditae, quod Rossius edidit in Kunstbl. 1836. n. 39, inde a v. 27 haec sunt scripta *στοιχηδόν*:

ΠΑΡΑΤΑΜΙΟΝΤΕΣ
ΘΕ]ΟΑΡΕΣΑΙΧΜΟΗΑΑΡΥΙΕΘΕΝ[Κ
ΑΙ]ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΟΝ

---

quo egit nuper O. Mueller. Götting. Gelehrte Anzeig. 1837. p. 1872, certa est. In Stephani tamen Thesaurum Parisinum *Καρποδώτης* non est receptum. Ibidem quod *Καρπόδωρος* IV. 4. 979 ex una inscriptione Boeckhii attulerunt n. 622. 1., addo ne rarius nomen fuisse opineris tit. n. 194. I. 18. n. 196. b. I. 20. n. 272. II. 18. 19. n. 303. 2. n. 812. 2.

1) Scire velim, unde ductum sit nomen *Θεύδιππος*, pro quo *Θεόδιππος* habetur C. I. n. 2338. 110.

παρα ταμιῶν τῆς
θεοῦ Ἀρησαίχμου Ἁγρυλῆθεν [1]) κ-
αὶ συναρχόντων.

Ibi quaestorem Ἀρέσαιχμον [2]) potius nominatum fuisse censeo. Id nomen repetitum est a futuro verbi ἀρέσκω, et eiusdem commatis sunt Ἀρεσίας, Xenoph. Hellen. II. 3, 2. Meinek. Fragm. Com. Antiq. III. p. 245, et Ἀρέσιππος in Boeckhii tit. nav. XIV. d. 41. XVI. a. 105. Ἀρεσίας Ἀ—ου Κεφαλῆθεν.

Eadem puto medicina facienda est militis Attici nomini, quod Ἀκησίας fuit ex Boeckhii interpretatione et Franzii [3]) El. Ep. Gr. p. 114. quum sit in lapide C. I. n. 165. II. 43. AKEϟIAϟ. Ille Ἀκεσίας, nisi fallor, dictus fuit a verbo ἀκέομαι. Confer de nomine praeter *Fixium* in Stephan. Thes. Paris. I. 4. 1186. Pausaniam VI. 26, 6. ubi Ἀπόλλων est Ἀκεσίας et Meinekeum Fr. Com. Ant. I. p. 175. Stephani autem copiis adde Ἀκεσαῖος Phot. lex. τὴν Ἀκεσαίου σελήνην: ἡ παροιμία· λέγεται δὲ ἐπὶ διαμενόντων καὶ βραδυνόντων. ἦν δὲ Νείλεω κυβερνήτης ὁ Ἀκεσαῖος. Ἀκέσανδρος C. I. n. 96. 7. Ἀκεσᾶς epigr. adesp. CCVI. Lobeck. de nominibus I. declin. in ᾶς purum exeuntibus dissertat. prim., 1841, p. 15. Ἀκεσίλαος [4]) ὁ ἰατρός Alciphr. epist. III. 7, Suid. Ἀ. ὄνομα κύριον. Victor Olymp. 148. 1. Megalopol. Euseb. p. 157 Mai. Ἀκεσίμβροτος Polyb. XVII. 1, 4. 2, 3. C. I. n. 2338. 63. Ἄκεσιν C. I. n. 511. III. 18. p. 915. a. p. 479. a. b. Ἀκευσώ n. 2481. 2. ubi v. Boeckh. v. II. p. 381.; referendum id videtur ad formam ἀκεύομαι. Sed quoniam duo emen-

---

1) Spiritus asper (*H*) in hoc titulo omnibus fere praepositus est vocabulis, quae a vocali incipiunt. Cf. Franz. El. Ep. p. 111. Annoto etiam quod v. 15 legitur Σωκλῆς Ἀλωπεκῆσι οἰκῶν τὸν τὸν χαλινὸν ἔχοντα. Alterum exemplum articuli bis deinceps sic positi mihi non est in promtu.

2) Cf. Μενέσαιχμος Vit. X Or. p. 63 Westerm. et Μέναιχμος; Ἵππαιχμος Gerhard. rapporto intorno i vasi Volcenti p. 180. n. 716. Vide tamen Welckerum Mus. Rh. 1832. p. 322.

3) Is tamen in indice p. 384 recte Ἀκεσίας scripsit.

4) Apud Pausaniam V. 14. 5. τὸν — τοῦ Ἴδα βωμὸν Ἀκεσίδα ὑπὸ ἑτέρων οἶδα καλουμενον cave Ἀκεσίλα coniicias. Nam in Ἀκεσίδας habetur simplex nomen Ἴδας.

dasse mihi videor nomina a futuris [1]) quae sunt in $\overline{\varepsilon\sigma\omega}$ vel $\overline{\varepsilon\sigma o\mu\alpha\iota}$ descendentia, age tertium eius generis exemplum reducamus. In titulo C. I. n. 609.

ΟΜΑΡΧΟΣ	Ὀν]όμαρχος
ΛΕΣΙΟΥ	. . λεσίου
ΑΡΝΕ.Υ	Ἀχ]αρνεύ[ς

a Boeckhio p. 497. b coniectum est *Τελέσ[τ]ου*, quo de nomine v. n. 115. I. 27. n. 138. 24, 33, 42. n. 1120. 3. n. 1144. n. 166. 5 p. 42. a. Athen. I. p. 22. A. Sed malo: *Τε]λεσίου*, cui cognominis est *Τελ[εσί]ας Προβαλίσιος* in Boeckh. inscr. nav. XVI. c. 49 et statuarius Atheniensis ex Clement. Alex. protrept. p. 18. D Sylb. a Silligio allatus Cat. Artif. p. 437. Contra recte habent formae *Αἰνησίας* Xenoph. Hellen. II. 3, 9. C. I. n. 1705. 4. n. 2338. 96. 97. *Αἰνησίδαμος* ap. Pindarum et alios, *Αἰνησίππα* C. I. n. 2448. III. 35, nam eae non ad futurum *αἰνέσω* sed ad *αἰνήσω* (Bachmann. ad Lycophr. Alex. v. 596) referri debent. Quamquam *Αἰνεσίδημος* quoque in usu fuit, v. Diogen. Laert. IX. 116. *Αἰ. Κνώσιος* ubi nulla est librorum varietas, et V. L. Herodot. VII. 154 Rursus nomen *Κινέσων* apud Plutarchum de Pythiae orac. XXV: „*Ὀνομάκριτοι δ' ἐκεῖνοι καὶ Προδόται καὶ Κινέσωνες, ὅσην αἰτίαν ἠνέγκαντο τῶν χρησμῶν, ὡς τραγῳδίαν αὐτοῖς καὶ ὄγκον οὐδὲν δεομένοις προσθέντες, ἐῶ λέγειν*" vix recto talo stat. Nec in Stephani Thesaurum Paris. receptum nuper est. Compares tamen *κίνεσις* pro *κίνησις*, Maittair. dial. p. 165. D. p. 226 Sturz.

Redeo ad *E* iniuria pro $\overline{\eta}$ habitum. In titulo, quem iam supra attigi, Boeckhiano n. 165. I. 64 occisus recensetur Atheniensis:

ΤΕΛΕΝΙΚΟΣ
ΜΑΝΤΙΣ

Editor, quem secutus est Franzius El. Ep. Gr. p. 114, scripsit *Τηλένικος, μάντις*. Fuerunt sane nomina quae a *Τηλε-* sive *Ταλε-* incipiebant haud pauca, qualia sunt: *Τηλεκλῆς* (Vater.

---

1) Vid. Etymol. Magn. *ἀσπάσιος* p. 156. 9 Quod ibi affertur *Αἰνήσιος* (153. 41.) compone cum nominibus *Φιλήσιος, Τιμήσιος, Ἡγήσιος* al. — Crusii causa affero *Νικησίας* an *Νικήσιος* ex titulo Attico in Annali dell' Instit. 1829. p. 159. v. 38 *Νικόδωρος Νικησίου Λεωντίδος φυλῆς*.

Rer. Andocid. partic. I. p. 6. n. 7. Aristot. P
XXXII. 7, 14. XXXIII. 1, 3. al.) s. Τ[αλεκ]λ
s. Τηλοκλῆς ap. Boeckh. tit. naval. X. f. 8.
lectionis Etruscae n. 99 TEVOKVES [2]), Τηλέ
Amorg. ap. Athen. XIV. p. 658. C p. 206
Τηλεφῶν Menand. de encom. IX. 325 Rhet.
Τηλέμναστος Κρής Polyb. XXIX. 3, 8. cf.
His Τηλένικον quoque aliquis accenseat. T
inclino, ut, quum in titulo illo *E* pro *H*
Τελένικον appellatum fuisse credam. Etenin
rum Τηλένικον non novi — quod argumentum
a multis veteribus commemoratur Τελένικο
lyricus ob inanem cantilenarum strepitum a
Meinek. Fragm. Com. Ant. I. 139.), nec in i
inauditum fuisse Andocidis probat locus de m

---

1) Description d'une collection de vases peintes e
venant des fouilles de l' Etrurie par I. de Witte. Paris

2) Welcker. Mus. Rhen. 1832. p. 332 minus rec
Conferatur Τηλόκριτος Polyb. XXVIII. 10, 7. — Pro
quod in Parisina editione Plutarchi Script. Moral. I.
p. 232. B. vitiose nuper repetitum est, scribe Τήλεκλος.
librarii operae non obtemperaverunt.

3) Alia Crusius congessit in lexico. Formas ra
adnoto has: C. I. n. 171. II. 7 Τηλικράτης, ubi in
Τηλυκράτης Pausan. X. 9, 6. ut post Clavierium e
et Walzius ediderunt ex Parisino codice *c*, Angelico, Lu
της est in cod. Vindobon. I et Mosquensi, Τηληκράτη
supra scripto η medio. De adverbio τῆλυ Apolloni
p. 329. B. v. Passow. lex. τηλύγετος. Τηλιδωρί
Boeot., e lapide allatum est ΤΗΛΙΔΩΡΩΝ. Nomen Abre
suspectum videtur esse. Denique apud Plinium Histor
„*Telephanes* Sicyonius" (Sillig. Cat. Artif. p. 438) co
Ludovico Jano p. 413: *teliphanes* suppeditat, quod ob libri
recipiendum videtur. In cognomini artifice XXXIV. 8,
vulgarem (*telephanen*) habet. Ταλειδας autem sive Τ
adiecto verbo ἐποίησεν in vasis aliquot legitur (Millin. M
p. 25. pl. IV. p. 33. Gerhard. Rapporto intorno i vasi
nescio, an huc non pertineat. Cf. Welcker. ad Schwenc
p. 265.

νικος ultimus est eorum, quos Τεῦκρος ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς ἐμήνυσεν. Adde inscriptionem Thebanam C. I. n. 1576. 4, ubi ilarcha habetur Ἀγάθων Τελενίκω. Ceterum Τελένικος nomen significationem habet eandem quam Τελεσίνικος (v. Polyaen. V. 32) et, si ἀναστρέφεις (Schaefer. Apoll. Rhod. v. II. p. 666. b), Νικοτέλης. Id quoniam Crusius ex uno Aeliano protulit, conferas velim C. I. n. 172. II. 22. n. 1260. 28. n. 1296. 5. n. 1752. 5. Atque eorum etiam nominum numerus, qui a Τελε initium capiunt, maior olim fuit, quam ex Crusii libro coniicias. Ibi relata sunt Τελέας, Τελέδαμος, Τελέοντες, Τελέσαρχος, Τελεσθώ, Τελεσιάδας, Τελεσικράτης, Τελέσιλλα, Τελέστας, quibus novem nominibus postquam totidem adiecero ex meis schedis, de scripturis Τελέδαμος, Τελέδημος al. brevi exponam. Accedant igitur Crusianis: 1) Τελέϊππος C. I. n. 1120. 3. 4. II. 8. 2) Τελεσαρχίδης, v. Photius lex. p. 15 Lips. Ἑρμῆς τετρακέφαλος: ἐν Κεραμεικῷ Τ-ου ἔργον. Eadem retulit Eustathius ad Iliad. ω. 333 p. 1353. 8 Rom., quem tamquam unum auctorem Silligius laudavit Cat. Artif. p. 437. Addidit tamen is: ᾧ ἐπεγέγραπτο

Ἑρμῆ τετρακάρηνε, καλὸν Τελεσαρχίδου ἔργον,
Πάνθ' ὁράας —

C. I. n. 2953. 6. 7. 15 Ἀντίγονος Τελεσαρχίδου Ephes. 3) Τελεσήγορος C. I. n. 169. III. 46. 4) Τελεσίδης apud Plutarchum Dion. 42. 5) Τελεσικλῆς C. I. n. 162. 7. n. 2338. 48. 6) Τελέσιππος Hippocratis filius a comicis vehementer exagitatus, v. Meinek. ad Eupolid. Δήμ. fr. XXXVIII v. II. p. 477. Isocratis f. Plutarch. X. Orat. Isocr. ab init. C. I. n. 2268. 2. Τελεσίππα Plutarch. Alexand. 41. cll. Wyttenbach. ad Moral. p. 180. F. Phalar. epist. 87. Suid. v. Σαπφώ. C. I. n. 2448. III. 37. 7) Τελέστρατος C. I. n. 2367. 2. 8) Τελεσφόρος C. I. n. 189. 40. n. 273. 11. n. 285. I. 10. n. 287. I. 11. n. 353. II. b. 2. n. 1242. 1. 9) Τελέσων Leonid. Tar. XXXIV. 1. Brunck. Anal. I. 229. Diod. Zon. IV. 2. Br. II. 80. Lobeck. Paral. Gr. Gr. p. 348 not. [1]) C. I. n. 1846. 8 Ἀγέμων Τελέσωνος Corcyr. Τέλων est n. 1795. b. 2.

---

1) Cf. Ross Kunstblatt 1835. n. 20: „Die Figuren gehören, nach den Inschriften ihrer Piedestale, fast sämmtlich den Mitgliedern einer und derselben

Denique, ut *Palmerii* reprobem emendationem, paucis de nomine *Τελέδημος* disseram. Id nomen satis certum est codicum auctoritate apud Demosthenem pro Corona p. 273. b, qui testem citat *Τ-ον Κλέωνος*; varia lectio habetur haec: *Κελέδημος*, *Μελέδημος*, *Τηλέδημος*, *ηλέδημος*, v. Schaefer. Apparat. v. II. p. 204. Tum idem orator l. l. p. 324. 10 tanquam proditores notat Argivorum *Μύρτιν*, *Τελέδαμον*, *Μνασέαν*. In qua forma consentiunt Harpocration v. *Μύρτις* et Photius lexico v. *Μύρτης*, praeter quod is aut, quod credibilius est, librarius errore vulgari *Τελέδαμνος* dedit, et Polybius XVII. 14, 3. Quae quum ita sint, non perspicio cur Palmerius Exercit. p. 626 — 7, cuius verba Schaeferus repetiit Appar. II. p. 369, maluerit *Τηλέδαμος*. Accedit inscriptionis fides apud Boeckhium n. 1689. 4. *ΤΕΛΕΛΑΜΟΥ* i. e. *Τέλε[δ]άμου*; est autem *Τελέδημος* s. *Τελέδαμος* idem qui *Δημοτέλης* (v. Lud. Dindorf. in Stephan. Thes. II. 4. 1088. C. I. n. 243. II. 22.) s. *Δαμοτέλης* (Dind. l. l. 892. C. I. n. 403. 5. n. 1756. 7. n. 1569. a. I. 9. II. 22.).

§. 3. Nomina propria, quae a verbo *σώζειν* ducta sunt, eximie olim Graecis videntur placuisse. Permulta Crusius recensuit, etiam plura omisit; nonnulla adhuc explicatione egent aut emendatione. Equidem ab emendando, si possum, progrediar. In titulo C. I. n. 171. II. 13 (Olymp. 89. 1. p. 304. b.) inter milites Cecropidis occisos est *ΣΟΙΝΑΥΤΙ* .., quod nomen in fine mutilatum Boeckhius nec ab initio quidem sanum esse censens dedit ...*ναυτ*... Sed integrum est caput nec incerta clausulae videtur restitutio. Nam scribendum:

---

durch Reichthum oder ererbten Einfluss auf *Anaphe* in der Zeit seiner höchsten Blüthe vorherrschenden Familie an, in deren Namen der Stamm *ΤΕΛΕΩ* die Hauptwurzel bildet (*Telesikrates*, *Teleson*, *Telesigenes*, *Krinoteles*, *Epiteleia*, *Nikoteles* u. s. w.)" —. Add. ei. Reisen auf den griech. Inseln I. p. 79. Sed eiusdem dissertationem „Ueber Anaphe und anaphäische Inschriften; nebst einem Anhange: Inschriften von Pholegandros" in Comment. Acad. Bavar. Monac. 1838 p. 401 sqq. conferre mihi nondum contigit. Interim pono C. I. n. 2480. 1. *Ἀρχώνδαν Τελεσιγένους* et n. 2481. 1 *Σιμίας Τελεσικράτευς*. — C. I. n. 2953. 8. 21 *Τελεσώνου* Ephes. Adde Welcker. die aeschyl. Trilogie Prometheus p. 612 not. 20.

Σωναύτ[ης

quod idem nomen luculenter legitur in titulo Attico, propter litteraturam fere intra Olympiades 80—86 ponendo, quem Rossius Athenis in arce haud procul ab Erechtheo repertum publicavit in Kunstblatt a. 1840. n. 17. p. 67.

	ΕΠΙΤΕLΕϟ		*Επιτέλης,*
	ΟΙΝΟΧΑΡΕϟ		*Οἰνοχάρης*
	ϟΟΙΝΑΥΤΟ		*Σωναύτου*
	ΠΕΡΛΑϟΕΘΕΝ		*Περγασῆθεν*
5	*ΠΟϟΕΙΔΟΝΙ*	5	*Ποσειδῶνι*
	ΕΡΕΧΘΕΙ		*Ἐρεχθεῖ*
	ΑΝΕΘΕΤΕΝ		*ἀνεθέτην* [1])

---

1) *Epitelis* nomen Crusius non habet; tu v. C. I. n. 165. III. 25. n. 1512. 4. n. 1570. b. 28. quos locos ut nunc ipsum video L. Dindorfius iam attulit Steph. Th. IV. 6. 1834. Versus 2. elementum tertium alibi quoque conspicitur, v. C. I. n. 825. 3. *Καὶ* autem copula omissa est more antiquo, cf. C. I. n. 25. 3 (Franz. El. Ep. Gr. n. 30.) *Ὑπατόδωρος, Ἀριστογείτων ἐποησάταν Θηβαίω* ubi v. Boeckh. p. 42. b., n. 523. 6 *Δήμητρι, Κόρῃ δέλφακα* p. 482. b., n. 1196. *Ἀριστοφάνης, Εὐμάριχος Αἰσχιόνα τᾷ Δάματρι Ἑρμιονεῖς.*, n. 1580 *Ἀλεύας Νίκωνος, Καφισόδωρος Ἀγλαοφαΐδαο — Διωνύσῳ ἀνεθέταν. Οἰνοχάρης* alter mihi non est notus. V. 5 ad *Ποσειδῶνα Ἐρεχθέα* cfer Plutarchi locum X Orator. Lycurg. p. 65 Westerm. p. 843. B *Μήδειος, ὃς τὴν ἱερωσύνην Π-ος Ἐ-έως εἶχε* et ibid. C. *Θεμιστοκλῆς — διετάξατο τὴν ἱερ. τοῦ Π. Ἐ.*, C. F. Hermann. Lehrb. d. griechischen Staatsalterth. §. 92. n. 7. et librum Francogall. Description des Vases peints et des Bronzes antiques qui composent la collection de M. de M(agnancourt) par J. de Witte, Paris, Firm. Didot frèr. 1839. p. 36: „Ces accouplemens de noms ne sont pas si contraires aux idées des anciens qu'on n'en trouve pas des traces, même fréquentes, dans les textes. Je me contenterai pour cette fois de citer non une *Junon-Pasiphaé*, mais une *Aphrodite-Pasiphaé*, adorée dans la Laconie (Lydus de Mensibus IV. p. 79 Bonn.), la même probablement que Pausanias (III. 26, 1.) nomme *Paphia* (cf. Plutarch. Agid. 9. [v. Schoemann. p. 125]); un *Zeus-Agamemnon* honoré à Sparte (Clem. Alex. Protrept. p. 32 Potter.); une *Athéné-Aglauros* dont le culte existait à Athènes (Harpocrat. v. *Ἄγλαυρος*); un *Posidon-Erechtheus* à Athènes également (Hesych. v. *Ἐρεχθεύς* [*Ἐ. Ποσειδῶν ἐν Ἀθήναις*]), ou un *Zeus-Erechtheus* (Tzetz. ad Lycophr. Cassandr. 158); une *Aphrodite-Ctesylla* Nicand. ap. Antonin. Lib. I, [1.]); un *Jupiter* ou un *Apollon-Aristaeus* (Athenagor. Legat. pro Christ. XIV.).“ —

Tertium eiusdem nominis exemplum repe
Boeckhiana inscriptione n. 172. II. 43, quo lc

ΕΡΩΙΝΑΥΤΗΣ

ad Chandleri fidem editum legitur: *Ἐρωϊναύ*
omnia, quae erant in lapide, recte transcri
nisi lapicida peccavit, elementa de suo in ap
quum alia probant nomina a Boeckhio correcta
ΣΩΝ pro *ΚΤΗΣΩΝ*, tum id quod supra tentavi
Ea de causa *ΣΩΙΝΑΥΤΗΣ* *Σ ω ν α ύ τ η ς* genui
λέως nomen esse suspicor.

Atticis autem hominibus, rei maritima
eaque multas appellationes repetentibus, qua
servator nautarum conveniat, nemo non vide
de quo haec Apollonius Rhod. II. 746:

> *τὸν μὲν ἐν ὀψιγόνοισι Σ ο ω ν α ύ τ η ν ὀ*
> *Νισαῖοι Μεγαρῆες, ὅτε νάσσεσθαι ἔμελ*
> *γῆν Μαριανδυνῶν· δὴ γάρ σφέας ἐξεσ*
> *αὐτῇσιν νήεσσι, κακῇ χρίμψαντας ἀέλλ*

Ibi scholiastae annotant: *Οἱ (εἰς) τὴν Ἡράκ*
Μεγαρεῖς [1]*), ὅτε εἰς τὴν ἀποικίαν ἔπλεον, χε*
Ἀχέροντα ποταμὸν κατέφυγον· ὅθεν καὶ διασωθέ
ναύτην ἐκάλεσαν αὐτόν. Et: *Σοωναύτης ποταμὸς πε*
ὠνομασμένος ἐπειδὴ πάντας τοὺς ναυτιλλομένους
ἔχων καὶ ἠρεμαίους λιμένας. [2]).

V. 7. cum duali *ἀνεθέτην* cf. *ἐποησάταν* n. 25 et n. 158
b. p. 726. b. Ahrens. dial. ling. Gr. v. 1. p. 202—3.

1) Vid. C. F. Hermann. Lehrb. d. griech. Staat
Fischer. griech. u. röm. Zeittaf. p. 136. Olymp. 55. 1. an

2) Passovius in lexico: „*Σοωναύτης* Retter der
Hafens, auch *σωοναύτης* geschrieben, welches das rich
Ita cur statuerit nescio. Fluvii autem illius nomini non
ν α ῦ τ α ι τὸ ἐπίνειον τὸ Πελληνέων Pausan. II. 12, 2.
eadem hominum fuerunt nomina atque fluviorum: *Ἀ λ φ ε*
Lehrs. de Aristarch. stud. homer. 288. *Ε ὐ φ ρ ά τ η ς* Ph
Bekker. *Caicus* Virgil. Aeneid. I. 183. *Κ ρ ᾶ θ ι ς* Aeli
42. *Πρωταγόρας Μ α ι ά ν δ ρ ο υ Ἀβδηρίτης* Diogen. I
Huebneri edit., vulgo *Μ α ι α ν δ ρ ί ο υ*. Id quod fortasse

Superest, ut scripturam explicemus nominis *Σῳναύτης*. Eius iota inde originem duxit, quod verbum *σώζειν* a multis antiquitus *σῴζειν* scribebatur. Vestigia et in codicibus manu exaratis et in marmoribus hic illic observantur. Vide Boeckhii titul. trierarch. n. IV. h. 5 ubi *Σῳζομένη* navis est et *Σῴζουσα Ἀντιδώρου ἔργον* n. XVII. a. 20. C. I. n. 231. I. 3. *Ἀντιφάνης Ἀνασῳζομέναις* cum annot. p. 354. b. n. 229. 9 *αὗται μόναι σῴζονται* p. 352. b. n. 175. 5 *οὗτος ἀνὴρ ὃς ἔσῳσεν Ἀθηναίων τρεῖς φυλάς* p. 907. b. N. 2448. I. 7 *ὑγιαινούσᾳ καὶ σῳζομένᾳ*, quae inscriptio tertii est vel secundi ante Christum saeculi v. II. p. 369. b. Ibid. „*ζῷον* (v. 12.), editor scripsit, et *σῴζω* quae offert titulus antiqua et proba sunt.“ Denique in tabula Heracleensi I. p. 163 *κατεσῴσαμες* exstat, ubi cf. Maittaireus et Mazocchius; idem est p. 171. Ex codicibus manuscriptis haec annotata collegi exempla, quae pauca sane sunt, sed videntur ad iota non satis attendisse ii qui libros contulerunt. Apud Plutarchum Cleomen. X. 5. 8 codex optimus A. Sangermanensis saeculi decimi exhibet *ὅπως — σωίζωσι τὴν πόλιν*. Eandem scripturam

---

Huebnerus auctorem secutus est unum Ambrosium interpretem Latinum; at conferri velim C. I. n. 2905. A. 8 *κατὰ τὰ ἐν ταῖς συγγραφομέναις Μαιανδρίου ἱστορίαις κατακεχωρισμένα*, qui historiarum scriptor Westermannum, virum plurimae lectionis, in locupletando Vossii opere latuit; tum n. 2943. 7 *Ἡλιοδώρου τοῦ Μαιανδρίου τοῦ Θεοδότου* Nysae. Item *Μαιάνδριος ὁ Μαιανδρίου* constanter appellatur ab Herodoto III. 142 sqq. is, qui *τῆς Σάμου - εἶχε τὸ κράτος, ἐπιτροπαίην παρὰ Πολυκράτεος λαβὼν τὴν ἀρχήν*. *Maeandrius* Trallianus ap. Ciceron. pro Flacco XXII. Contra *Μαίανδρος* est in Plutarchi codicibus Moral. p. 224. A. — Maeandrio accedat *Σκαμάνδριος Μιτυληναῖος* victor stadio Diodor. Sicul. XI. 48. „*Σκάμανδρος* Dionysio et Eusebio (p. 150. ed. Mai.) ad Olymp. 76. 1.“ L. Dindorf. *Σκάμανδρος Ἀλεξανδρεύς* victor Ol. 186. 1. Eus. p. 160. — *Στρύμων* Diogen. Laert. I. 9, 106. *Τιβ. Κλ. Σπερχειός* C. I. n. 2933. 16. *Ὕπανις* Olbiopolita n. 2077. 8. *Hypanis* Troianus ap. Virgil. Aeneid. II. 349. 428. *Ὕπανος* n. 2096. b. 1. v. II. p. 113. a. *Φήσινος* Boeckh. C. I. v. II. p. 210. b ad n. 2242. *Νῖλοι* complures sunt in Schowii charta papyr. col. XII. p. 30. XIII. 34 al., de Nilo asceta v. Acta Philol. Monac. III. 61 — 118. — *Ποτάμων* C. I. n. 2182. 1. v. II. p. 193. b. n. 3029. 7. n. 3142. II. 9. Huc referenda esse etiam *Ποτάμιλλα* videtur *Λευκίου ἐξ Ἀζηνιέων* C. I. n. 569. a. 4, nec de nomine *Ἄμιλλα* cogitandum (C. I. n. 3270. 1. Boeckh. tit. trier. p. 84.). — Cf. Specim. Onomat. Gr. p. 87. Unger. Theb. Paradox. I. p. 133 — 4.

in Photii lexico v. ὀργεῶνες Aeschyli ex Mysis fragmentum (n. 135. G. Dindorf.)

ποταμοῦ Καΐκου χαῖρε πρῶτος ὀργεών
εὐχαῖς δὲ σωίζοις δεσπότας παιωνία

Confer praeterea Photium v. ὀρθοῖ: σωίζει e p. 554 Bernh. Ἐσώθην ἀπὸ τοῦ σώω σώσω, ἐσώθην. τὸ δὲ σέσωσμαι ἀπὸ τοῦ σώζω· τὸ δ ῑ καὶ πᾶσα κλίσις ἔχουσα τὸ ζ οἷον σῴζ καὶ τὰ ὅμοια. Ad ea iam Gaisfordius Etym adhibuit p. 741. 30 Σῴζω] τὸ σώζω χωρὶς τοῦ ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἕω τὸ κάθημαι γίνεται ἕζω, τὸ ὑγιαίνω γίνεται σώζω πλεονασμῷ τοῦ ζ. ἀλ ἔχει τὸ ῑ· τὸ δὲ σώζω ὅτε μὲν γίνεται ἀπὸ το λέπος λεπίζω, καὶ κατὰ συναίρεσιν σῴζω, ἔχει το τοῦ σάος σαόζω καὶ κράσει σώζω, οὐκ ἔχει προ Δεῖ δὲ γινώσκειν ὅτι ἡνίκα ἀπὸ τῆς σᾱ συλλαβῆ μένου τοῦ ζ, ἔχει προσγεγραμμένον τὸ ῑ, σῴζω, ἡνίκα δὲ μὴ οὕτως ἔχῃ, οὐ προσγράφεται οἷον σ ad Suid. laudavit etiam Valckenarium epist. LXVIII, cuius quidem observatione mox ego dam nomina illustranda. Antea tamen Suida Πυρσεύει — οἷά τις πυρσὸς καὶ φρυκτωρία ἄνωθε σῶζον τοῖς εἰς λιμένα καὶ ὅρμον ἐπειγομένοις, scriptum est σῶιζον, et quos Schaeferus indi Stephani Londinensi: Barkerum ad Etym. M (σώιος), Append. ad Bastii Epist. crit. p. 31. nich. p. 616 (σωίζω). Eos, excepto Lobecki non potui. Valckenarius autem ad Roeverum „Eiusdem (qualis ἀγχίξαι, ἀμβροτίξαι) sunt cla χρώζω, σώζω, olim scripta πλῴζω, χρῴζω, σῴζ fuerant ex vetustis formis πλοΐζω, χροΐζω, σοΐζ bus πλόος, χρόος, σόος. Verbum illud σοΐζω, oblitteratum, ore Laconico pronuntiabatur σοΐδ Laconicum et Hesychianum ἀπεσοΐξεν. ἀπέσωσε. pluribus ille de verbo agit ἀφηρυΐξαι sive poti Boeckh. C. I. v. II. p. 377. b. ad n. 2467. Ego gere mihi videor, unde ducta sint nomina in titul

obvia *Σοίξιππος* n. 1467. 2. et *Σοιξιτέλης* n. 1282. 4. p. 637. b. p. 613. a. n. 1271. 13. 17. p. 634. b. n. 1373. 6. p. 666. b. et *Σοιξιάδας Σωγένεος* in anaglypho Musei Veronensis LI. 5, ubi quum in marmore esse perhibeatur

ΣΟΙΞΙΛΔΑΣ
ΣΩΙΓΕΝΕΟΣ

Maffeius p. LVII dedit *Σοιξίλδας*, Boeckh. p. 634. b. correxit tacito. Nimirum illa eadem sunt quae *Σωσιάδας* (C. I. n. 158. §. 1. A. 7 *Σωσιγένης Σωσιάδου*, Straton. epigr. XLVI. 2 Brunck. Anal. II. 369), *Σώσιππος* (Leonid. epigr. XII. 5. Br. An. I. 223. C. I. n. 169. II. 17. n. 202. 3. n. 1008. n. 1211. III. 18), *Σωσιτέλης* C. I. n. 2442. 2. n. 2443. 3.

§. 4. Ut satis certas puto coniecturam et originationem modo prolatas, ita ipse minus confido emendationi, quam, ut nomen proprium restituerem, Sapphonis admovere studui epigrammati a multis tentato iisque insignibus criticis CXXXVII. p. 102 ed. Neuei [1]). Cuius quidem viri verba p. 105 „posse multa rimanti etiam aliquid absurdum impune in mentem venire" mea hic ego faciam, si nec ipse rem acu visus fuero tetigisse. Iam epigramma (Anthol. Pal. VI. 269. Iacobs. Anthol. Gr. VI. 182.) hoc est:

Παῖδες, ἄφωνος ἐοῖσα τετ' ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται,
φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν·
Αἰθοπίαι με κόραι Λατοῦς ἀνέθηκεν ἀρίστα
Ἑρμοκλείταο τῶς αυν αϊάδα,
5 *σὰ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν· ᾇ σὺ χαρεῖσα*
πρόφρων ἀμετέραν εὐκλείσον γενεάν·

Neueus Dianae vel nymphae ex Dianae comitibus imaginem ei deae a muliere dedicatam puellas alloqui censet, quippe ad quas eius deae cultus inprimis pertineat. Sed recte hanc interpretationem Welckerus videtur improbasse (Iahn. Jahrbüch. 1829. I. p. 432), de puella is cogitans infante, quam mater sacerdos deae

---

1) Nolo *Nevii* scribere, licet antiquum id nomen sit et ipse vir doctissimus, quem praeceptorem olim habui egregium, in fronte Sophoclis a se editi ita se appellaverit. Sed vide *M. Axtii* reprehensionem non inanem in libello bonae frugis pleno: das Gymnasium und die Realschule, Darmst. 1840, p. 99. not.

dedicasset (Anth. VI. 356.) Brunck. Anal. I. 259. Pancrat. epigr. I.

Κλειοῦς αἱ δύο παῖδες Ἀριστοδίκη καὶ Ἀμεινώ
Κρῆσσαι, πότνια σῆς Ἄρτεμι νειοκόρου
Τετραετεῖς ἀπὸ μητρός —). Scripsit autem Welckerus cum Iacobsio *Παιδνός, ἄφωνος ἐοῖσά τ' ἔτ' ἐννέπω* [1]). Iam sententia distichi primi haec est, ut dicat puellula, se ipsam quidem loqui non posse, basi tamen inscripta legi, quae scire spectantium si quaerant intersit. Pro τετ' Neueus coniecerat *περ*, Seidlerus Mus. Rhenan. 1829. p. 307. Hesychii glossam adhibuit *τέτα λίαν, κάρτα*. V. 3. de *Aethopia* Neueus Hesychium v. *Αἰθιοπαῖδα*, Zonar. p. 79. et 86, Lexic. Seguer. p. 355. 32 conferri iubet; adde Bergk. Anacreont. p. 237. qui Hesychium ita emendavit: *Αἰθοπίης παῖδα· τὸν Διόνυσον· Ἀνακρέων· ἄλλοι τὸν οἶνον· ἄλλοι τὴν Ἄρτεμιν*. Sed minus placet emendatio, quam Neueus quoque amplexus est, *Ἀρίστᾳ*, scilicet ut eo nomine ipsa significetur Diana, collato poetriae fragmento CXXVII: Pausan. I. 29, 2. *κατιοῦσι ἐς αὐτὴν* (*τὴν Ἀκαδημίαν*) *περίβολός ἐστιν Ἀρτέμιδος καὶ ξόανα Ἀρίστης καὶ Καλλίστης* [2])· *ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ καὶ ὁμολογεῖ τὰ ἔπη τὰ Σαπφοῦς, Ἀρτέμιδός εἰσιν ἐπικλήσεις αὗται· λεγόμενον δὲ καὶ ἄλλον ἐς αὐτὰς λόγον εἰδὼς ὑπερβήσομαι.* Ut enim credi possit, etsi non constat, Dianam eandem uno aliquo loco et *Αἰθοπίας* simul et *Ἀρίστης* nomine cultam esse, quum contra *Αἰθοπίας* religio ad Euboeam [3]) et ad Lydiam [4]) et ad Amphipolim (Anthol. Pal. VII. 705. Br. Anal. II, 117, Iacobs. v. VIII. 315) videatur pertinuisse, *Ἀρίστης* ad Atticam: tamen incommodum hoc est, quod iam eius quae dedicat nomen desideratur. Nam ratio ea, qua in pentametro secundo Neueus

---

1) Scr. *ἔοισα*, Ahrens. l. l. p. 16.

2) *Ἄρτεμις Καλλίστη* ab Arcadibus culta est, v. Pausan. VIII, 35, 8.

3) Lex. Seg. l. l. *Αἰθιόπιον τῆς Εὐβοίας ἐστὶ χωρίον*. Zonar. p. 86 *Αἰθιόπιον χωρίον τῆς Εὐβοίας· καὶ Αἰθυόπιον χωρίον Λυδίας· ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθιοπία*. Harpocr. *Αἰθιόπιον· ὄνομα χωρίου ἐν Εὐβοίᾳ*.

4) *Αἰθιόπιον· χώρα Λυδίας, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθιοπία* Zonar. p. 79. Steph. Byz. *Αἰθιόπιον· χωρίον Λυδίας παρὰ Ὕλλῳ πλησίον τοῦ Εὐρίπου, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθιοπία.* Locus videtur corruptus esse.

id restituere conatus est, probari nequit. Pausanias autem si Sapphonis auctoritatem attulit, Dianam *Ἀρίστην* appellantis, quis negare ausit, eum alios quam hoc ipsum epigramma versus in mente habuisse? Accedit denique quod in codice *ἀρίστα* est, non *ἀρίστᾳ*. Iam Brunckius, quod probaverunt nonnulli, inde nomen *Ἀριστὼ* finxit; sed ne ea quidem mutatione opus est. Nam *Ἀρίστα* nomen esse potuisse iure Welckerus statuit l. l. p. 433, et fuit apud Graecos non inusitatum: cf. C. I. 2891. 1. Mileti *τὸ μνημεῖον Ἀρίστας*. n. 1881. 2. n. 1882. 1. *Ἀρίστη* n. 2361. 6. [1]). Tum versum 4 talem Neueus restituit:

ἔρνος Κλῃῖδος καὶ πατρὸς Εὐρυγύρου

ipsam intelligens poetriam, et emendationem ex epigrammate petens scholiis Pindari praemisso p. 8 ed. Boeckh. v. 6 *Σαπφὼ Κλῃῖδος καὶ πατρὸς Εὐρυγύρου*. Ex his verba *ἔρνος Κλῃῖδος* commendantur aliqua probabilitate, quamquam fortasse praestaret *Κλαΐδος*, ut *Κλαῒς* scripserunt Schneidewinus et Ahrensius dial. gr. I. 269 fr. 77 (Neue. LXXVI). Verum multa sunt, quae

---

1) Alia eius generis nomina a superlativis repetita haec sunt: *Ἄριστος* C. I. n. 1444. 2. n. 1733. 7. Diodor. Sicul. XIV. 10. Wesseling. ad p. 696. 48. Athen. X. 438. D. *Ἀκρότατος*, non solis regibus proprium, n. 2472. c. *Εὐτυχέστατος* C. I. n. 1736. 15. *Ἥδιστος* n. 266. II. 25. *Ἡδίστη* v. G. Dindorf. in Steph. Th. IV. 1. 97.; navis attica in Boeckh. tit. trierarch. p. 87. C. I. n. 3103. 5. *Ἡδίστα* n. 3141. 19. *Κάλλιστος* n. 1278. 15. Steph. Th. IV. 3. 888. *Καλλίστη* C. I. n. 1755. 9. *Κρατίστα* in epitaphio attico, Intelligenzblatt z. allgem. Litt. 1837. p. 712 *Παῖδά τοι ἰφθίμαν Δαμαινέτου ἄδε Κράτισταν, Ἀρχεμάχου δὲ φίλαν εὔνιν ἔδεκτο κόνις*. *Μακάρτατος* ex Demosthene notus. *Μεγίστη* C. I. n. 2224. 1. 2. Boeckh. tit. trier. p. 89 navis (ut *Κουφοτάτη* p. 88. *Κρατίστη* ib. *Νεωτάτη* p. 89), Athen. XIII. p. 583. E. *Φέριστος* Plutarch. Timol. 35. *Φέρτατος* Meinek. Fr. Com. Ant. III. p. 97. *Φίλιστος* v. Crusium, C. I. n. 2655. I. 26. Alciphr. III. 40. v. II. p. 126 Wagn. *Φιλίστη* s. *Φιλίστα* Valcken. ad Roever. p. LI. *Φίλτατος* Boeckh. tit. trier. n. XVII. c. 11. *Φιλτάτη* Osann. Syllog. p. 423. De nominibus *Ἀρίστη* et *Ἀρήτη* inter se confusis v. Iacobs. ad Aelian. H. A. III. 40. 67, 24. Adde nomina, quae in *αριστα* exeunt: *Ἀγαρίστη*, *Κλεαρίστη* Phalar. epist. XIX. p. 110 Schaefer. *Νικαρίστη* C. I. n. 1570. b. 5. *Ξεναρίστη* n. 155. 46. N. 1172. 1 *ΠΜΑΡΙΣΤΑ*, quae Boeckhio est *Παναρίστα*, fuit fortasse: *Δαμαρίστα*, *Δαμάριστος* est n. 1320. 12, *Δημαρίστη* Plutarch. Timol. 3.

poetriam ita non scripsisse ostendant [1]). Primum fieri vix potuit, ut verba *καὶ πατρὸς Εὐρυγύρου*, si genuina credis, in *τωςαννωιαδα* corrumperentur; deinde contra morem satis constantem, ex quo quis non tantum parentum nominibus, sed simul suo ipsius significatur, *Sapphonis* nomen omissum esset; denique pater num dictus fuerit *Εὐρύγυρος* admodum videtur dubium esse. Is ab antiquissimo teste Herodoto II. 135 *Σκαμανδρώνυμος* appellatur; nomina *Ἐρίγορος* sive *Εὐρύγορος*, aeolice *Εὐρύγυρος*, et *Εὐρύγυος*, *Ἠερίγυος* ad indicandam poetriae indolem et notandam vitae obscenitatem postea demum ficta esse ingeniose Welckerus l. l. p. 393—4 suspicatur. Tali igitur aliquo patris sui nomine Sapphonem usam esse? Quapropter aliorum videamus coniecturas, Toupii: *Ἑρμοκλείδαο τῶ ῥά νυν εἰν ἄϊδα*, Dorvillii: *Ἑρμοκλείδαο τῶ Σαοναΐάδα*; Bentleii: *Ἑρμοκλείδαο τῶ Σαϊωνιάδα*. Ex iis scriptura Dorvillii proxime ad litteras traditas accedit. Et *Ἑρμοκλείταο* quidem propter litteram *τ* ferri non potuit; in nomine *Ἑρμοκλείδαο* autem vocalis brevis in media pentametri syllaba Welckero post Friedemannum de med. syll. pentam. Gr. p. 287 nihil habere visa est offensionis, quum id proprium sit nomen. Quam sententiam iam ipse amplector, quum olim tentassem *Ἑρμοκλειδαίω* ad nomen *Πτολεμαρχίδαιος* i. e. *filius Ptolemarchi* in titulo Thessalo C. I. n. 1766. 2. [2]). Venio tandem ad clausulam pentametri, cuius causa epigramma omnino attigi. Hic Dorvillium indicasse emendationem, non absolvisse puto. Nam si probas id, quod unum verisimile videtur esse, etymon *σαόναυς* [3]) „*navem servans*", inde ut sit *Σαοναΐδας* et

1) Welcker. p. 432 „hätte der Verfasser sich dieser Emendation, wobey einen ein kritischer Schwindel befallen könnte, enthalten, so würde er auf Bemerkungen gewiss nicht verfallen seyn, deren er sich jetzo bedient."

2) Frustra oblocutus est Gieseus über den aeol. Dialect. p. 59—60. Cf. Ahrensium Mus. Rhenan. 1839 p. 363. dial. Gr. I. 215 et O. Muellerum in Gött. gel. Anz. 1840. n. 35 p. 344. ex Leakei Travels in Northern Greece formam Thessalorum patronymicam *Ἡρακλείδαιος* afferentem. Tale patronymicum nomen (*Ἑρμοκλείδαιος*) non apud Thessalos solos usurpatum fuisse et mox in proprii naturam transisse suspicabar.

3) Cf. *Ἄναυς*, *λιπόναυς*, *μυριόναυς*, Stephan. Thes. Lond. VI. 6299. A., et quod statim afferam *Ἀρχεναΐδας* ab *Ἀρχέναυς*.

poetice *Σαοναϊάδας*, quaeritur num potius nulla mutata littera scribi debeat: *Σαϋναϊάδα*, quae forma ex dialecto aeolica vocalem Υ haberet pro Ο, v. Ahrens. l. l. p. 81 sqq. Sed fortasse ne sic quidem persanatum est nomen et fuit: *Σαϋναυϊάδα* pro *Σαϋναυΐδα*, quemadmodum est *Ἀρχεναυΐδας* in Boeckhii tit. boeot. n. 1571. 10. Eo de nomine Ahrensium confer l. l. p. 171 recte, arbitror, Latinum *navis* comparantem. Atque ut fuerunt nomina *Ἀρχεναύτης* (Simonid. 99. p. 412 delect. Schneidew. Brunck. Anal. I. 143.) et *Ἀρχεναυΐδας*, ita nihil videtur obstare quominus usitata statuamus esse *Σῳναύτης* et *Σαο-* sive *Σαϋναυϊάδας*. Audio dum haec scribo, *Th. Bergkium* nunc ipsum Corpus Lyricorum Graecorum edere. Ab eo igitur critico acutissimo si meliora edoctus fuero, magnopere laetabor. Addo hoc unum, *τῶ* articulum, ut plerumque fieri solebat, avi nomini praepositum esse. Exempla ubique suppetunt, v. C. I. n. 1242. 28 *Δαμόνικος Δαμονίκου τοῦ Εὐτύχου*. n. 1262. 15 *Νικίας Νικία τοῖ Διαφάνεος*. n. 1584. 16 *Φανίας Ἀπολλοδώρου τοῦ Φανίου*. n. 3158. 2 *Διόγνητος Ἀπολλωνίου τοῦ Διογνήτου*. n. 3160. *Οἰνόμαος Νεικέρωτος τοῦ Θεοδότου*. n. 3173. 20 *Τύραννος Παπίου τοῦ Μενάνδρου*. n. 3237. 2 *Μένανδρον Μενάνδρου τοῦ Ἀνδρονίκου*. n. 3238. a. *Μενεκλῆν Ἑρμογένους τοῦ Μητροδώρου*. Plutarch. Cimon. 4 *Ἰσοδίκην τὴν Εὐρυπτολέμου θυγατέρα τοῦ Μεγακλέους*. Pausan. VIII. 8, 4 *Ἀντινόη Κηφέως τοῦ Ἀλεοῦ θυγάτηρ*. Abest tamen interdum, etsi raro, hic articulus, ut n. 3190. 14 factum videtur esse, *ταμιεύοντος Μηνοφίλου Μητροφάνους Ἀμερίμνου, ἐργεπιστατήσαντος Ἀφροδεισίου Φοιβίωνος Παύλου*. Nam unum eundemque tribus simul nominibus, ut *Μηνόφιλον Μητροφάνην Ἀμέριμνον*, appellatum ne posteriore quidem Imperatorum aetate equidem novi.

§. 5. Stephani Parisini quum nondum edita sit pars ea, quae nomina a verbo *σώζειν* exorsa continet, non ingratum fore uni alterive arbitror, si hic quae talia collecta habeo nomina enumeravero, omissis tamen iis quae sunt apud Crusium.

Σώανδρος C. I. n. 1250. 10 Spartae nomophylax, v. p. 624. b, p. 609. b, et de formatione Gieseum üb. d. aeol. Dial. p. 316.

Σωδάμας Argivus, Pausan. III. 9, 4. Assius victor Olymp. VI. 4, 5. 6. Accusativum, qui ibi est, *Σωδάμαν* Lobeckius tuetur Paralip. p. 173. not. *Σώδαμος* Eckhel. D. N. V. II.

p. 163. b. in nummo Cassopes; C. I. n. 1211. III. 32 Ἀκίρδων Σ-ου Hermion. n. 1836 Εὔβουλος Σ-ου in insula Issa. Schol. Eurip. Hippolyt. 263. — Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου sc. μηδὲν ἄγαν, v. Welcker. Mus. Rhenan. 1841. p. 218. n. 35. Σωζᾶς Spartanum nomen C. I. n. 1242. 29. n. 1253. 12. n. 1279. II. 11. n. 1285. 2. Ea forma in usu communi brevior videtur nominis Σωζομενός [1]), quales sunt Ἀλεξᾶς [2]), Ἐπαφρᾶς [3]), Λεωνᾶς (Dorvill. ad Charit. p. 278 Lips.) Μηνᾶς, Φιλωνᾶς (Φίλωνας Ross. Inscr. ined. n. 61. a. 4 p. 19. C. I. v. II. 705. b.); Νεώνας u. 3034; Bentl. Opusc. 521. Σωζομενή C. I. n. 1496. 3 Spart. n. 1991. 3. Thessal. Σωζομενός n. 1991. 1. N. 2052. 20 Sozopolita. Σώζουσα Boisson. ad Herodiani Epimerism. p. 130 „Σώζων κύριον· et hoc nomen addatur plurimis illis, quibus nomen Σώζουσα asserui in dissert. de inscript. Actiaca p. 432 repetita in Class. Ephem. p. XXXIV." Σώζων Σώζοντος Σουνιεύς C. I. n. 244. 7. Ibidem v. 5

ΛΑΔΙΚΟCCω
ΞDΗΤCCCΟΥΝΙЄΥC

qui Boeckhio est Λάδικος Σω-ητος, dictus, nisi fallor, fuit Λάδικος Σώ[ζον]τος. Nam satis tutum arbitror, ex ΞDΗ refingere ΖΟΝ, et confirmat coniecturam nomen demoticum. De genitivo Lobeckius egit Paralip. p. 348 [4]). Σωϊγένης s. Σωγ. Mus. Veron. LI. 5. Σωϊκλῆς C. I n. 1513. 37 Tegeae, ex Boeckhii emendatione, quum in lapide esse tradatur ΣΠΙΤΛΕΟΣ. Ille praeterea Ἐπικλέος adscripsit; tertium addas Σωτέλεος. Σώϊππος C. I. n. 834. 2. Σώκλαρος nomen in Boeotia

---

1) Non Σωζόμενος, v. Arcad. p. 64. 26. Nomina aliquot a participiis ducta Welckerus attulit Mus. Rhen. 1832. p. 320. not. 7. Ἐμπολάμενος tamen, quod cum verbo ἐμπολᾶσθαι composuit, mihi suspectum est.

2) C. I. n. 488. b. II. 3 Athen. n. 1241. I. 19 Spart. n. 1245. 9.

3) C. I. n. 242. 2. n. 268. 37. II. 11. n. 284. II. 42. n. 1732. b. 47.

4) Vix sanum est C. I. n. 1195. 1. Ἀλεξίας ΛΥΟΝΟΣ Λύονος. Nam Λύωνος debebat esse aut Λύοντος. Nec indubius genitivus Μνήσονος ap. Isaeum de Apollodori hered. 6., quem Bekker. Schoemann. Bait. et Sauppius ex codicibus restituerunt. Aldina habet Μνήσωνος. Cf. Lobeck. Aglaopham. p. 733. Bergk. Reliqq. Com. Att. Ant. p. 129.

frequens: Plutarch. de aud. poet. p. 15. A. ἡλίκος οἰμὸς τε νῦν Σ. ἐστι καὶ ὁ σὸς Κλέανδρος. Quaest. symp. II. 6. III. 6, 4. V. 7, 4. VI. 8, 4. VIII. 6, 3. Winkelm. ad Amat. p. 103. C. I. n. 1732. a. 42 Α. Μέστριος Σ. Daulid. p. 851. b. N. 1733. 5 Τ. Φλάβιος Σ. Tithor. Σώκλαρος idem est qui σώκληρος h. e. ὅς σώζει τὸν κλῆρον, Aristot. Polit. II. 4. 3. παλαιοὺς κλήρους διασώζειν· II 9. ὅπως ὁ ἀριθμὸς σώζηται ὁ τῶν κλήρων [1]). Σωκλείδης C. I. n. 289. 12 Athen. Σωκλήδεια Spart. n. 1450. 2. Confer nomen Ἐτυμοκλήδεια n. 1448. 5. n. 1373. 4 sive Ἐτυμοκλήδαια n. 1360. 13 p. 862. b. p. 881. b. Σωκλῆς nomen, quod a Crusio unius Apollodori testimonio probatur, valde erat usitatum. Vid. Aelian. H. A. VI. 44 ubi Σ. est Atheniensis. C. I. n. 90. 4 ἐξ Οἴου, in lapide exstat Σ . . . ΕΟΥΣ. n. 115. I. 31. Σ. Ἀριστοφίλου Herchiensis. n. 150. B. 20 Ἀξιοθέα Σωκλέους γυνή. n. 374. 1. Πλείσταινον Σ-έους Κεφαλῆθεν. n. 682. 1. Νικησαρέτη Σ-έους θυγάτηρ. Boeckh. tit. trierarch. n. XIV. d. 59. XVI. a. 115 Σ-έους Ἁγνουσ. ib. XVII. c. 92 Σ-ῆς Π. De genitivo Σωκλοῦς v. Bekker. Anecdot. 1188. C. I. n. 2338. 31 Προξένου Σ-έους Ὀρνησίου, ib. 111 Σ-έους Λευκίππου Ὀρνησίου. n. 2341. 2 Σωκλῆν [2]) Ἀπολλοδώρου Smyrn. Σωκλῆς a Bergkio Zeitschr. f.

---

1) V. Kortüm. zur Gesch. hellen. Staatsverf. p. 118. n. 4. Εὔκλαρον Σαλαμῖνα Antipat. epigr. XL. 3. C. I. n. 2448. III. 31 οἱ ἐπίκλαροι, quod vocabulum addo Stephano Paris. III. 5. 1634.

2) De hac accusativi forma G. Dindorfius nuper monuit in Zeitsch. f. Alt. 1839. n. 141 p. 1132 Hermesianacti v. 39 accusativum Φερεκλῆν post Schneidewinum delect. p. 152. vindicans, quum vulgo Φερέκλην vel Φέρεκλον legeretur: Eine dem Zeitalter des Hermesianax nicht fremde Form des Accusativ's, über die noch einiges in den gangbaren Grammatiken nicht bemerkte zu sagen wäre." Confer interim Ἡρακλῆν Steph. Thes. Par. IV. 1. 193. Schaef. Apoll. Rhod. v. II. p. 663. Ἡρακλέην Bekker. Anecd. 1191. Σοφοκλῆν epigr. vit. Sophocl. p. XXV ubi Schaeferus, praeter Phrynichum p. 60 (156 Lobeck.) talia improbantem, Eustathium contulit qui usurpavit ad Odysseam 1562. 39. Adde C. I. n. 388 3. Dioscorid. epigr. XXIX. 2 in Brunck. Anal. I. 501. Suid. v. Μέλητος. Τηλεκλῆν Polyb. XXXII. 7, 14. Πραξικλῆν C. I. n. 2376. 2. Κτησικλῆν n. 2347. o. 14. Μενεκλῆν n. 3052. 7. 35, ib. v. 30 Μενεκλέα. n. 3053. A. 15. n. 3238. a. 2. Διοκλῆν Diod. Sicul. XIII. 61. (Διοκλέα Plutarch. Themist. 32.) Μνασικλῆν id. XVIII. 21. Δημοκλέην C. I. n. 3256 bis, sed ib. Δημοκλέα. Θεμιστοκλῆν Werfer. Act. Phil. Mon. III. 107

Alterth. 1841. n. 11 Hedylo est restitutus apud Athenaeum XI. p. 473. A. collato Suida v. *Λυκόφρων*, *Χαλκιδεὺς ἀπὸ Εὐβοίας, υἱὸς Σωκλέους.* Ibi Kusterus Tzetzen laudavit Chil. VIII. 204 v. 481. *οὗτος ὁ παῖς τοῦ Λύκου δέ, εἴτε μὲν τοῦ Σωκλέους Λυκόφρων.*

Σῶκλος Ἁλωπεκῆσι (non *Ἁλωπεκῇσι*) *οἰκῶν* tit. Attic., quem Rossius edidit in Kunstblatt 1836. n. 39. v. 15. Nomen idem est quod *Σωκλῆς*. *Σωκλίδας* C. I. n. 1262. 10 Spart. *Σωκρατέα* C. I. n. 2415. 4. 18 in insula Paro. *Σωκράτεια* inscript. Anaph. Ross. Kunstbl. 1836. n. 19. *Σωκρατία* C. I. n. 1207. IV. 5 Hermion. *Σωκρατίδας* n. 1282. 5 Spart. *Σωκρατική* C. I. n. 916. I. 1. *Ἀντωνεία ἡ καὶ Σ.* Athen. *Σωκρατῖνος* n. 172. IV. 19 *Ἀγγυλῆθεν*. In lapide exstat *ΣΩΚΡΑΤΙΝΟΥ*. Boeckhius p. 308 „Credo, inquit, *Σωκρατίδου*: nam *Σωκρατῖνος* non analogum est, licet nomen sit *Κρατῖνος*.“ Non ausim equidem litteram *N* expellere, si vere est in marmore; vide enim titulum Cythnium a Rossio editum in Intellig. d. allg. Litt. Zeit. 1838. n. 40. p. 321.

ΕΥΚΡΑΤΙΝΕ	*Εὐκρατῖνε*
ΠΥΘΙΓΕΝΟΥ	*Πυθιγένου*
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ	*χρηστὲ χαῖρε.*

Σωκρατίς C. I. n. 2847. 6. *Αὐρ.* Aphrodis. *Σύμαντις Σωτέλους* n. 2610. 1. Lytti „ex *σώζω* et *μάντις*“ v. II. p. 436. b.

Σώμαχος n. 2072. 11 Olbiopolit. Confer infra nomen *Σωσίμαχος*. *Σώμβροτος* n. 2338. 40 Tenius [1]. *Σώ-*

---

not. Apud Plutarchum in vita ubique *Θεμιστοκλέα* scriptum est. *Ἐτεοκλῆν* Bekker. Anecdot. 731. 14. Tragici semper puto *Ἐτεοκλέα*. *Στρατοκλῆν* C. I. n. 109. 8. n. 2488. 2. *Ἀγαθοκλῆν* n. 2558. 3. (*ΑΙ-..ΘΟΚΑ*||*ΗΝ*) *Ἱεροκλῆν* n. 3137. 7, 21. *Μεγακλῆν* Diod. Sic. XVI. 6. *Χαρικλῆν* Nicet. Eugen. narr. amat. I. 327. *Φιλοκλῆ* Polyb. XXIV. 1, 5. *Πολεμοκλῆν* IV. 52, 2. Plura olim accurate per aetates et scriptores disposita exhibebo.

1) Cf. *Ἀκεσίμβροτος* Polyb. XVII. 1, 4. *Ἀριστόμβροτος* Phot. bibl. 114. a. 27 Bekk. *Ἐχέμβροτος* Pausan. X. 7, 3. *Θεόμβροτος* Diog. Laert. VI. 95. v. II. 71 Hübner. adde Stephani Thesauro Par. IV. 1. 300. *Ἱερόμβροτος* C. I. n. 2953. b. 32 Ephes. *Καλλίβροτος* Pausan. VI. 3, 5; codices non variant, nec si recte memini, quum editio Kiesslingii iam non ad manum sit, ap. Iamblich. V. Pyth. c. 36 p. 217 Kust. Contra *Καλλίμβροτος* est, idem qui ap. Pausan., in epigr. *ἀδεσπ.* CXX Br. Anal. III. 174.

νικος in titulo Aquis Sextiis servato, Maff. Mus. Veron. CCCXXV. 7. Judaeus fuit homo. Σώξενος Stiriensis in Ross. inscr. ined. n. 75. 2. Σῶος C. I. n. 39. Miles. Σώπατρος poeta comcius Paphius Athen. II. 71. b. Sopatri fuerunt Apameenses duo, de quibus v. Voss. Hist. Gr. p. 294 et Westermann. C. I. n. 1804 Leucad. N. 2681. 1. Iasensis, in lapide est *ΖΩΓΑΤΡΟΣ*, quod Boeckhius mutavit, fortasse minus recte. Titulus Corcyraeus nondum quod sciam editus, cuius apographum Berolini apud Davidoffium vidi Russum: Ἀρβέντα (?) Σ-ου χαῖρε.

Σωπολιανός tit. Sicul. quem R. Rochetteus repetiit Mus. Rhen. 1836. p. 94. n. II. 2. Σώπυλος C. I. n. 1695. 5 Delphus [1]). Pictor a Plinio commemoratus N. H. XXXV. 15. 40, 148. teste Silligio Cat. Artif. p. 425 in nonnullis editionibus *Sopylus* dicitur. Sed vulgatam *Sopolin* Bambergensis quoque codex tuetur, quamquam in eo est *Sopolim* forma non temere spernenda.

Sosagoras medicus ap. Celsum V. 18. n. 29. Σωσαρέτα C. I. n. 1211. IV. 5 Hermion. Σωσθένης Crusius ex Aeschyli Persis v. 32 attulit, ubi in libris manuscriptis omnibus Σωσθάνης est (v. Pott. Etymol. Forsch. I. LIII.), nec metrum syllabam mediam brevem fert. Quapropter vide C. I. n. 495. 3 Σ-ους Athen. n. 1211. II. 16. III. 15 Σ-εος Hermion. n. 1791. 1 Σ-η Lariss. n. 2385. 1 Parius. Sosth. Sicyon. philos. Pythag. ap. Iamblich. V. P. XXXVI. p. 217 Kust. S. in Platonis testamento

---

Κλεόμβροτος s. Κλεόνβροτος C. I. n. 165. I. 28, Franz. El. Ep. p. 49. Ξενόμβροτος Paus. VI. 14, 5, ubi in codicis Neapol. margine est ξενοβρότου, v. Schubart. Zeitschr. f. A. W. 1840 n. 74. p. 604. Ὀνασίμβροτος n. 1603. 7. Φιλόμβροτος archon Atticus Ol. 46. 2 ante Chr. n. 595. Fischer. griech. Zeittaf. p. 113. C. I. n. 1769. Thessal. Φ. Lacon vict. Olymp. Euseb. I. 23. p. 147 Mai. Φιλόνβροτος n. 2557. B. 8. Cret. Ἀρχέμβροτος Tyrtaei pater Suid. III. 520 Kust. Adnotavit Thierschius Act. Phil. Mon. III. 593 „Laconum nomina plura a *ΒΡΟΤΟΣ* composita sunt et in eam terminationem exeunt, ut Thebanorum in *ΩΝΔΑΣ*, et ut ipsa Sparta δαμασίμβροτος a Simonide appellatur Plutarch. Agesil. c. I." Hoc ita est verum, ut alibi quoque satis usitata eius generis nomina fuerint.

1) Cf. Ἀγχίπυλος Diog. Laert. II. 126 Hübner. v. II. p. 677. Δηΐπυλος; Ἔμπυλος Plutarch. Brut. 2; Εὐρύπυλος; Ὑψιπύλη. Sed Τρίπυλος apud Plutarch. Arat. 41 potius Τριτύμαλλος (vit. Cleomen. 19) appellatus videtur fuisse, v. Jahn. et Klotz. Annal. 1840. XXIX. 2. p. 194.

ἐπίτροπος Diogen. Laert. III. 43. De S. Cnid. Voss. Gr. II. p. 500. Alciphr. I. 6. Sillig. C. A. 426. Σωσιάναξ n. 2613. 2 Cretens. Nota vitiosam lapidis scripturam ΣΩΣΕΙΑΝΑΞ [1]) in titulo aetatis Ptolemaei Lagi. Σωσίδαμος C. I. n. 1211. III. 31 Hermion. n. 1266. 1 Spart. n. 2539. 1. Rhodius. Σωσικλείδης C. I. n. 332. 8 Aegin. Σωσικρατία Σωσικλέους n. 2473. b. 1 Theraea; Σωσικράτεια n. 1746. 3 Tithor. Σωσικρατίδης C. I. n. 359 p. 971. a. Paeaniens. Σωσίμαχος n. 169. III. 62 Athen. miles. Ἐκ τῶν Σωσιμαχείων n. 2953. b. 33 Ephes. „ex hereditate a Sosimacho relicta" p. 599. b. v. II. Σωσιμένης n. 2338. 77 Tenius. Σωσιμῖνος n. 2303. 1. Εὐαγόρου Deli. Id nomen, fortasse ab hoc loco alienum, descendit a Σώσιμος, quod apud Athenaeum (XIII. 611. B), a Crusio laudatum, hodie iam non legitur, sed Dindorfius ibi Σωσινόμῳ scripsit. Exstat nihilominus Σώσιμος, ut C. I. n. 206. 28 Σάτυρος Σ-ου p. 909. b. cf. Osann. Syll. p. 344. p. 579. a. Stosch. Antiquit. Thyat. (Zwollae 1763) p. 224. Titulus Ithacensis C. I. n. 1925. i. Σωσίμιος χαῖρε. — Franzius El. Ep. p. 247 Welckeri probat sententiam, Σώσιμον alia pronuntiatione dictum pro Ζώσιμον. Atque observandum est praeterea, haud raro lectionem inter Ζώσ. et Σώσ. variare, v. C. I. n. 276. IV. 12 p. 383. b. Σωσίνεως n. 36. p. 53. Idem qui Σωναύτης. Σωσινίκη n. 374. 2 Athen. Σωσῖνος C. I. n. 837. 1. Γορτύνιος. Ib. v. 3 Boeckhius Muelleri fidem secutus dedit Σωσίνῳ στῆσαν παῖδες ἀποφθιμένῳ. Contra Osannus Syll. p. 355 de coniectura maluit: Σωσί[μῳ] ἔστησαν. „Σώσινος nomen, inquit, vix graecum mihi videtur, quo enim modo recte formatum sit, non perspicio." Equidem Σωσῖνον eundem arbitror esse atque Σωσίνοον, Σωσίνουν, nisi praestat, in fine meram terminationem agnoscere, quae habetur in Λυσῖνος, Ἀναξῖνος C. I. n. 2338. 35, Vit. X. Orat. Demosth. p. 80 Westerm., Ἀλεξῖνος C. I. n. 1607. 1. Osannus autem sententiam quodammodo retractavit in censura

---

1) Confer barbaram mensuram Καλλείνικος C. I. n. 2592. 5 et nomina, quae etiam magis huc pertinent, Γενίθλειος n. 2825. 1. Τεῖτος, Πεῖος. V. Franz. El. Ep. p. 247, et A. G. Lange, praeceptor quondam meus et docendi dexteritate et elegantiae laude celeberrimus, Vermischte Schriften p. 178.

Sylloges Welckeri, Iahn. Annal. 1829. XI. 2. p. 177. — Contra dubia est eiusdem nominis fides in titulo Cretico C. I. n. 2558. 2. *ΚΛΗΣΘΙ..ΗΣΣΟ*||*Σ. Ω Κλησθένης Σωσίνω.* Nam apographum Pashleyi (Travels in Crete I. p. 40) exhibet: *ΚΛΗΣΘ ..ΙΣΣΩ*||*ΣΩΕΙΠΕ* i. e. *Κλησθένης Σώσω εἶπε.* Eo de nomine v. C. I. n. 1126. 10. n. 1135. 3. n. 1278. 15. n. 1543. 8, 17—20, 23. n. 1701. 5, 9, 11. n. 2052, 21. n. 2639. 3. tit. Attic. in Intellig. d. allg. Litt. 1835 p. 266. a. Sillig. Catal. Artif. p. 428. Σωσιπάτρα n. 1157. 2 Argiva. Tit. Attic. sepulcr. a Rossio edit. in Iahn. et Klotz. Archiv f. Phil. u. Paed. 1833. p. 437. n. 10. 4 *Σ. Γοργίου.* Σωσίπολις *Ἀμαξαντεύς* C. I. n. 838 4. N. 1350. 3 Spart. Daemon patrius Eleorum Pausan. VI. 20. 2. VI. 15. 4. *Σωσίπτολις* Leonid. Alex. III. 1 Br. Anal. II. 190. Σωσιτέλης C. I. n. 2442. 2 Pholegandr. n. 2443. 3. Apud Polybium XXIII. 1, 6 *Ῥωσιτέλης* Sicyonius Reiskio *Σωσιτέλης* videtur appellatus fuisse, quam emendationem accipio. *Sositenus* ap. Cic. in Verr. act. sec. III. 87 corruptum est. Correxerunt *Sositheus.* Σωσιφάνης poeta Athen. X. 453. A. B. Σωσίφρων n. 2449. 1 Theraeus, ex Boeckhii coniectura *ephorus.* Quod Osannus dederat Syllog. p. 381 *ἐπὶ Σοσιφράδου* non videtur graecum esse [1]). Lapis habet *ΣΩΣΙΦΡΟ* —. Σωσίχα n. 1608. R. 31 serva Chaeron. p. 783. b. p. 726. a. Σωσίων C. I. n. 2443. 1 Tenius. N. 2299. 4. *ἐπὶ ἱερέως Σ-ος τοῦ Εὐμένους Οἰναίου* [2]). In titulo Pario, quem Rossio debemus, (Kunstblatt 1836. n. 12. p. 47.) c. v. 9 est *ἄρχοντος Μ. Αὐρ. Σωσίω[νος.*

Σωστράτα n. 1804. *Σωπάτρου* Ambraciae. Σωστρατίδης n. 163. 15 *Ἀχαρνεύς.* n. 1009. n. 1010 Attici. Tit. Attic. sepulcr. a Rossio editus in Jahn. et Klotz. Archiv für Philol. u. Paedag. 1833. p. 438. n. 16. Σωσύλα C. I. n. 1710. A. 7 Apollini Delphico vendita. Σώσων n. 1701. 4 Delph. n.

---

1) Exspectatur *Σωσιφράδης*; sed nondum vidi id nomen, cui, si fuit unquam, compares *Ἀριφράδης, Κλεοφράδης* n. 202. 6. n. 205. 6. 7. n. 538. 5. Gerhard. Rapporto p. 179.

2) Subiungo nomen *Σῶσις*, quod ad verbum *σώζειν* referendum sane videtur, cuius tamen de significatione mihi non constat. Est C. I. n. 286. III. 19 *Λούκιος Σ.* n. 385. 10. p. 442 b. n. 423. 2 p. 454. b. *Σ. ὁ ἐπὶ βωμῷ* p. 442. b. 443. a. Quivis nomen *Θέσπις* contulerit, sed usum non video.

2338. 75. Tenius. Σωσώ praeter locum a Crusio indicatum (Simonid. LXXII. Br. Anal. I. 141.) est apud Plutarchum Arat. 2. C. I. n. 2607. 4 Τερτία Σ. ubi in lapide est ΣΩΖΩ, Lytti in Creta, et ex mea interpretatione in tit. Rossii (inscr. Gr. ined.) n. 74. a. 3. Stiride. Σωτάδεια nomen Rossius finxit in titulo Melio (Intell. d. allg. LZ. 1838. n. 41 p. 329. n. 8)

ΣΩΤ . ΗΕΙΑ
ΔΕΚΑ ΤΑΝ
ΑΝΕΘΗΚΕ

Fortasse fuit Σωτ[έλ]εια. Σώτας C. I. n. 244. 10, n. 266. 17. n. 270. II. 25. n. 272. II. 20 Attici. N. 1296. 4 Messen. n. 1704. 4 Delph. n. 2386. 3 Parius. N. 3155. 3. 8 Smyrn. ubi Σωτᾶς Boeckhius scripsit. Vide eum C. I. v. I. p. 10. b. et Lobeck. Paralip. p. 6. Σωτέας n. 1279. I. 23 Spart. Σωτέλης C. I. n. 165. II. 32 miles Athen. n. 2448. III. 26 Theraeus. Plutarch. de Iside et Osir. c. 28 legatus Ptolemaei Soteris. In vase quodam, quod Creuzerus descripsit (Zur Gallerie der alten Dramatiker. Auswahl unedirter Thongefässe, Heidelberg 1839) *SOTEVES* non est Σωτεύης, sed Σωτέλης, v. Welcker. Mus. Rhen. 1839. p. 631. Add. A. Dryander. Comment. de Antiphont. Rhamn. vita et scriptis selecta capita, Halis 1838 p. 15. Σωτήρ C. I. n. 276. III. 13 Athen. n. 819. 2 Ἀμισηνός. n. 1272. 7 Spart. n. 2394. 2 ἄρχοντος Μ. Αὐρ. Σ-ῆρος Pari, id. n. 2396. 1. Cf. Lehrs. de Arist. stud. hom. p. 302; *Soter* Latinum quoque frequens fuit, Mus. Rhen. 1832. p. 289. Σώτηρα C. I. n. 2606. 1. Cret. v. Boeckh. v. II. p. 435. b: " retinui Σωτήρα, quod Cretenses η pro ει olim posuerunt." add. Franz. El. Ep. p. 247. Σώτειρα autem non dearum solum complurium cognomen, sed etiam mulierum nomen proprium fuit; cf. C. I. n. 1386. 8 Spart. n. 2609. 1. Lytti, n. 3251. 2 Smyrn. Plateam Σώτειραν Tarenti Polybius commemoravit VIII. 35, 6.

Σωτηρᾶς C. I. n. 1222. 1, 4. Hermion. n. 1279. II. 3 Spart. Schol. Iliad. Δ, 412. Σωτηριανός n. 1211. IV. 10 Hermion. Σωτηρίας n. 875. 2 Nicomed. Σωτηρίδης Athen. tit. Ross. Kunstbl. 1835. n. 45, idem C. I. n. 285. I. 10. N. 1570. b. 48 Boeot. — Ap. Athen. I. 7. E. IX. 377. D. coquus. *Sotericus Marcius* libertinus homo apud Cice-

ronem est pro Balbo c. XXV. 56.; *Soterici lectos* ex epistola Senecae Gellius affert N.A. XII. 2. Iahn. Sp. Epigr. p. 31. n. 38.

Σωτήριος Σωτηρίου C. I. n. 2562. 31 Hierapytn. Σωτηρίς n. 1211. III. 14 Hermion. n. 2733. 3 Stratonic. Σώτηρις n. 1705. 5. 7. 10. 13 Apollini Delphico vendita p. 830. b. Σωτηρίων n. 284. III. a. 39 Athen. n. 1207. V. 2. n. 1211. II. 17. III. 23. IV. 9. 19 Hermion. Athenaeo XI. 505. C. in Dindorfiana Σωτίων pro Σωτηρίων restitutum est. Σώτης Athen. n. 203. 5. n. 204. 4. n. 244. 14. n. 275. II. 55. n. 276. III. 17. 18.

Σωτιάς n. 1791. 1 Lariss. Nomen Σωτίας ignotum Boeckhius dicit C. I. v. I. p. 10. b; analogiae certe non esset contrarium et Σωτιάδας fuit fortasse C. I. n. 1470. 10, quo in titulo Spartano exstat: *ΩΤΙΑΔΑΣ*. Nomen Σωτέας Spartanum supra attuli.

Σωτικός C. I. n. 189. 19. Athen. Σωτίμας n. 553. 2 ex Boeckhii interpretatione puer dicitur in anaglypho. Vix est cur de forma dubites; nomina conferri possunt quale est Θρεψίππας Apollodor. II. 7. 8, quod Lobeck. tuetur ad. Aiac. p. 293.

Σωτιμίδης C. I. n. 183. I. 16 Φηγαιεύς. Σώτιμος n. 169. I. 55 Athen. Idem nomen in titulo habetur sepulcrali anaglyphis stili antiqui et paene Aeginetici ornato, quem titulum Athenis in arce effossum Rossius edidit Kunstblatt a. 1835. n. 27 p. 106. a. Στοιχηδὸν scriptus est hunc in modum:

ΣΟΤΙΜΟΝΕΡΑ ΔΕΙΟΤΟΚ
ΑΙΕΚΓΟΡΟΝΠΡΟΧΣΕΝΟΚ
ΑΙΕΥΕΡΔΕΤΟΑΘΕΝΑΙΟΝ

Haec talia antiquitus fuerint:

Σωτίμου Ἡρα[κλ]ειώτου κ-
αὶ ἐκ[γ]ό[ν]ων προξένου κ-
αὶ εὐεργέτου Ἀθηναίων.

Litteratura aetatem satis vetustam esse monstrat. Patriam quin recte restituerim, vix dubium cuiquam erit; Rossius pro H spiritus asperi nota legit N, qui error saepe a multis, qui titulos transcripserunt, admissus est. De nomine gentilicio cf. Stephan. Byz. v. Ἡράκλεια- τὸ ἔθνικον Ἡρακλεύς, καὶ Ἡρακλειώτης, καὶ Ἡρακλεώτης. C. I. n. 1772. 2 Πύῤῥα Τιμαγόρου Ἡρακλειώτα, Goettling. ad Aristotel. Polit. p. 432, addo ex Stephani Thesauro Par. IV. 1. p. 194: „Choerobosc. in Crameri Anecd.

v. 2. 216. 27 *Ἡρακλειώτης τὸ κλει δίφθογγος· Ἡράκλεια οὕτως ἡ παράδοσις.*" Quae tamen Heraclea intelligenda sit nescio. Verba *προξένου καὶ εὐεργέτου*, locis innumeris iuncta, hic quidem non ipsum proxeniae decretum indicant, sed appellationem tantummodo honorariam, ex illo decreto *Sotimo* vulgo inditam atque etiam in epitaphio adscriptam. Illa autem: *καὶ ἐκγόνων* noli ad illius filios et nepotes referre simul cum avo humatos et in anaglyphis fictos. Ea videntur ita potius explicanda esse, ut, quum in proxeniis formula constaret solemnis: *πρόξενον εἶναι τὸν δεῖνα καὶ αὐτὸν καὶ ἐκγόνους* [1]), statuamus, casu nominativo pro: *Σώτιμος πρόξενος καὶ αὐτὸς καὶ ἔκγονοι* breviter dictum esse: *Σώτιμος καὶ ἔκγονοι πρόξενος*, ubi de uno potissimum Sotimo ageretur, proxenia dum in vivis erat ornato. Eum honorem, quum primum Sotimo tribueretur, eius posteris quoque decretum esse, verbis *καὶ ἔκγονοι* indicatur. Germanice dicas fere: „Des Sotimos aus Herakleia, des Erbproxenos der Athenaeer (Grab)," [2]) ita tamen, ut teneas, eum esse Sotimum, a quo primo posteri proxeniam hereditatis iure acceperint. *Σῶτις* C. I. n. 224. 3 Athen. *Καρκίδαμος Σώτιος ἐδίδασκεν. Σαῶτις* n. 4. 1 mulier Boeckhio est p. 10. b. p. 868. b. et Franzio El. Ep. p. 63, de quo sexu iam dubito [3]). *Σώτιχος* C. I. n. 202. 7. n. 205. 9 Tenius v. lemm. 2329 vol. II. p. 250. *Σωτίων* Boeckh. C. I. v. I. p. 10. b. n. 194. II. 7. 8 Athen. n. 833. 1. *Ἀπαμεύς*. n. 1550. 1 Olen. n. 1756. 2 Naupact. N. 1800. 3 Ambrac. in lapide est

---

1) Confer C. I. n. 84. 8 sqq. n. 87. 9. n. 90. 13. n. 91. 1 sq. 13. n. 92. 5. n. 1052. n. 1334. n. 1335. n. 1562. n. 1564. a. b. n. 1691. n. 1692. n. 1724. b. n. 1752. n. 1841 — 44. Ullrich. disquis. de proxen. (Berol. 1822) p. 44. 51. *Callippus* Heracleotarum proxenus est ap. Demosth. p. 1237. Reisk.

2) Diu haec ego scripseram, quum animadverti, iam ante hos sex annos Boeckhium eodem modo titulum restituisse Int. d. allg. Litt. 1835. n. 35. p. 281. Adde in apographo Boeckhii v. I. pro *N* legi *Π* et versus tertii elementis *ΟΔΘΕΝ* subiuncta esse minoribus litteris:

ΙΕΙΚΔ.ΤΟΙ

ΡΝ quae ille interpretatus est: *ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ* et *Ἀχαρνεύς*. Hae reliquiae sunt ipsius proxeniae decreti.

3) *Σάων* C. I. n. 1575. 6 et *Σαωνίδας* n. 1574. 4. Boeoti, nisi *Σαώνδας* praestat. v. Ahrens. l. l. p. 214.

ΣΩΤΩΝ. Boeckhius vocalem ῑ inseruit. Sed vide Leonidae epigramma in Paralip. ex cod. Vatic. vol. XIII. p. 673, v. 1.

Ὠγινόμοι Σώτων καὶ Σίμαλος, οἱ πολύαιγοι —

Contra *Σωτίων* est praeter locos allatos: C. I. n. 1846. 5. 9 Corcyr. n. 2598. 7. Cret. et fortasse in titulo Theraeo, quem Prokeschius Gerhardo misit, is publicavit in Intellig. d. allg. Litt. 1835. n. 73. p. 593. *ΙΣΙΠΠΟΣ*
—ΩΤΙΩΝ
ΣΩΤΗΡΙΧΟΣΚΑΣΤΟΡ
ΘΕΥΔΟΣΙΟΣΘΕΥΚΛΕΙΔΑΣ

Ibi Meierus p. 596 scripsit: *Ἀνδρ]ωτίων*, sed debebat *Ἀνδροτίων* esse. Fortasse *Σωτίων* fuit, aut *Πρωτίων* C. I. n. 568. 3. Letronn. rech. p. serv. à l'hist. de l'Egypte p. 344. 385. De historicis Sotionibus v. Voss. H. G. p. 169. 233 Westerm. *Σωτίων Λαμίσκου* Mus. Veron. XXXV.

Σωφρόνιχος C. I. n. 2554. I. 8 Cret.

Σωχάρης n. 676. 2 Lamptrensis. Accentus causa *Arcadius* nomen posuit p. 26. 10.

Σώχαρμος n. 2399. 5 Oliari. n. 2408. B. 1 Parius.

Sub finem recensus mei formas annoto boeoticas *Σαυκράτειος* pro *Σωκράτειος* C. I. n. 1588. 3. 4. p. 770. b. p. 724. a. et *Σαύμειλος* i. e. *Σώμηλος* n. 1575. 12. p. 720. b. 724. a. 744. b. 745. a 770. b. Dubia sunt nomina *Σωκάρτης* n. 1654. 1 Gortynius et *Σωείς* n. 2471. 3 Therae: *Κάρπος τὴν ἰδίαν γυναῖκα ΣΩΕΙΔΑ ἀφηρά'ιξεν*. Boeckhius cum Letronneo *Σωσίδα* scripsit „quamquam *Σωεῖδα* ferri potest." Id ego retinuerim, nam confero nomina *Ἀθηναείς* C. I. n. 623. i. e. puto *Ἀθηναΐς* [1]); *Ἀρτεμείς* n. 2806. 1. Aphrodis. *Μητρεῖδος* n. 3141. 30 Smyrn. i. e. *Μητρίδος*. *Metris* Smyrnaea est n. 3333 (Boeckh. v. II. p. 705. b.); *Σφραγείς* pro *Σφραγίς* Smyrn. n. 3258. 1. v. II. 750. b. Nomen autem *Σωίς* s. *Σωείς* compono cum *Σῶος* C. I. n. 39.

---

1) C. I. n. 2232 Chii: *ΑΘΗΝΑΗΣΧΡΗΣΤΙ*
ΧΑΙΡΕ

Boeckhius interpretatus est: *Ἀθηναΐς χρηστὴ χαῖρε*. Fuit fortasse *Ἀθηναείς*. Quoties *H* et *EI* inter se confusa sint, difficile est dictu. Contra *Λύσειν* C. I. n. 3221 sane non videtur ferri posse; editor clarissimus maluit *Λύσσιν*.

Contra diversa sunt ab hoc, de quo agimus, genere nomina *Σωπυρίων* n. 1211. I. 11 Hermion., *Σώπυρος* n. 199. II. 28 *Στειριεύς*, *Σωπυρικός* n. 3249. n. 3250 Smyrn. Ea sunt pro *Ζωπυρίων*, *Ζώπυρος*, *Ζωπυρικός*, v. Franz. El. Ep. p. 247 et supra nomen *Σωσιμῖνος*.

§. 6. Sed haec hactenus. Iam in eo, quod institui, pergam et secutus ordinem titulorum Boeckhianum nomina propria in aliquot eius generis monumentis restituere conabor. C. I. n. 165. III. 42 mancum est militis occisi nomen: . . . *ΥLΕΟϟ* quod nec Boeckhius explevit nec Franzius El. Ep. p. 114. Id potuit *Εὐρ*]*ύλεως* esse, ut *Εὐρύλας* [1]) *Χαλκιδεύς* stadio victor fuit Olymp. 112. 1 (v. Euseb. I. XXXIII. p. 154. Mai. Krauseus die Gymn. u. Agonist. d. Hellen. II. 787.), vel *Ἀρτ*]*ύλεως* (cf. n. 168. b. II. 10 *ΑΡΤ . . Ε* *Ἀρτ*[*ύλ*]*ε*[*ως*? Lemnius Aeantidis; *Ἀρτυσίλεως* C. I. n. 158. §. 3. A. 15. et *Ἀρτυσίλαος* ap. Athen. IV. p. 173. A. nomen Delium; *Ἀρτύλας* s. *Ἀρτύλος* i. e. *Ἀρτύλαος* Megalopolitanus ap. Pausan. VIII. 27. 8 [2])), vel *Πολ*]*ύλεως*, certe *Πολύλαος* habetur Herculis fil. Apollodor. II. 7. 8., vel *Δορ*]*ύλεως*, v. *Δορύλαος* ap. Plutarch. Syll. c. 20. Sane ut veri aliquam speciem coniecturae conciliarem, callidius unum ex quatuor quae attuli nominibus poteram proponere. Sed malui iis, qui minus in hac nominum emendatione versati sunt, exemplo ostendere, quam anceps saepe et dubium in tanta linguae Graecae ubertate restitutionis periculum sit. Paullo certius videtur mihi esse quod conieci n. 168. b. II. 3. *ΟΑΕΝΟΣ*: [*Φ*]*άε*[*ι*]*νος*. Is Lemnius est Hippothontidis. Ad eam tribum pertinebat demus *Οἰνόη*, *Φάεννος* autem *Οἰναῖος* reperitur n. 2306. 6. Hinc suspiceris, *Φάεννος*, qua de forma Aeolica v. Ahrens. dial. I. 52, restituendum esse, quum *N* simplex scriberetur ex usu antiquo, ut in eodem titulo exstat *Ἱποθωντίδος*. Nam *Φάενος* quidem ferri nequit, cf. Ahrens. l. l. not. 7. Potest tamen Gellius, cuius unius apographum est, vocalem *I* omisisse, quam item col. I. v. 6. *ΑΙΛΕΔΟΣ* i. e. *Αἰγη*[*ί*]*δος* neglexit. *Φαεινίς* sa-

---

1) Nomen in Thesauro Stephani Paris. frustra quaeritur.

2) *Ἀρτύμαχος* Tenius est C. I. n. 2338, 51, 54, 113, 115, 117 — 19. Cf. Homericum *ἠρτύνθη δὲ μάχη*.

cerdos Argiva nota est ex Thucydide IV. 133. „Φαεινός Schol. Eqq. 959. 1126. 1147. 1217" Lehrs. de Arist. stud. homer. p. 292. Φαέννου epigrammata in Brunckii sunt Anal. I. p. 257.

N. 169. II. 30. p. 298 editum est: *ΕΣΙ ... ΧΟΣ* „an Ἑστίαρχος omisso *Η?*" Boeckhius p. 299. b. Parum probabilis est haec coniectura, nam in Addendis p. 906. a. ex Claraci et Rosei apographis legitur: *ΕΣΙΟΧΟΣ*. Id ipsum quidem non est verum; sed monstrat tamen, ni fallor, genuinum: *ΕΣΤΙΟΧΟΣ* Ἑστιοῦχος. Spiritus nota, quae aliis nominibus, ut I. 61 Ἵππων, 63 Ἁγνόστρατος, II. 55 Ἅγνων, praemissa est, sive quadratarii culpa (Franz. El. Ep. p. 126) sive transcribentium excidit [1]). Ibid. I. 64 .... *ΜΑΣΟΣ*, apud Roseum (p. 906. a) . . *ΜΑΣΤΟΣ*, fortasse Ὀνό]μαστος dictus fuit. V. n. 284. I. 29. n. 871, Athen. Herodot. VI. 127 Eleus. Polyb. XXIII. 13, 3. Ὀνομάστη n. 1832 est Salonae.

N. 172. I. 29 Φλυεύς est . . *ΟΙΣΤΟΦΩΝ*
. . *ΥΘΙΟΥ*

Non duo elementa, sed unum detritum videtur esse, si quidem recte, ut puto, Boeckhius v. 28 . . *ΔΥΕΙΣ* in Φλυεῖς mutavit. Iam in confusione litterarum *Ο* et *Ρ* toties observata non est veri dissimile, scriptum fuisse: Ἀρ]ιστοφῶν. Id nomen multi olim homines Attici gesserunt: v. C. I. n. 90. 8 Ἀ. εἶπεν, quem ad locum Boeckhius p. 130. b. Ruhnkenium laudavit Hist. Orat. Graecor. p. 129 Reisk. (p. 12 Frotscher) de compluribus Aristophontibus commentatum; Pausan. VI. 13, 6. ἀνέθηκε καὶ ὁ Ἀθηναίων δῆμος Ἀριστοφῶντα Λυσίνου παγκρατιαστὰς ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ κρατήσαντα ἄνδρας [2]). Patrem Λυσῖνον [3]) ex codicibus bene a Walzio et Schubarto restitutum esse, quum priores editores in Λυκίνου corrupissent, titulus docet Atticus quem Rossio debemus, Kunstblatt a. 1840. n. 18:

---

1) Ib. I. 4 est *ΘΟΚΥΔΙΔΕΣ* i. e. Θουκ. — Στησίοχος, n. 2671. 6. n. 2679. a. 2, longius abest, quum duas litteras ab initio deesse credi vix possit.

2) Eius aetas incerta est, v. Krause d. Gymn. u. Agon. II. p. 766. Titulus quem statim afferam intra Olymp. 94. 2 — Ol. 158 propter litterarum formas ponendus videtur.

3) Vid. Demosthen. p. 949. 6. Etymon est Λύσις. Pausan. VI. 17, 1.

ΑΡΙΣΤΟΦΩΝΛΥΣΙΝΟΥ
ΕΙΡΕΣΙΔΗΣΑΣΚΛΗΠΙΩΙ
Ἀριστοφῶν Λυσίνου
Εἰρεσίδης Ἀσκληπίῳ.

Pancratiasten et eum, qui dedicat, unum esse eundemque, facile ego credo, quamquam non defuturos esse qui dubitent praevideo. Denique *Ἀριστοφῶν Λευκίππου* Delius est C. I. n. 158. §. 9. B. 29. Tum patris nomen . . *ΥΘΙΟΥ* suspicor *Ε*]*ὐθίου* fuisse. Phrynes accusator cognominis notissimus est, v. Westermann. Gesch. d. griech. Bereds. §. 54. 35. Steph. Thes. Par. III. 7. 2273. Nec obsto tamen si quis *Π*]*υθίου* malit, C. I. n. 442. 3. [1])

N. 183. II. 16. *γραμματεὺς τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ* insculptus est:

ΕΠΥΡΟΣΠΕΙΘΑΝΔΡΟΠΑΙΟΝΙΔΗΣ

Is *Βλ*]*έπυρος*, puto, nominatus fuit, v. C. I. n. 169. I. 9. et Aristophanem Eccles. 327 seqq. a Crusio allatum in lexico.

N. 184. I. 28, quae inscriptio valde est lacerata,

ΑΓΝΕΑΝΔΡΟΣ
ΕΛΕΥΣΙΕΥ

Boeckhius proposuit: „*Ἀγνέανδρος* (*Ἀλέξανδρος?*) *Ἐλευσινίου.*" Probo patris nomen, quum praecedat *Φίλων Ἐλευσινίου*. Filius *Ἀγ*[*ήσ*]*ανδρος* videtur dictus fuisse. Elementa *ΝΕ* et *ΗΣ* facillime a Sponio, qui lapidem pessime habitum transcripsit, confundi inter se potuerunt. Nec me movet, quod *Ἀγήσανδρος* proprie doricum est nomen, Thucyd. VIII. 91. Nam inscriptio aetatis est Hadriani (c. I. v. 10), et praeterea iam antiquitus nomina eiusdem generis apud Athenienses in usu fuerunt. Talia sunt *Ἀγησίστρατος*, Demosthenis amicus, Vit. X Orat. p. 76. 16 Westerm., et *Ἀγησίας* C. I. n. 165. I. 15 ex emendatione Boeckhii p. 294 (.. *Ε⚡ΙΑ⚡*), *Ἀ. Ἰκαριεύς* tit. trierarch. n. XVI. c. 156. *Ἀ. Ἀχαρνεύς* Plutarch. Aristid. 13., atque etiam C. I. n. 165. I. 16

---

1) Ibid. n. 172. I. 26 inter *Πιθεῖς* .. *ΙΝΩΝ*
.. *ΙΝΟΥ*
fortasse fuit *Δε*]*ινων* [*Δε*]*ιν*[*ί*]*ου*. In Boeckh. tit. trier. XVI. a. 123. 192 (p. 234) est *Δεινων Δεινίου Ἐρχιεύς*.

.. *E϶ANΔΡΟ϶* ubi Boeckhius p. 294 *Στ]ήσανδρος* dedit, *Ἀγ]ή-σανδρος* esse potuit [1]).

N. 185. I. 15 prytanis tribus Cecropidis *Ἁλαιεύς* hic est inscriptus: *ΣΚΡΙΤΟ....ΚΟΣ.* Nescio an *Σεκ(οῦνδος) Ῥ[η]το-[ρι]κός* fuerit; *Σεκοῦνδος Ῥητορικοῦ*, sed is *Βερ(ενικίδης)*, est n. 275 I. 43, *Κλ. Ῥητορικός* n. 284. II. 27., *Ῥητορικός* ex mea coniectura (Spec. On. Gr. p. 76) n. 187. a. 12. Ad *Secundum* autem *Rhetoricum* confer *Σεκοῦνδον Ἀττικόν* n. 400. 3.

N. 194. 34 legitur:

ΦΙΛΟΤΙΜΟΣΛΕΚΕΣΙΔΗΜΟΣ.

Collato titulo n. 276. 5. *ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοτείμου τοῦ Ἀρκεσιδήμου Ἐλεου[σίου*, emendo *Ἀρ]κεσιδήμο[υ*. *Philotimum* pyrphorum fuisse, Boeckhii est sententia p. 333. b. admodum probabilis [2]).

Ibid. II. 24 qui prytanis recensetur *Athmonensis:*

ΙΝΑΚΛΕΙΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ei nomen erat, nisi me fallit, *Πα]ν[τ]ακ[λῆς*, vid. C. I. n. 555. 5. *Φιλία Πανταλείου Ἀθμονέως*. Ibi in Claraci tabula expressum *ΠΛΝΤΑΚΛΈΟΥΣ;* hinc *Πανταλείους* fuisse opineris, de quo genitivo anomalo cf. Franz. El. Ep. p. 233. Ipsum nomen *Πανταλῆς* exemplis illustravi Spec. Onom. Gr. p. 62. *Παντάκλεις* autem forma esset boeotica (Ahrens. l. l. p. 184), quae hic locum non habet.

Ibid. II. 20 prytanis item *Ἀθμονεύς:*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΔΙΟΝΥΣΟΥΟΙ

non *Διονύσιον* videtur patrem habuisse, sed *Διονυσό[δωρον;* cf. n. 375. 3. *Πολυκράτεια Διονυσοδώρου Ἀθμονέως.*

N. 195. I. 18 elementa *ΕΤΕ...ΟϹΑΡΧΑΔΟϹ* in Specimine Onom. Gr. p. 94 refinxi in: *Ἐτέοκλος Ἀρκ.'δος.* Nunc praefero: *Ἐτέ[αρχ]ος*, v. n. 160. §. 1. 3. *Ἐ. Κυδαθηναιεύς*, n. 293. 14.

1) Formam boeoticam *Ἀγείσανδρος*, n. 1637. p. 795. b. p. 719. b. Ahrens. l. l. p. 184, inseré Stephani Thesauro Paris. I. 1. p. 262. et Rostii lexico I. 1. p. 17. b.

2) N. 270. I. 28. *ΦΙΛΟΤΙΚΟΣ Ἀττικοῦ Ἁλιμούσιος:* „*Φιλωτικός?*", non videtur suo nomine uti, nisi nomen *Φιλωτικός* a *Φιλώτας* descendere statuis. Sed eadem probabilitate, qua *Ω* restitutum est loco brevis vocalis, pro *Κ* dederis *Μ*.

'Ε. Ἀγρυλῆθεν. Certam tamen restitutionem esse, minime spondeo. Non enim constat tres tantum litteras desiderari, sed lacuna a Fourmonto notata vel quatuor capit, ut possis coniicere: Ἐτέ-[ανδρ]ος, n. 199. I. 26 Παιανιεύς. At, inquit, talia hariolari quid iuvat? Nimirum mihi quoque interdum si non quod scriptum fuit, saltem quid scribi potuerit proponere placet, praesertim quando afferri simul possunt, quae non ubivis reperiuntur. Ita nomen Ἐτέανδρος non est in Thesauro Stephani Parisino, nedum in Crusii lexico. Ἐτεάνορα ex tit. n. 2563. 1. Hierapytn. L. Dindorfius attulit. Ἐτεόφιλον, et ipsum in nullo lexico conspicuum, tueri conatus sum n. 199. II. 5 Spec. On. Gr. p. 70. Ea in inscriptione v. 8. ΝΙΚΙΑΣΧΑΙΡΕ‖ΔΕΙΔΟΥ. Boeckhius p. 234. b scripsit Χαιρε[κ]λείδου. Ferri tamen videtur id posse, quod in marmore esse dicitur: Χαιρελείδου. Repete nomen a Χαιρέλεως [1]), v. Xenoph. Hellen. II. 3, 2. Isaeum de Hagn. hered. §. 48, et compone nomen Στησιλείδης tit. trierarch. XVI. b. 189. XI. a. 205. 206. XVI. b. 184, cuius etymon est Στησίλεως, v. Crusium lex. Spec. On. Gr. p. 73. C. I. n. 2416. 5. Nec ignotum ego dixerim etymon nominis Θαῤῥελείδης (Aristoph. Avv. 17.) cum Lobeckio Paralip. p. 5. Nam est, opinor, Θαῤῥέλεως.

§. 7. Haud pauca inscriptionum apographa, ab hominibus facta graece minus doctis vel non satis operae labori molesto impendentibus, ita sunt comparata, ut ludere criticorum studia videantur. Eius quoque rei memores sint velim lectores benevoli, si hic illic coniecturae meae non placuerint.

N. 198. 4 ad Pouquevillei fidem post nomen Ἀπολλώνιος Μ[η]τροδώρου editum est: ΕΤΥΧΔΗΟΔΙΑΙΟΣ. In his latere credas nomen in Attica usitatissimum: Εὐτυχίδης, v. C. I. n. 189. 41. 55. n. 194. I. 12. n. 198. 4. p. 909. a. n. 243. 2. n. 282. 19. n. 302. II. 13. n. 485. 1. n. 710. 1. 5. n. 1012. 7. Herodot. IX. 73. Tum Δίαιος veri habet speciem; Atheniensem tamen cognominem non novi. Quapropter videndum arbitror, num Δίαι[τ]ος fuerit: locos, quibus Δίαιτος Δίωνος Φρεάῤῥιος in titulis Athen. navalibus commemoratur, Boeckhius composuit p. 236.

---

1) Χαιρέλας Tenius est C. I. n. 2338. 89. 92. 101. 104. 106.

N. 201. 14 inter Prytanes, ut videtur, est: *ΠΕΤΡΕΥΣ*, quod nomen pro corrupto habitum esse ab editore, eius silentium probat. Neque enim, ut reliqua nomina inde a versu 15, litteris hodie vulgaribus expressit. Sed ausim equidem interpretari: *Πετρεύς*. Exemplum sane eius nominis alterum non est in promtu, nisi forte apud Caesarem de bello civili III. 35 pro *Petreius* cum Ciacconio ex eius libro *Petreus* legendum esse censes. Nam Thessalus ille est, cui nomen Romanum minus bene convenit [1]. Verum, ut dubium sit hoc exemplum, nec in formatione nominis quidquam iure vituperes et accedit analogiae auctoritas. Scilicet ut finxerunt Graeci et Latini nomina *Ἀριστεύς* et *Ἀρισταῖος*, *Περσεύς* et *Περσαῖος* (Diog. Laert. II. 7, 61), *Ὑλεύς* et *Ὑλαῖος*, *Ὑψεύς* [2]) et *Hypsaeus*, *Ὀρφεύς* et *Orphaeus* (C. L. Schneider. Gramm. Lat. I. 1. 76): ita fuisse facile credo *Πετρεύς* et *Πετραῖος*; vide praeter locos in nota allatos Alciphr. III. 35, Boeckh. Explicat. Pindar. p. 274 ubi dictum est de *Neptuno Petraeo*, Plutarch. de Pyth. oracul. XXIX.

---

1) Oberlinus ex libris duobus *Preteus* recepit, quam formam qui probem non habeo. Herzogius p. 389 „Wir fänden, scripsit, in *Petreus* oder *Petraeus* nichts Anstössiges." Illud ipsum *Preteus* facere videtur ad confirmandam scripturam *Petreus*. Tamen fortasse *Petraeus* genuinum est, vide enim Polyb. V. 17, 6. *εὑρὼν τοὺς περὶ τὸν Χρυσόγονον καὶ Πετραῖον ἑτοίμους ἐν Θετταλίᾳ πρὸς τὸ διακινδυνεύειν.* Eum ad locum haec commentatus est Schweighaeuser v. VI. 163. „*Πετραῖον* dedit Florent. Et cum *Πατραῖον* vulgo legeretur cum aliis codicibus, monuit ad h. l. *Gronovius:* „Potius *Πετραῖον*, qualis nominatur lib. IV. c. 24. Et hoc nomine aliquem ex Centauris appellavit Ovidius, indicans, hoc nomen Thessalis fuisse frequens. Videtur idem corruptum in Legat. XXVII. [Reliq. lib. XXII. 9, 7] *παρατηρηθέντες ὑπὸ Σιβήρτου τοῦ Πετράτου*, cum legendum sit *Πετραίου*." — Ovidii locus est Metam. XII. 327. 330. v. Hesiod. Scut. Hercul. 185. Pro *Σιβήρτου* autem non *Σιμοίτου* legerim cum Reiskio VII. 452 Schweigh., sed *Σιβύρτου* a nominativo *Σιβύρτης*, ut est *Βαβύρτας* Messen. ap. Polyb. IV. 4, 5 sqq., aut *Σιβυρτίου*. Eo de nomine, cuius forma brevior erat *Σίβυρτις*, cf. Aristoph. Acharn. 118. Arrian. VI. 27. 1. Diodor. Sic. XIX. 27. ibid. 48. Polyaen. IV. 6. 15. Plutarch. Eumen. 19. Alcib. 3. C. I. n. 1001. 1. Boeckh. v. II. p. 637. b.

2) Nomen *Ὑψηχίδας* Plutarch. Solon. 10, quod ab *ὑψηχής* (Steph. Thes. Lond. p. 4165. c.) descendit, addatur Crusii lexico, ut *Ὑψικρατία* Plutarch. Pom. 32.

Polyb. IV. 24, 8. Crusii causa, in cuius lexico desunt, addo nomina eiusdem, arbitror, radicis *Πέτρων* (Plutarch. de defectu oracul. XXIII. *ἀνδρὸς Ἱμεραίου τοὔνομα Πέτρωνος*) et *Πέτριχος* (v. Schol. Nicandri Theriac. v. 557. 626) et *Πέτραχος*. Vid. Plutarch. Sylla 17. *ἀτραπὸν εἶναι τοῖς βαρβάροις ἄδηλον ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πετράχου παρὰ τὸ Μουσεῖον ἐπὶ τὸ Θούριον ὑπὲρ κεφαλῆς ἄγουσαν*. Ita Sintenisius ex codice Sangermanensi et Parisino *C* dedit, coll. Pausan. IX. 41, 3 (*Πετραχός*); vulgo erat *Πετρώχου*. Add. O. Mueller. Orchomen. p. 34. not. 5. *Πέτρης*, *λιμήν τις* Arcad. 24, 26. Hoffmann. Griechenl. p. 1888.

N. 286., quod marmor ex Muelleri schedis et Claraci tabula editor expressit, col. I. 10 habetur:

HPOCYNOCAΦPO

ubi ab initio litterae non videntur deesse. Boeckhius igitur, etsi subdubitans, scripsit *Ἠρόσυνος* [1]). Nescio tamen an praestet: *Ἡρόσυνος*, ut radix sit *Ἥρα*. *Ἡρόσυνος* ad analogiam nominum *δουλόσυνος*, *δεσπόσυνος*, *εὐφρόσυνος*, *ἁρμόσυνοι* (Hesych.), *χαρμόσυνος*, *ἱπποσύνη*, *ἁδροσύνη* formatum indicat *Iunonium* [2]). Nec praeterire hoc loco nomina volo duo, ex quibus unum est C. I. n. 160. 1. *ἐπιστάται τοῦ νεὼ τοῦ ἐν πόλει, ἐν ᾧ τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα*, *ΒΡΟΣΥΝ*||. *ΕΣΚΕΦΙΣΙΕΥΣ*. Boeckhius p. 271. b, quem secutus est G. Dindorfius Steph. Thes. II. 2. 430, dedit: *Βροσυν..ης*; ac sane post *N* in fine versus 1 una insuper littera locum potest habuisse, ut probabile ego credam, elementa *IΔ* restitui debere. *Βροσυνίδης* tamen num graecum fuerit nomen, vehementer dubito. Leni potius emendatione revocari videtur posse scriptura genuina. Nam quum ante *ΒΡΟΣΥΝ* praecedat *Α*, spiritus autem asper in nonnullis eius tituli vocabulis omissus sit (v. Boeckh. p. 263. a), duplicato elemento *Α* scribendum suspicor [3]): *Ἁβρο-*

---

1) Quod cuivis se offerat nomen *Εὐφρόσυνος* prudenter vir clarissimus sprevit. Sed bene restituit n. 301. 20 ubi ante servata elementa *ΟΣΥΝΟΣ* haud dubie complura interciderunt.

2) Stephani Thesauro Par. IV. 1. 201. adde nomen *Ἠρόξενος* (C. I. n. 275. I. 25. 26.) comparandum nomini *Θεόξενος* v. Steph. IV. 1. 301. C. I. n. 108. 2. n. 289. 1. n. 880. 3. n. 1243. 15. n. 1369. 2. 13. n. 1703. 13, sive *Θεύξενος* n. 1702. 17, *Θευξένα* n. 1547. 1. — *Χαρμόσυνος* est n. 2927. 2.

3) Fortasse sine erroris periculo statueris, ante alterum *Α* etiam *H* exci-

συνίδης. Fuit certe *Ἀβροσύνη* nomen, in Stephani Thes. Par. I. 1. p. 90 allatum ex Viduae Inscript. tab. 40. 1. (C. I. n. 2223. ὁ δῆμος Ἀβροσύνην Ζήνιδος Chii) [1]). Alterum nomen supra significatum in titulo est Attico, quem ex Rossii schedis Boeckhius edidit et illustravit in Intellig. der allgem. Litt. Zeit. 1835. n. 34. p. 275

Η]ΟΡΟΣΧΩΡΙΟΠΕ
ΠΡΑΜΕΝΟΕΠΙΛΥ
Σ]ΕΙΕΥΘΥΔΙΚΕΙ
ΠΡΟΚΟΣΥΝ[Ο

Ὅρος χωρίου πεπραμένου ἐπὶ λύ[σ]ει *Εὐθυδίκῃ* [2]) *Προκοσύν[ου*? Id videtur ad *πρόκα hinnuleum* referendum esse, cf. *Νέβρος* C. I. n. 292. 8. *Nebris* Osann. Syll. p. 500. *Νεβρίδας* C. I. n. 1279. II. 7. *Ἔλαφος* inter maiores Hippocratis Coi ap. Suid. *Ἱππ.* II. 144 Kust. *Δόρκος* Cretens. C. I. n. 2557. B. 3; *Δόρκις* 1) Lacedaem. ap. Thucyd. I. 95, 2) Satyrus, Ott. Iahn. Vasenbilder (Hamburg. 1839) p. 26. *Δορκὶς ἢ Ποππύζουσα* Alexidis fabula fuit, Meinek. Fr. Com. Graec. III. 407.

---

disse sive lapicidae sive eorum qui transcripserunt errore. Spiritus omissus est col. II. v. 45 in numero *ἕξ*: *ΕΧΣ*, *ἑκάστου* I. 48 *ΕΚΑΣΤΟ*.

1) Rostius in Lexico I. 1. p. 8. a. omisit. Idem quum p. 8. b. scripserit: *Ἄβρων oder Ἅβρων*, nec in Thesauro Stephaniano ad liquidum res perducta sit, multique (v. Winckelmann. Plut. Opera Moral. Selecta I. p. 76 in fine) etiamnunc in errore versentur nescientes utrum praeferant spiritum, *Sintenisii* laudo annotationem ad Plutarch. Pericl. XXXII. p. 216, qui post alios docet, nomen *Ἅβρων* ab *ἁβρός* descendere ut *Ἅγνων* ab *ἁγνός*. Confer C. I. n. 165. II. 57 *ΗΑΛΝΟΝ*, id. n. 169. II. 55. *Ἅβρων* est n. 183. I. 13. n. 190. 31. n. 193. I. 19. n. 305. I. 9. 10, ii tamen tituli aetatum omnes sunt, quibus aspirationis nota iam premebatur. — Rostii et Stephani lexica auge nominibus *Ἀβρόμαχος*, apud Delphos usitato C. I. n. 1699. 1. n. 1703. 12. n. 1704. 15, et *Ἀβρωνίδης*, de quo homine Attico v. Boeckh. tit. trier. p. 231.

2) Nomen *Εὐθυδίκη* iniuria L. Dindorfio Thes. Steph. III. 7. 2276 suspectum est visum apud Diodor. XX. 40 (non 14). Nam quod maluit *Eurydicen* scribere ex Plutarcho Demetr. 14 p. 894. E, primum non est credibile nomen rarius in usitatioris locum a librariis substitutum esse; tum bene observari debet, illam Demetrii uxorem civem esse Atheniensem, Miltiadis neptim: Atticam autem *Εὐθυδίκην* esse etiam in titulo scriptam; exspectandum denique, num forte Plutarchi quoque codices, ut Diodori omnes, *Εὐθυδίκην* exhibeant. Id quod Sintenisius nos docebit.

N. 353. II. 15 Boeckhius exhibuit ex Fourmonti apographo
HCAΛΛOCTPYΦΩNOC KY̅

Ἡσαλλος? *Τρύφωνος Κυ.* Pocockius, de cuius fide in universum Franzius conferri potest El. Ep. p. 4, enotaverat: *ΠΕΑΛΛΟΣΤΟΥ.* Haec mihi consideranti aut *Π(οίβλιος)* s. *Π(όπλιος)* [1]) *Θάλλος* aut, quod praetulerim quum pro *M* saepe sit *Λ* in hoc titulo, *Θάλαμος* exstitisse olim videtur. Prius nomen habes C. I. n. 189. II. 22. n. 192. I. 28. n. 245. II. 9. III. 16. n. 266. II. 3. n. 268. 14. n. 275. I. 14. n. 455. 2. ap. Lysiam XIX. 46 Or. Att. p. 116. b. Bait. Saupp. Plutarch. Phocion. 13. Phot. lexic. v. *Ναννίον.* Bergk. Com. Att. Ant. p. 248. Iacobs. Anth. Gr. XIII. p. 956. Lehrs. de Arist. stud. homer. p. 301. *Θαλλίσκος* ap. Alciphron. III. 35. *Θάλαμος* autem, de cuius nominis Graecitate sine causa Welckerus dubitavit Mus. Rhen. 1836 p. 414 ad C. I. n. 3123. 8, legitur C. I. n. 193. 8. n. 198. 5. n. 266. II. 17. n. 308, I. 2 Athen. n. 1755. 8 Opunt. Praeterea annoto, nomina *θάλος, θαλλός, θάλαμος* interdum a scribis quoque codicum inter se confusa reperiri, cf. V. L. Athen. XIII. 564. F. Siglum *KY̅* in fine versus est: *Κυδαθηναιεύς* v. Franz. El. Ep. p. 367; *Τρύφων* eiusdem pagi homo habetur n. 190. II. 17.

N. 451. qui titulus in victoriarum (4. 5 *Ἰσθμοῖ, Νεμέᾳ*) memoriam diis duodecim dedicatus videtur esse, v. 1
ΣMAꞁAIΣXPO

non crediderim cum Boeckhio, latere *Σαλαμίς*, prope cuius portum repertus est lapis, sed potius: *ὁ δεῖνα] Καλλαίσχρου.* De lambda simplice conf. Franz. El. Ep. p. 49. et vascul. collect. Etrusc. n. 144. p. 92 de Witte: „*KAΛIΣ* Calis une canéphore" i. e. *Καλλίς.* *Κάλλαισχροι* (Stephan. IV. 3. 875.) sunt C. I. n. 142. 20. 35. n. 172. IV. 15. n. 261. 5. Vit. X Orat. p. 26 Westerm. Phalarid. ep. 109. Leonid. Tar. XC. 4. Marc. Argentar. XXXIII. 1. Epigr. adesp. DCLIX. 2.

N. 470. b p. 913. a ita habet:
. . AYΣΩAXEΩIΩIANEΘHꞰEN
EYMNHΣTOYΠAIANIEΩΣΓYNH

---

1) Cf. Franz. El. Ep. p. 369.

Mulieris, quae nescio quod dedicat, nomen certo indagare mihi non contigit. Interim exempli causa pono: *Πανσώ*, quod ad *Παύσων* pertinet [1]), *Βλυσώ* (*Βλύσων* Diog. Laert. IX. 1.), *Λυσώ* (*Λύσων*), *Αὐξώ*. Contra eius, cui offertur donarium, videre mihi videor nomen: *Ἀχε[λ]ώῳ*. *Acheloum* ab Atheniensibus quoque cultum fuisse, ex Platonis cognoscitur Phaedro p. 230. B. p. 263. D et Scholio ad Iliad. XXIV. 616. p. 647. b. 8 Bekk., quos locos iam Hefflerus attulit: Die Götterdienste auf Rhodus III. p. 67. Atque hinc *Acheloum* Franzii insere catalogo El. Ep. p. 333. Verba autem *Ἀχελώῳ ἀνέθηκεν* interposita sunt inter nomen *ΛΥΣΩ* et *Εὐμνήστου Παιανιέως γυνή* more ab antiquis inde temporibus satis frequenti et fere constanti in dedicationibus vel indicandis artificum nominibus; v. C. I. n. 25. 3 *Ὑπατόδωρος*, *Ἀριστογείτων ἐποησάταν Θηβαίω* ubi annotavit Boeckhius et Franzius El. Ep. p. 75. N. 470. 1. *Μετρότιμος ἀνέθηκε Ὀῆθεν*. n. 1732. b. 47. *Καλλιγένης Κλεονείκου ἐσφράγικα Τιθορεύς*. — *Eumnestus* Sosicratidae filius *Paeaniensis* est C. I. n. 359. p. 911. a.

N. 944 titulus sepulcralis legitur hic:

ΕΠΙΚΤΗΣΙΣ	*Ἐπίκτησις*
ΔΟΡΚΟΙΟΣ	*Δορκοῖος?*
ΓΥΝΗΧΑΙΡΕ	*γυνὴ χαῖρε.*

Ex schedis Fourmonti petitum est nomen alterum; Pouquevilleus notavit: *ΔΟΡΚΟΥΟΣ*. Suspicor, antiquitus: *ΔΟΡΚΩΝΟΣ* fuisse. Nomen *Δόρκων* vel ex Longi Pastoralibus notum abunde G. Dindorfius probavit Steph. Thes. II. 6. 1640. Adde C. I. n. 1120. II. 4. *Δόρκωνος* Argivi [2]).

Inscriptionibus quas hactenus tetigi Atticis plerisque omnibus titulos aliquot adiungo eiusdem terrae, quos Rossius felicissimus

1) Cf. *Κλήσων*, *Κλησώ* alia, de quibus v. Lobeck. Aglaoph. p. 733.

2) *Δορκεύς* Hippocoontis f. ap. Pausan. III. 15, 2, a quo *κρήνη* dicta erat Spartae *Δορκεία*, G. Dindorfio l. l. p. 1639 suspectus videtur esse, afferenti Apollodorum III. 10. 5 ubi inter Hippocoontis filios *Δορυκλεύς* est. Heyneus p. 318. „*Δορυκλεύς*, inquit, est forte *Δορκεύς* Pausan.“ Equidem nomen *Δορκεύς* Apollodoro censeo reddendum esse. Altera forma analogiae est contraria, sed *Δορυκλῆς* sive *Δόρυκλος* esse debebat. *Δορκεύς* homo Atticus est C. I. n. 115. 23 *Τειθράσιος*.

talium thesaurorum investigator et peritissimus edidit vel certe eruit. Ex iis n. 9 per Franzium publicatus Intell. d. allg. Litt. 1835. n. 32 p. 262 versum decimum habet hunc:

— *ΥΤΤΑΚΟΥΤΟΥΠΥΡΡΟΥΛΑΜΠΡΕΩΣ*

Fuit: *Β]υττάκου τοῦ Πύῤῥου Λαμπ[τ]ρέως*, vide C. I. n. 125. 7. *ἡ βουλὴ, ὁ δῆμος Βύττακον Πύῤῥου Λαμπτρέα*. Boeckhius p. 172. b annotaverat: „de voce *Βύττακον* dubitaveris", sed iam L. Dindorfius in Steph. Thesauro II. 2. p. 462 ex Polybio V. 79, 3. 82, 10 *Βύτταχον* contulit *τὸν Μακεδόνα*. *Λαμπτρέως* autem cur scripserim, infra exponam pluribus.

Boeckhius l. l. p. 275. hanc Rossii inscriptionem repetiit et illustravit

ΟΡΟΣΧΩΡΙΟ
ΠΕΠΡΑΜΕΝΟΕΠΙΛ
ΥΣΕΙΘΙΑΣΩΤΑΙΣΙΣ
*ΔΗΜΟΤΟ*Η

Ὅρος χωρίου πεπραμένου ἐπὶ λύσει θιασώταις ΙΣ—Δημότου Η i. e. *ἑκατὸν δραχμῶν*. „Der Gläubiger, inquit, oder Scheinkäufer — ist eine Gesellschaft von Thiasoten, deren nähere Bezeichnung in dem Genitiv *ΙΣ..ΔΗΜΟΤΟ* lag, worin eines göttlich oder heroisch Verehrten Name mit dem Beinamen *Δημότου* zu suchen ist." Versus 3 a dextra non est integer. Fortasse scriptum fuit: *ΙΣ[ΟΔΑΙΤΟΥ Ἰσοδαίτου Δημότου*. Cf. Harpocration: *Ἰσοδαίτης, Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Φρύνης, ξενικός τις δαίμων, ᾧ τὰ δημώδη γύναια καὶ μὴ πάνυ σπουδαῖα ἐτέλει*, et quae de hoc deo convivali Lobeckius spripsit Aglaoph. p. 622. not. *ff* [1]).

Rossius tituli, quem edidit in Kunstblatt 1835 n. 45 p. 190, versum 3 ita restituit:

ΕΞΑΚΕΣΤ[ΩΡ]ΑΑΚΙΑΔΗΣ

L. Dindorfius in Steph. Thesauro III. 4. 1226 collata inscriptione Boeckhii n. 1584. 23. 49 *Καλλίστρατος Ἐξακέστου Θηβαῖος* scri-

---

1) Cf. nomen *Πανδαίτης* in titulo, quem Rossius edidit, Attico Kunstblatt 1840. n. 32. A: *Λυσίππη Ἀλκιβιάδου Χολλείδου θυγάτηρ, [Π]ανδαίτου γυνή· [Π]ανδαίτης. Σθέννις ἐπόησεν.* Lacedaemoniorum *κρεωδαίτης* notus ex Plutarch. Agesil. 8. Quaest. Symp. II. 10, 2. O. Mueller. Dor. v. II. 240, 5. 276, 5.

bendum censet: *Ἐξάκεστος*, quam non esse formam Doricam pro *Ἐξήκεστος* [1]) totius monumenti (n. 1584) dialectus ostendat. Nimirum Boeckhius p. 765. b. monuerat, in nominibus Thebanis *Ἀμινίας*, *Ἐξακίστου*, *Καβίριχος* aliquid Boeotismi illic haesisse. Cui facile assentior de primo nomine et tertio. At *Ἐξακίστου* num forma sit mere boeotica dubito, nec *Ἐξάκεστος* nominativus fuisse mihi videtur, quae Dindorfii est sententia, sed potius *Ἐξακέστης*, quo nomine Laciadem quoque illum appellatum esse arbitror; confer titulum Smyrnaeum C. I. n. 3232. *ὁ δῆμος Ἐξακίστην Ἀνδροβούλου* et *ὁ δῆμος Μητρέην Ἑρμίππου, Ἐξακέστου δὲ γυναῖκα.* Fit autem *Ἐξακέστης* ab *ἐξακέομαι* ut *Ἀκέστης* (Lobeck. Paralip. p. 448 — 9. Lehrs. de Aristarchi stud. hom. p. 301.) ab *ἀκέομαι* et *Τελέστης* a *τελέω*.

§. 8. Apud Boeckhium C. I. n. 1108, qui titulus Sicyonius est, v. 9 haec sunt nomina:

ΑΝΤΑΝΔΡΟΣ ΣΥΟΓΙΜΟΥ

Patris nomen editor clarissimus mancum reliquit ..*οτίμου*. Posteriora si pro sanis habes, possis explere *Ἐργ*]*οτίμου*, v. C. I. n. 169. I. 39. et vasis inscriptionem collectionis p. 140 commemoratae n. 121. p. 170. Sed verum aliud mihi videtur esse, nam *ΕΥΩΝΥΜΟΥ* tam prope accedit ad *ΣΥΟΓΙΜΟΥ*, ut id (*Εὐωνύμου*) genuinum fuisse fere credam. Id nomen Boeckhius refinxit n. 1082. 1. *ΓΕΩΡΓΕΩΣΥΩΝ*: *Γεώργιος Εὐων*[*ύμου*. N. 200. 19 ex schedis Villoisoni Bekkerianis et apographo Muelleri editum est *ΕΥΩΝΥΜΕ.*, tabula autem Claraci p. 909. a. *ΕΥΩΝΥ-*

---

1) *Ἐξήκεστος* quoque ab *ἀκέομαι* fit ut *ἀνήκεστος*. Etiam medicus videtur probare ita dictus ap. Demosthrn. pag. 379. 16, quem ad locum Taylorus docuit saepe *Aesculapii filiis* ab arte nomina data esse, Schaefer. App. II. 541. Adde *Ἀκεσίλαον τὸν ἰατρόν* Alciphr. III. 7. Stephani autem Thesauro insere: *Ἐξήκεστος ἐπόησεν* in basi Athenis ad Erechtheum reperta, v. Ross. Kunstbl. 1840. n. 17. p. 66. *Ἐξ. ὁ Φωκέων τύραννος* ap. Clement. Alex. Stromat. I. p. 334 Paris. 1641. *Execesti* ap. Cicer. in Pison. XXXVI. §. 89 de Garatonii sententia Orellius scripsit pro codicum scriptura *Exegisti*. Secutus est *R. Klotzius* editor egregius. *Ἐξηκεστίδης* Bergk. Comm. de rel. com. Att. ant. p. 373. Preller. Polem. p. 87. *Θεήκεστος Ἐρχιεύς* Boeckh. tit. trier. X. c. 159. *Ἀκέστορας* Schaeferus enumeravit in Steph. Thes. Paris. I. 4. 1190.

ΜΙΟϹ, ut [*Εὐωνύμιος* [1]) habeatur. *Ὁμολώϊχος Εὐωνυμίδαο* Boeotus est n. 1577. 8. *Ἄντανδρος*, nomen vel ex Pausania notum, est C. I. n. 115. III. 35. n. 172. IV. 34. n. 1575. 9. *Ἀντανδρίδης* n. 1570. b. 37.

N. 1210. 4. *ΕΛΕΥΟΚΛΕ* vide num fuerit: —*ία Εὐθυκλέος*. Idem nomen saepe corruptum habetur. Ita Alciphroni reddidit l. III. ep. 55 Valckenaerius ad Phoeniss. p. 566 pro vulg. *Εὐοκλῆς*. Fortasse ap. Iamblichum quoque V. Pyth. c. 27. p. 109 Kust. pro *ἐπὶ Θοκλέους* non *ἐπὶ Θεοκλέους* scribi debet, licet id nomen statim sequatur, sed *Εὐθυκλέους*. Cognominis homo et popularis, i. e. Rheginus, affertur c. 36 p. 217.

N. 1227. 3 elementa *ΙϹΟΧΡΥΣΟΥΓΥΝΑΙΚΑΔ* non cum Boeckhio explicaverim: *ἰσοχρύσου γυναῖκα δὲ* — sed *Ἰσοχρύσου γυναῖκα*, cf. n. 1245. 3. *Πωλλίων Ἰσοχρύσου*. Murator. MCDXVIII. 1. 3. *Veneria Coiugi Suo Isochryso*. Reliquam inscriptionem a Fourmonto negligenter transcriptam non attrecto [2]).

N. 1240. II. 28 Spart. *ΝΙΚΙΑΣ Ȝ*
ΟΚΑΙΚΛΕ
ΟΣΙΚΙΔΑΣ

---

1) Confer *ἐπώνυμος* et *ἐπωνύμιος*, *Θεόπροπος* et *Θεοπρόπιος* in titulo ap. Leak. Mor. III. n. 14. 1. Add. L. Dindorf. in Steph. Thes. v. *εὐωνύμιος* III. 8. 2533. *Σώστρατος* et *Σωστράτιος* Sicyonius, si certa est lectio ap. Iambl. Vit. Pyth. §. 267. p. 217 Kust. Codex tamen Cizensis *στράτιος* habet, et *Σώστρατος* Sicyonius a Pausania commemoratur VI. 4. 1. *Αἰσχύλος* et *Αἰσχύλιος* C. I. n. 2363. b. B. 12, nisi *Αἰσχυλίων* fuit, v. Meier. Intell. d. allg. Litt. 1838. n. 13. p. 99.

2) Nominibus ab *Ισο* ductis in Steph. Thesauro adde: *Ἰσοδίκην* Euryptolemi f. Cimonis uxorem Plutarch. Cim. 4. *Ἰσοκλείδαν* tit. Theraeo ap. Franz. El. Ep. p. 55; exime *Ἰσόδωρον* eum qui videtur esse C. I. n. 187. I. 1, nam ibi *Κηφισόδωρος* nisi fallor scriptum fuit, v. Spec. Onom. Gr. p. 5. 75. eodemque modo C. I. n. 163. 2: .....*ΕΙΣΟΔΟΤΟ* interpretor: *Κηφ*]*ισοδότο*[*υ*. Iam quod restat unum nominis *Ἰσόδωρος* exemplum ap. Arcadium 72. 10 non ad *Ἶσιν* puto referendum esse, quae Lobeckii quoque est sententia Paralip. Gr. Gr. p. 48—49, sed ad *ἴσος*; confer *Ἀγαθόδωρος* n. 277. 17. *Μεγιστόδωρος* n. 284. I. 11, *Ἀγνόδωρος* ap. Lysiam XIII. 55 alia. Contra ad Lobeckii causam facit sane *Σεραπίων Ἰσοφίλου*, pro quo Boeckhius exspectabat *Ἰσιφίλου* n. 276. I. 17. p. 385. b; facit item nomen *Ἀρτεμοκλέα* C. I. n. 1887.

Boeckhius dubitanter dedit: *Νικίας Νικίου ὁ καὶ Κλεοσικίδας*. Mihi *Κλεονικίδας* videtur fuisse: cognominis Lacedaemonius est n. 1454. 4 ubi v. p. 687. b. *Κλεονίκα* n. 1411. 1. Similiter autem Boeckhius n. 1607. 8 *ΠΕ...ΛΟΣΙΚΟΛΑΟΣΘΟΦΑ*.... restituit: *Νικόλαος*; eius pater *Θεοφάνης* fuisse potest, v. Steph. Thes. IV. 1. 315. C. I. n. 120. 2, 34. n. 169. I. 33. II. 37.

N. 1244. 11 nomophylax Spartanus: *ΙΚΡΑΤΗΣΠΑΣΙΚ\ΕΟΥΣ* dictus, puto, fuit *Καλλ]ικράτης Πασικ[λ]έους*. Ita ut coniiciam, faciunt inscriptiones n. 1249. III. 32. *Πασικλῆς Καλλικράτου* et n. 1241. I. 32. *Π—ῆς Καλλικρ(άτου)*, v. Franz. El. Ep. p. 366. a.

N. 1287. 4 litteras *ΙΝΕΜΑΧΟΥ* reliquias opineris esse nominis *Με]νεμάχου*, quod in titulo est item Spartano n. 1264. 5. Nec dubito quin n. 974. b. p. 920. a: *ΜΝΕΜΑΧΟΣ*
ΦΙΛΙΝΝΗΣ
emendari debeat: *Μενέμαχος*. Crusius in lexico et hoc nomen et alterum significationis eiusdem *Μιμνόμαχος* (Iamblich Vit. Pythag. §. 267. p. 216 Kuster.) omisit. Add. Gruter. MCXXVII. 3.

N. 1078. 3. Megaris *ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τὸν κράτιστον ἐπίτροπον τῶν Σεβαστῶν ΑΥΡΗΛΙΟΝΥΜΕΝΝΟΝ* i. e. Boeckhio interprete, cui Franzius assentitur El. Ep. p. 305: *Αὐρήλιον Μέμμιον* sq. *M. Aur. Memmium Fuscum* (vel *Tuscum*) qui postea consul fuit a. Christi 258. Ingeniosa sane est coniectura, sed num verum sit assecuta dubito. Fourmontus notaverat *ΥΛΕ* — — —, Sponius [1]) ..*ΕΝΝΟΝ*, unde Boeckhius composuit quod vides, *Υ* autem pro sigla habet interpunctioni inserviente. Equidem, si fides est apographis tribuenda, etiam leniore mutatione litteram *Ν* dissolvens in *ΑΙ* insculptum fuisse suspicor: *Υμέναιον*. Id nomen est n. 284. II. 27 Athen. n. 2190. 5 Mityl., apud Murator. *MV*. 9 et 10.

N. 1534. 6 post *τὸν δεῖνα*] *Ἰάσονος* habetur *ΠΠΟΞΕΝΟΣΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΥ*, qui Boeckhio fuit *[Πρ]όξενος Ἀριστοδάμου*. Recte fortasse; non diffiteor tamen, probabiliorem mihi videri interpretationem *Ἱππόξενος*, sive *Π* simplex resedit ex usu

1) Non: *ENNION*, qui error est calami apud Franzium l. l.

antiquiore [1]), sive omissum est alterum quadr
oscitantia, qui titulum descripsit. Quae
ΙΕΡΩ..ΙΠΟΚΡΑΤΕΟΣ Ἱέρω[ν] Ἱπποκράτεος n
firmarent coniecturam meam, si certo consta
revera ita esse in lapide, ut *I* non supersit
et lacunam duobus punctis signatam unius ta
pacem esse. Utut est, affero titulum n. 1570.
Boeotus ut videtur, qui phialam Amphiarao
setur.

N. 1565. 12 admodum dubia est nominu
ΟΙΩΤΑΡΧΙΟΝΙΩΝΤΙΜΟΜ
>ΑΙΤΩΝΑΟ . ΟΙΩΝΟΣΠΕ

„Β]οιωταρχιόν[τ]ων Τιμομ — , Αἰτώναο, .οἰων
loco fuisse potest Τιμομ[είλῳ. Τιμόμειλος, i
lemarcha Boeotus est n. 1573. 6, Phocensis
p. 720. b. p. 744. a. b. p. 745. a. Ahrens. l.
autem altero coniicias Δ]αιτών[δ]αο, coll.
Θεότιμος (ἔργον) Δαιτώνδα Σικυωνίου. An Αἰ
bentur Σαώνδαο (Ahrens. dial. I. p. 214)
ductum n. 1575. 6. Χαιρώνδας a Χαίρων, ita
potuit descendere. Αἰτοῦσαν certe novi ex t
tensi Trav. in the Crete II. 103 *ΚΑΛΛΙΠΟΙ*
ΚΑΙΑΙΤΟ
ΑΓΗΣΙΦΩ
ΥΙΩ

i. e. Καλλίπονος καὶ Αἰτο[ῦ]σα Ἀγησιφώτῳ υἱ
ΠΤΩΙΩΝΟΣ Πτωΐωνος, v. C. I. n. 1570. b. 3

1) Conf. Specim. Onom. Gr. p. 43. C. I. n. 168.
ΤΙΔΟΣ, id. n. 171. l. 20. p. 303. a. p. 304. a. Giese
p. 381. N. 816. 1. *ΜΕΝΙΠΟΣ*, Φειδιπίδας in tit. Ther
n. 12. p. 55. p. 49; vascul. Durandi n. 293. p. 96 *ΗΙ*
115 *ΗΙΠΟΖ*, vasc. Neapol. in Gerhardi et Panofkae
Bildwerke, v. I. p. 344 *ΙΠΟΔΑΜΕΙΑ*. Cf. Welcker. M

2) Nomen Καλλίπονος est e rarioribus. In titulo n.
ΝΟΤ Boeckhius mutavit in Ἀντιγόνου. Nomen vero Ἀ
Pashl. etiam v. II. 109. v. 3. Osann. Zeit. f. A. 1840.

Simile priori nomen vide num bene restituam n. 1574. 17:

ΟΑΛΩΝΙΔΑΣΜΝΑΣΙΩΝΙΟΣ

Versus ab utraque parte integer est, nec in fine eius, qui praecedit, quidquam deesse annotatur. Editor tamen clarissimus dedit *Ἀπο]λλωνίδας Μνασιώνιος.* Ego minore molimine deprehendere quadratarii manum mihi videor: *Θ]αλωνίδας*, confer n. 1591. b. 52. *Ἐπίνικος Θάλωνος Πτολεμαιεὺς ἀπό* —. In quo nihil refert, quod is *Thalon* non Boeotus est homo; *Θάλλεις Εὐδάμω* Boeotus est n. 1576. 5. p. 760. a. Num vero *Θαλώνδας* scriptum oportuerit necessario, non definio. Qui cum Boeckhio formam *Ἀπολλωνίδας* pro genuina habet Ahrensius de dial. I. p. 214, tueri vocalem quodammodo videtur, nec ego expulerim, si certum est lapidis apographum. Alterum tamen nominis Boeotii exemplum in *ωνιδας* exeuntis non novi; apud alios Graecos utramque simul formam et breviorem et longiorem in usu fuisse video: C. I. n. 2479. 2 *Ἀρχωνίδαν* [1]) *Κρατησίππου*, n. 2480. 2 *Ἀρχώνδαν Τελεσιγένους*, ii sunt Anaphaei. Ita inter Athenienses quoque multi, ut exemplum afferam, reperiuntur *Λεωνίδαι* (C. I. n. 169. III. 35. n. 190. I. 30. n. 193. II. 15. n. 194. II. 8. n. 272. II. 23. 24 al.), sed etiam *Λεώνδης* nomen usitatum erat. Vid. inscriptionem a Gerhardo editam Intellig. d. allg. Litt. 1835. p. 596. 597 *ἐπὶ ἐπιμελητοῦ τῆς νήσου Ἀλεξάνδρου τοῦ Λεώνδου Ἀλ[αιέως* [2]). Cf. Boeckh. Corp. Inscr. v. I. p. 726. a. Welck. Tril. Aesch. p. 274.

---

1) Locis, quos de hoc nomine Schoemannus congessit ad Isaeum p. 184, adde Plutarchum Dione 42 (*Ἀρχωνίδην*), C. I. n. 2600. *Ἄρατος Ἀρχώνδα* Lytti. Valcken. ad schol. Eurip. Phoen. v. 1386. p. 764.

2) Quae restant haec sunt:

ΕΠΙΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥΤΗΣΝΗΣΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΤΟΥΛΕΩΝΔΟΥΑΛ
ΚΑΙΤΩΝΕΠΙΤΑΙΣ
ΔΑΜΩΝΟΣΤΟΥΦΙΛΟΚΛΕΟΥΣΙΚΑΙΤΟ
ΚΑΙΑΠΟΛΛΟΦΑΝΟΥΤΟΥΝΕΟΧΟΔΟΥΕΙΜΕ

Meierus p. 597: *καὶ τῶν ἐπὶ τὰ ἱ[ερὰ] Δάμωνος τοῦ Φιλοκλέους [ἐξ] Αἰ[ξωνέων] καὶ Ἀπολλοφάνου τοῦ Νεοχ[άρ]ου Εἰ[ρ]εσί[δου*, non praestans ille nomina demotica a se restituta genuina esse. Mihi ex iis unum, quod est v. 4, certa ratione corrigi videtur posse: *Ἰκα[ριέως*, v. C. I. n. 147. 4. n. 646. 3. n. 117. 8. Sed formula *ἐξ Αἰξωνέων mulierem* indicaret, v. C. I. n. 569. a. 4. Boeckh. lemm. n. 692. p. 506.

N. 1575. 5 inter equites nomina professos est *ΣΥΛΑΝΟΣ*‖ *ΤΙΜΑΣΘΙΩ* Συλανὸς Τιμασθίω. Ex his patris nomen diligenter notandum esse censeo. Nam licet in promptu sit, iota inserto scribere: Τιμασιθίω i. e. Τιμησιθέου [1]), erunt tamen fortasse qui cum Boeckhio et Ahrensio de dial. I. 179 (Τιμάσθιος) in vulgato acquiescant. Ii syncopen ut probent, conferre possunt nomina Μάνθεος, quod pro Μανίθεος s. Μηνίθεος (n. 169. III. 23) esse volunt Boeckhius C. I. n. 34. 1. p. 52. a. et Franzius El. Ep. p. 83, et Λυσθείδης et Μνησθείδης de quibus statim dicam; nam Μενεσθεύς, Τελεσθώ, Εὐρυσθεύς, Ὀρεσθεύς et si quae sunt alia non videntur huius loci esse, quippe quae non habeant in se nomen θεός. Iam nomen Λυσθείδης mihi certe ex uno tantum innotuit Etymologico Magno p. 166. 4, ubi inter alia patronymicorum, quae sunt in ειδης, exempla affertur. Sed vitiatum esse et Λυσιθείδης scribi debere, Lobeckius quoque statuere videtur Paralip. p. 5. Apud ipsos scriptores et in titulis solam formam pleniorem reperio, cf. C. I. n. 109. 1. *ΕΙΠΙΛΥΕΙΟΕΙΔΟΥΑΡΜΟΝΤΟΣ* ἐπὶ Λυσιθείδου ἄρχοντος „eius aetatis ubi Fasti lacunosi." p. 152. b.; n. 221. 1. Λυσικράτης *ΛΥΣΙΘΕΙΔΟΥ*; tit. Attic. repetitus a Welckero Mus. Rhen. 1841. p. 209, v. 3: Λυσίμαχος Λυσιθείδους Ἀργυλῆθεν [2]); Demosth. p. 565. 13, p. 703. 14, p. 1240. 8. Tum e Zonara p. 1364 peto nomina: Μνῆσος· Μνησθείδης ὀνόματα κύρια ubi Tittmannus allato Suida: Μνησιθείδης· ὄνομα κύριον „suspicor, inquit, Μνησίθεος." Id quidem praeter rem, nam Μνησιθείδης satis usitatum fuit, syllabis ubique quatuor constans. Vid. Diod. Sicul. XI. 81 Ἀθήνησι — ἦρχε Μνησιθείδης Olymp. 80. 4. ante Christ. 457.

---

1) Cf. Pausan. VI. 8, 4. Τιμασίθεος γένος Δελφός. 14, 2. Τιμασ. Crotoniata. Τιμησ. C. I. n. 165. II. 16 Athen. T. ἐκ Κεραμέων tit. naval. XVI. c. 63. 68. T. ὁ δρομεὺς Aeschin. c. Tim. p. 22 Steph. *Thymasitheus* Liparitanorum princeps ap. Valer. Max. I. 1. Extern. 4. melius a Plutarcho Camill. 8 Τιμησίθεος appellatur, *Timasitheus* a Livio V. 28, Τιμασίθεος a Diodoro Sic. XIV. 93.

2) De hoc genitivo dubito: pro *Σ* fuit : interpunctio; contra forma Ἀργυλῆθεν notabilis esset, v. Leak. d. Demen v. Attika übers. v. Westerm. p. 222. Sed *ΑΓΡ* est in apographo Intell. d. allg. Litt. 1838. n. 34. p. 273.

Xenoph. Hellen. II. 3, 2. unus e XXX tyrannis, C. I. n. 3140. 23 Smyrn. Itaque quum unum sit *Μάνθεος*, quod cum aliqua probabilitatis specie huc referri queat, quum praeterea inscriptio, de qua sumtum est nomen *Τιμάσθιος*, non sit accuratissime transcripta, id quod Boeckhii annotatio manifesto docet: equidem iota inserere non dubito. Contra non probo, si quis nomen *Συλανός* mutare velit, fortasse is formam *Σιλανός* praeoptans, quae est pro *Σιληνός* sive *Σειληνός* [1]); v. C. I. n. 169. III. 60. Athen. Hippothontidis, ap. Xenoph. Anab. I. 7, 18. V. 6, 17. 29, 34. VI. 2, 13 Krueg. Ambraciota vates, VII. 4, 16 Macestius. SILANOS *TEPIION* in vase Etrusco n. 135. p. 85 catal. de Witte [2]). Illud, quod in lapide est, compono cum nominibus *Σύλιχος* C. I. n. 166. 9, *Συλοσῶν* [3]), *Συλεύς* [4]). Tum v. 7 *ΓΑΣΙΑΣΤΡΕΨΙΠΠΙΔΑΟ* Boeckhius interpretatus est: *Πασίας Τρεψιππίδαο.* Sed patris nomen minus placet; nescio an *Σ]τρεψιππίδαο* fuerit, factum ad notissimam phrasin *στρέφειν ἵππους.* Nec ignotus cuiquam est *Στρεψιάδης* [5]). Denique pro *ΓΑΣΙΑΣ* quum Wheler. notaverit *ΕΑΣΙΑΣ*, non inanis videtur suspicio, legendum esse *Βασίας.* Eius nominis Arcas apud Xenophontem reperitur Anab. IV. 1, 18, Eleus VII. 8, 10.

N. 1591. 1. *ΕΥΞΩΠΟΛΥΚΡΑΤΟΥ* Boeckhius restituit *Ζ]ευξὼ Πολυκράτου[ς*, et sigma quidem adiiciendum fuisse probat v. 5 *Εὐκράτεια Πολυκράτους.* Sed quum vix quidquam ab initio versus desit, *Εὐξώ* servari videtur potuisse, conferatur nomen *Εὐχωνίδας* C. I. n. 2485. III. 45 Astypal. (cui non dissimile *Βούλων* Steph. II. 2. 367.). Tertium eiusdem radicis nomen est *Εὐχίδας*, v. Plutarch. Arist. 20 et Suid. v. *Εὐχίδης* [6]).

§. 9. Titulus Parius a Boeckhio editus C. I. v. II. p. 349. n. 2391 et a Rossio ex suis schedis in Kunstblatt 1836. n. 12 hic est:

---

1) Spec. Onomat. Gr. p. 18.

2) De Romanis *Silanis* v. Boeckh. C. I. ad n. 369. p. 435. a.

3) Cf. *Ἱεροσῶν* C. I. n. 2077. 5. n. 2096. d.

4) Aliena videntur *Σύλλος*, *Σύλλιος*, *Σύλλας*.

5) Cf. *Θρεψίππας*, de quo v. Cap. III, §. 5. v. *Σωτίμας.*

6) De *Εὐξίππη* et *Ζευξίππη* inter se confusis alio loco agam.

ΑΡΧΟΝΤΟCΠΥΡΡΑΚΟΥΤΟΥΛΟ
ΓΙΟΥΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΝΕΠΑΦΡΟ
ΔΙΤΟΥΥΠΕΡΤΟΥΠΑΙΔΙΟΥΕΠΑ
ΦΡΟΔΙΤΟΥΤΗΝΠΑΙΔΙΚΗΝΤΡΙΧΑ
5 *ΥΓΙΑΚΑΙΑCΚΛΗΠΙΩΤΗΝΠΑΙ*
ΔΙΚΗΝ

Ἄρχοντος Πυῤῥάκου, τοῦ λογίου, Ἐπαφρόδιτον Ἐπαφροδίτου ὑπὲρ τοῦ παιδίου Ἐπαφροδίτου τὴν παιδικὴν τρίχα Ὑγίᾳ καὶ Ἀσκληπιῷ. Attuli propter dedicantis nomen. Nam quum praeter eos, quos Boeckhius secutus est auctores, Rossius quoque *ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΝ* dederit, certissima igitur elementi *N* fides haberi debeat, mutationem in Corpore Inscr. propositam: *Ἐπαφρόδιτο[ς* equidem satis dubiam esse censeo. Videtur potius muliebre haberi nomen: *Ἐπαφρόδιτον*. cuius maritus erat *Ἐπαφρόδιτος* et filius cognominis. Nec est quod mireris, *matrem* nati comas dedicare; idem factum n. 2393. 4. *Τρωὰς τοῦ Ἀρτέμωνος* [1]) *μετὰ τοῦ πατρὸς Ἀσκληπιάδου τοῦ Πυθείδου ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ μου Δαμαρίωνος τοῦ καὶ Ἡλιοδώρου τὴν παίδειον τρίχα Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγείᾳ.* — De omisso in utraque inscriptione nomine *γυνή* v. Schaeferi Lamb. Bos. Ellips. p. 92 et 859. C. I. n. 1214. *Σαβεῖνην Σεβαστήν, Αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ Ἀδριανοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ* (sc. *γυναῖκα*) —. Ut vero *Ἐπαφρόδιτος* et *Ἐπαφρόδιτον* in usu videntur iuxta fuisse, de viro unum alterum de muliere, ita reperiuntur *Δημήτριος* et *Δημήτριον*

---

1) Ita ex coniectura Boeckhius. In lapide est v. 4—5:

ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥCΤΡΩΑCΚΟΥΑΡΤ..‖ΩΝΟC,

aut si Rossio credis (Kunstblatt l. l. p. 47):

ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥΟΤΡΩΔΟΚΟΥΑΡΙ‖ΩΝΟC.

Ferri sane potest *Τρωὰς τοῦ Ἀρτέμωνος*, v. Franz. El. Ep. p. 91. Sed non minore, ne dicam etiam maiore, probabilitate longe alia comminiscaris, ut *Τρωὰς [Δαμ]αρίωνος*, i. e. *uxor*, propterea quod filio nomen est *Damarioni* (Murator. MDCVIII. 9); *K* autem et *Δ*, *O* et *Α*, *Υ* et *Μ* facile inter se confundi potuerunt. Mitto ipsius quae dedicat personae nomen, neque enim praestiterim sanum esse *Τρωὰς* (Plutarch. Pyrrh. 1). Verum quidquid nominis fuit, procul dubio mulier habetur. Nam quum nominativo aperte sit genitivus appositus vv. 4. 5, patris autem nomen sequatur (*Ἀσκληπ.*), is genitivus maritum debet indicare, nominativus uxorem. *Ἀσκληπιάδης* si pater esset *Δαμαρίωνος*, legeremus *μετὰ τοῦ ἀνδρός* et *τοῦ υἱοῦ ἡμῶν.*

(v. tit. Boeckh. Intelligenzbl. d. allgem. Litter. 1835. p. 268. a. *ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς Δημητρίου*), *Χαρείσιος* (C. I. n. 191. I. 14. n. 286. III. 18. Aristaenet. I. 22) et *Χαρείσιον* n. 1409. 2. ubi v. Boeckh. p. 675. b., *Ἐρώτιος* n. 405. 3. p. 450. a. et *Ἐρώτιον Ἀπολλωνίου Ἀμισηνή* n. 818. 1., *Ἀπολλώνιος* et *Ἀπολλώνιον*, v. C. I. n. 1828. *Κουρτίου Ὀνησίμου καὶ Ἀπολλωνίου καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν· ΑΓΩΘΕΣΙΑ χρηστὴ χαῖρε*, ubi tamen editor v. II. p. 10. b. *Ἀπολλωνίας* mavult et *Ἀπολλωνία*.

Sub finem, quum pro instituti sui ratione brevior Boeckhius fuerit, haec ad illustrandam inscriptionem liceat conferre. V. 1 archontis nomen *Πύῤῥακος* in Teniis quoque exstat titulis n. 2334. 32. n. 2338. 77. Archon ille simul *λόγιος* fuit, quo de munere cf. n. 2189. 7. Mityl. *Αὖλον Κλώδιον Περεννιανόν — τὸν εἱρέα καὶ ἀρχιερέα, καὶ λόγιον, πρύτανιν, ἀγωνοθέταν ἐνὶ ἐνιαυτῷ* [1]) —. *Λόγιον* eundem esse puto atque *λογιστήν*, nec offendit quod Pyrrhacus simul et archontis et logistae partes tenuit. *Comae puerilis* (*τῆς παιδικῆς* s. *παιδείου τριχός*) dedicatio est etiam n. 2392. n. 2393., v. Hadr. Iunius de coma p. 509 Animadv. ed. Hag. 1737, interpr. Hesych. *κουρεῶτις*, Wernsdorf. ad Himer. p. 777 [2]). Denique *ΑCΚΛΗΠΙΩ* Vidua enotavit et Rossius, duplex sigma Boeckhius ex Prokeschii et Hamiltoni apographis adsumsit. Quod si praefers, vide Franz. El. Ep. p. 247, Spec. Onom. Gr. p. 104 [3]).

Inscriptio n. 2363. b. ex Lebenii et Prokeschii apographis edita, quae nomina tantummodo propria continet, in plerisque magnopere est vitiata. Nam quum saxo incisa sit Carthaeensi, pluviis et tempestatibus haud exigua elementorum pars ita vide-

---

1) Boeckhius v. II. p. 196. b. „*Λόγιον* et *πρύτανιν* separanda sunt: fuit is *λόγιος* et *πρύτανις* et agonotheta eodem anno.“

2) Hinc explico Plutarch. Amat. 24. p. 770. B. p. 66. 9 Winckel.

3) Conf. C. I. n. 429. 2. *Καλλισστώ* p. 456. b, *σεβάσστιος* et *φίσσκος* n. 1933. 4, 9. v. II. p. 43. *ἐῤῥώσσθε* n. 2852. 29. *εἰςώσστας* n. 2833. 3. *ἔσστιν* n. 3007. 5. *τῆς -σοροῦ Προκοννησσίας* n. 3282. 2. *Κάσστωρ* in vase Beugnoti n. 45. p. 44 (Paris, 1840). *Μόσσχος* in tit. ap. Ross. Reis. u. Reiserout. I. p. 8. v. Welcker. Mus. Rhen. 1832. p. 318. Aeolica sunt *ἐτείμασσεν* n. 2190. 3. v. II. p. 197. b, v. Ahrens. l. l. p. 65, et *Σωφρόσσυνος* n. 2206. 2.

tur eluta esse, ut certo dignosci iam nequeat. Nihilominus multa Boeckhius egregie restituit, de nonnullis tamen dubito. Ita col. A. v. 11 quod esse traditur *ΙΦΑΙΝΕΤΟΙΣ*, ille: *Κρυφαίνετος* interpretatur. Sed quum id nomen nondum allatum a quoquam sciam, nec a significatione magnam commendationem habeat, alia quaerenda videtur medicina. Eam Meierus fecit in Intellig. d. allg. Litt. 1838 n. 13 ubi titulus ex Rossii schedis repetitus est paulo plenioribus. Nam quum Rossius enotaverit *ΥΦΑΙΝΕΤΟΣ*, Meierus p. 99. not. coniecit: *Εὐφαίνετος*. Verum haec quidem forma probari omnino non potest; nam ab *εὖ* et *φαίνειν*, quam unam video etymologiam, non descendit nisi *Εὔφαντος* s. *Εὐφάνης*. Quapropter tertium ego propono: *Πυθαίνετος*. Eius nominis scriptor fuit, qui libros *περὶ Αἰγίνης* fecit, v. Voss. de Histor. Gr. p. 493 ibique Westerm. not. 45. Tetigit nomen etiam Lehrs. de Arist. stud. hom. p. 291 similia afferens ut: *Μεγαίνετος*, *Κλεαίνετος*. Alia nomina, quae adhibito Rossii exemplo iam rectius videntur scribi posse, haec sunt. Col. B. v. 2 (1) Ross. *Η.. ΑΣΦΙΛΩ*, Boeckh. *ΗΜΑΣΦΙΛΟΣ*, Meierus dedit: *Ἡγησίας, Φίλων*. Ego quum vix quidquam a sinistra exciderit, id quod Rossii ostendit apographum, malo: *Ἡγίας Φίλω[νος*, de nomine *Ἡγίας* cf. C. I. n. 385. 15. n. 715. 1. n. 1211. IV. 15. Boeckh. tit. trierarch. IV. 9. 85. X. b. 138. Stephan. Th. Par. IV. 1. 94. *Ἡγίας* fortasse fuit col. B. 3 ubi Boeckh. *ΑΝΕΣΗΓΕΑΣ*, Rossius *Α...Σ:ΗΓΕ* habet. Nisi ibi exstitit *Ἡρίας*, cuius nominis scriptor a Plutarcho aliquoties laudatur, v. Westerm. ad Sol. 10. Ibid. v. 4 *Η..ΔΕΩΣ* Meierus explevit *Ἡδύλεως*, quod nomen nescio ubi praeter hunc ipsum locum exstet; Boeckhius probabiliter *Ἡγέλεως*, cf. Pausan. II. 21, 3. *Ἀθηνᾶς — ἱδρύσασθαι Σάλπιγγος ἱερὸν φασιν Ἡγέλεων* Tyrseni sc. filium. V. 5 pro *ΘΕΟΤΡΕΙΔΗΣ* (Rossius: *Θ.....ΔΗΣ*) Boeckhius coniecit: *Θεοκλείδης*; suspicor *Θεοτρε[φ]ίδης* fuisse. Nomen adiectivum *θεοτρεφής* probatum vide in Steph. Thes. Par. IV. I. 314; proprium quod finxi simile est nomini *Διοτρέφης*, *Διϊτρέφης*, *Διειτρέφης*, Boeckh. C. I. v. I. n. 152. 3. p. 238. a. n. 215. n. 169. III. 48. Ex his, quas modo attuli, formis tertia restitui debet versui Boeckhiano 11 *ΔΙΟΤΡΕΦΕΣ* ex Rossii schedis: *ΔΙΕΙΤΡΕΦ.* V. 7 Boeckh. *ΜΙΚΑΙΩΝ* *Μικκίων*; Ross. *ΜΙΚ.ΑΙΩΝ*

atque hinc Meierus: *Μικρυλίων*. Malo, quum una tantum littera desiderari videatur: *Μικυλίων*. Id a nomine *Μικύλος* repeto, quod habetur in Callimachi epigrammate LXI. 3 Brunck. Anal. I. 475, nec esse cur *Μικκύλος* scribatur Iacobsius ostendit v. VII. p. 309 collato nomine *Μίκυθος* eiusdem originis [1]). V. 14 ubi apud Boeckhium est *ΓΕΣΙΚΛΕΥΣ Περικλῆς* (!), cum Meiero ad Rossii litteras: *ΗΓΕΣΙΚΛ* legi debet: *Ἡγησικλῆς* (Herodot. I. 65), *Ἡγεσικλῆς* [2]), quocum conferas poeticum *Ἡγεσίλαος* (Steph. Thes. Par. I. 1. p. 284), si non spernendum at dubium certe est propterea, quod *E* in aliquot nominibus huius inscriptionis pro *H* ex usu prisco remansit. Ita col. A. v. 10 Rossius *ΜΕΝΟΦΑΝΕΣ*, i. e. ex proba Meieri interpretatione: *Μηνοφάνης*, annotavit; Boeckhius eo loco scripsit *ΚΛΕΝΟΦΑΝΗΣ Κλεινοφάνης*. Item col. A. v. 5, ubi in Corpore Inscr. editum est *ΞΕΝΟΚΡΑΤΗΣ*, Rossius *ΚΡΑΤΕΣ* habet. Columna A plenior est apud Boeckhium quam in schedis, quae ab Intelligentia

---

1) Altera forma *Μίκυλλος* apud Lucianum est in Gallo, *Μικκύλος* C. I. n. 1706. 2 Delph. Cf. *Μίκκη* C. I. n. 970. 4. *Μίκκος* n. 1756. 7, Polyb. IV. 59, 2; idem qui *Σμῖκρος*: n. 165. III. 56. n. 167. 17. n. 171. I. 5. n. 289. 9. *Μίκκων* n. 1567. 3. Contra *Μίκων* est n. 289. 14. n. 618. 2, 4. *Μικίων* n. 151. 26, Boeckh. tit. trier. X. f. 24, C. I. n. 3140. 10, 26, 37. tit. Attic. Intellig. d. allg. Litt. 1835. p. 269. v. 38. Plutarch. Arat. 41, quae eiusdem, puto, significationis sunt cuius *Μίκκων* et *Μικρίων* n. 1571. 18, 21, 34. *Μίκυθος* habetur n. 164. 14. n. 183. III. 9. n. 1570. b. 30. *Σμίκυθος* n. 77. 2. n. 102. 11. n. 115. II. 22. *Σμικυθίων* n. 167. 22. — Cf. Schaef. ad Greg. Corinth. p. 282, Schoem. ad Isaeum p. 303. *Micciades* Plin. N. H. XXXVI. 2. 5. 11. *Μικκίνας* Corcyr. in titul. Ann. dell. Inst. 1829. p. 157.

2) In transcursu defendo nomen *Ἡγέμων* apud Demosthenem p. 253. 11. *ἐπὶ Χαιρώνδου Ἡγέμονος ἄρχοντος*. „Libri multi, G. Dindorfius annotavit in Steph. Thes. IV. 1. 89, *ἡγεμόνος*. Quo accentu apud Arrian. scribitur Exped. V. 19, 3. Praestat autem fortasse *Ἡγήμων* scribi.“ Eam sententiam s. v. *Ἡγήμων* repetiit p. 92. Mutandi tamen causam non video; *ΗΓΕΜΩΝ* legitur etiam in titulo Attico n. 272. IV. 9: *Ἡγέμων*, add. n. 2416. 11. De accentu Lehrsius dixit de Arist. stud. p. 302. Mihi utra forma unoquoque loco tenenda sit, a libris videtur pendere. Confer quae exposui in censura Phocionis Plutarchei a Kranero editi in Iahnii et Klotzii Annal. Phil. 1840. XXX. 1. p. 55—6. Iacobs. Anth. Gr. XIII. p. 900. Apud Demosthenem vero notabile hoc duco in psephismatis verbis, quod archontis *pater* nominatus est. Alia exempla attuli p. 17 not. 1.

nomen traxerunt. Ibi v. 2 *ΝΟΦΩΝ*, quae elementa Rossius non habet, editor clarissimus, ab initio syllaba *ΞΕ* de suo praemissa, dedit *Ξε*]*νοφῶν*. Sed si fides tribui Lebenii et Prokeschii apographis potest, quorum Eques Splendidissimus vocalem *Ω* pro pictoris *O* suppeditavit, integra est pars columnae sinistra. Inde non addendas esse censeo litteras, sed disiungendum elementum *N* in *ΔΙ*, ut extricetur nomen *Διοφῶν*. Cognomines sunt in Simonidis epigr. LXVII Brunck. Anal. I. 140. (n. 137 Schneidewin. delect. p. 422. Kraus. d. Pyth. Nem. u. Isthm. p. 212.), apud Callimachum epigr. LIV. 4. Lucill. ep. CVII. 2 Br. Anal. II. 339. Straton. Sard. ep. XVII. 6 Br. An. II. 363 [1]). V. 9 Boeckhius *ΠΙΘΕΙΔΗΣ*, Rossius *ΙΘΕΙΔΗΣ*, unde Meierus fecit *Δυσ*]*ιθείδης*. Equidem libenter Boeckhianum tolero nomen *Πιθείδης*. Id a *Πιθεύς* ductum est nomine demotico [2]), quod cur negetur simul proprium fuisse, causa non est. Cognata videntur esse *Πίθων* C. I. n. 165. II. 26. et *Πιθυλλίς* n. 996. 2. Sin tamen mutare mavis, in promptu est *ΠΥΘΕΙΔΗΣ Πυθείδης*, nomen Parium in Boeckhii inscriptione n. 2393. 5 (Ross. Kunstbl. 1836. n. 12.). Sed, quod iam dixi, ego nihil muto.

N. 2562, 22 est *ΠΑΡΗΣΑΝΣΑΜΑΓΟΡΑ...Ω*. Boeckhio interprete: *Παρῆσαν* [*Δ*]*αμαγόρα*[*ς*? *scribendo affuerunt* (p. 421. b.). Sed nescio an stare queat qui in lapide videtur esse *Σαμαγόρας*. Confer Athenaeum X. 429 F. *τὸν δὲ Σαμαγόρειον οἶνον καλούμενόν φησιν Ἀριστοτέλης ἀπὸ τριῶν κοτυλῶν κερασθεισῶν μεθύσκειν ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἄνδρας.* Ita G. Dindorfius scripsit ex codice Palatino, Veneta principe et Casauboniana I. *Σαμαγόνιον* est in Laurentiano, *σαμαγόνειον* in membranis Casauboni, *σαμόγειρον* in Hoeschelii epitome. Alia praeter id nomina, quae huius loci esse arbitreris, sunt: *Σάμος* Lacedaemoniorum nauarchus apud Diodor. Sicul. XIV. 19, Xenophonti Hellen. III. 1. 1

---

1) Cf. nomina *Θεοφῶν*, de quo Schoemannus egit ad Isaeum p. 151, *Ἠροφῶν* ex Hippocrate p. 974 a G. Dindorfio allatum Steph. Th. IV. 1. 201.

2) Vid. C. I. n. 151. 4. n. 172. I. 21. n. 185. 26. Boeckh. tit. trier. X. d. 45. XIII. a. 65. p. 237, p. 252. p. 254. p. 255. Altera forma *Πιτθεύς* est n. 281. III. 9. n. 445. 11, 13. Cf. Westermann. ad Leakei demos Attic. p. 232. not. 119.

Σάμιος dictus. De poeta, qui item et *Σάμος* dicitur et *Σάμιος*, cf. Iacobs. Anth. Gr. XIII. p. 948—9. C. I. 2680. 1 [1]). *Σάμων* Plutarch. Pyrrh. 5. *ὁ τὰ ποίμνια καὶ τὰ βουκόλια τῷ Νεοπτολέμῳ διοικῶν*. *Σάμανδρος* C. I. n. 1913 Corcyr. *Σαμίας* Phalarid. epist. VIII. ubi v. not. p. 45, et XLIV. *Σαμιάδης* Diod. Sicul. Exc. XXXII. L. Dindorf. v. III. p. 43. 44. C. I. n. 2534 *Σαμιάδης Σαμιάδευς* v. II. p. 394. b. *Σαμίδας* Thebanus ap. Plutarch. de genio Socrat. III. XXXII. ubi *Σαμείδαν* in uno est codice, v. Duebner. praef. Moral. v. I. p. 7 in fine ed. Paris. *Σάμιππος* in Luciani Navigio *Ἀρκὰς ἐκ Μαντινείας* (c. 28). *Αἰσχίνῃ καὶ Ἀνδρονίκῳ Σαμοθοίνου Μητροπολίταις* C. I. n. 1936. 24. *Σαμόλας Ἀχαιός* Xenoph. Anab. V. 6, 14. VI. 3, 11. *Σ. Ἀρκάς* Paus. X. 9, 3. *Σαμύλος* C. I. n. 2158. 21.

§. 10. Largus fuit proventus nominum, quae sunt in *αγορας διὰ τοῦ ō μικροῦ* (Herodian. Epimer. p. 215 Boisson.). Ex iis aliquot composuerunt Koenius et Bastius ad Gregor. Corinth. p. 603 et Sturzius praefat. VI. p. 13. Nonnulla corrupta adhuc circumferuntur vel dubia sunt visa. Tale est *Ἡραγόρας*, variis modis a librariis et criticis tentatum. „*Hegesagoras*, Vossius scripsit de hist. Gr. p. 446 Westermann., *ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς* citatur a Schol. Apollon. I. 212, ubi ex eo memorat, Boream, qui Orithyam rapuit, fuisse Strymonis filium.“ Ad haec editor annotavit doctissimus: „Ibi tamen *Ἡσαγόρας* legitur, apud Eudoc. p. 440. *Ἡραγόρας*.“ Eadem forma *Ἡραγόρας* e codice enotata est Parisino, cuius apographum Westermannus non consuluit; Wellauerus sine causa *Ἰσαγόρας* maluit. Confer C. I. n. 2868. 3, 5 *Ἡραγόρας Ποσειδωνίου Μακεδών*, ubi Boeckhius v. II. p. 559. b. „*Ἡ.* est nomen, inquit, qualia *Διαγόρας*, *Ἑρμαγόρας*.“ Hinc iam adde Thesauro Stephani Parisino [2]).

---

1) *Σᾶμος ὡλιροθίου* Pindar. Olymp. XI. 70, ubi v. Boeckh. not. crit. idem est qui *Σῆμος*, cuius nominis scriptor fuit Delius; cf. epitaphium Atticum a Welckero repetitum Mus Rhen. 1841. p. 201. n. 1. *Λυσίᾳ ἐνθάδε σῆμα πατὴρ Σήμων ἀνέθηκε*. Equus *Σάμος* est ap. Pausan. VI. 10, 2.

2) Ibidem nomina ab *Ἥρα* et *ἥρως* ducta desiderantur haec: C. I. n. 2703. 4. *Ἥραδος*, cuius masculini nominativus *Ἥρας* est s. *Ἡράς*, *άδος* (cf. *Διονυτάς* n. 3141. 54. *Ἀπολλάς* n. 3253, Boeckh. v. II. p. 705. b.), *Ἡροφάντα*

Patienter olim critici haud raro duplicem nominis alicuius formam tulerunt, quum una tantum vera et genuina sit [1]). Huc refero nomen *Μεληταγόρας*, cuius loco saepe legitur *Ἀμεληταγόρας*. Ita Kruegerus in Dionysii iudicio de Thucydide V. p. 69 edidit: *ὁ Χαλκηδόνιος Ἀμεληταγόρας*. Dudithius alpha privativum demtum maluerat, Vossius de Histor. Gr. p. 10—11 (22 Westerm.) formam sex syllabarum tuitus est, ut potuit. Nam apud Clementem Alex. Strom. VI. 267. 7 Sylburg. p. 629 ed. Paris. 1641. *Μεληταγόρας* ille audit, patria tamen non addita. Alius *Melesagoras* ab Hesychio laudatur: *Ἐπ' Εὐρυγύῃ ἀγών· Μελησαγόρας τὸν Ἀνδρόγεων Εὐρυγύην εἰρῆσθαί φησι τὸν Μίνωος ἐφ' ᾧ τὸν ἀγῶνα τίθεσθαι ἐπιτάφιον Ἀθήνησιν ἐν τῷ Κεραμεικῷ.* Is Atheniensis videtur fuisse idem, quem Antigonus Carystius XII. p. 21 Beckmann. auctorem adhibuit. Sed ibi quoque in libris est *Ἀμελησαγόρας ὁ Ἀθηναῖος ὁ τὴν Ἀτθίδα συγγεγραφώς*; nec probo, quod Meursius ad h. l. in scholio Eurip. Alcest. 2 pro corrupto *Ἀμελιαγόρας* restituit *Ἀμελησαγόρας*: *Ἀπολλόδωρος δέ φησι, κεραυνωθῆναι τὸν Ἀσκληπιόν, ἐπὶ τῷ τὸν Ἱππόλυτον ἀναστῆσαι· Ἀμελιαγόρας δὲ ὅτι Γλαῦκον.* Tum Heyneus quoque ap. Apollodorum III. 10. 3. §. 12: *Γλαῦκον τὸν Μίνωος (εὗρον λεγόμενον ἀναστῆναι ὑπὸ Ἀσκληπιοῦ), ὡς Μνησαγόρας λέγει*, Observ. p. 358 „vitio, inquit, laborat nomen haud dubie, et refingendum *Amelesagoras* vel *Melesagoras* — utrum verius non liquet. Videtur mihi utraque forma usu frequentata fuisse.“ Nec ad liqui-

---

n. 3245. 2 (non *Ἡροφάντας*, vid. lemma), *Πρόφυτος* Plutarch. Cimon. 9. Samius, *Προγείτων* C. I. n. 3141. 52, 53 Smyrn. n. 3143. I. 10. n. 2157. 8. *Ἥρυλλα* C. I. n. 2019. 3 (cf. *Ἀρίστυλλα* n. 922. 1. *Τιμήσυλλα* n. 773. 8. *Φείδυλλα* n. 155. 17, 52), *Ἡρωγένης* n. 2705. 2, *Ἡρώφιλος* n. 3142. III. 18, 20. *Ἡρωνίκη* ib. III. 28. *Ἡδίστας τῆς Ἡρωείχου* n. 3141. 19. Ad *Ἡρόχια* Iunonis festum cf. Welcker. ad Schwenckii Etym. myth. Andeut. p. 273.

1) Ita e. c. Fr. A. Wolfius Prolegg. ad Homer. p. CXCI. n. 61. „*Antodorus*, scripsit, seu *Autodorus*“ (Schol. Iliad. Ψ. 638 Bekk. *Ἀντ.* idem Anecd. p. 1140). Frequens est eorum nominum confusio, v. Diogen. Laert. V. 6, 92. v. I. p. 378 Huebner. Sed exspectes *Ἀντίδωρος*, v. C. I. n. 2940. 4. et Isaeus *περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου*.

dum rem perduxit Lenzius Philoch. fr. p. 5—6. n. 6 [1]) aut Siebelisius praefat. ad Phanodem. Demon. Clitod. p. XXVIII. n. 13. Sed ego, donec indubium nominis Ἀμιλησαγόρας [2]) exemplum ex inscriptionibus vel nummis prolatum fuerit, falsam esse eam formam censebo. Interim omnibus locis nomen Μελησαγόρας teneo, Brunck. Anal. I. 219 Asclep. ep. XXXIX., factum illud ut Μελήσανδρος Boeckh. tit. nav. p. 244, Μελησίας [3]), Μελήσιππος C. I. n. 199. I. 31. Alpha autem a principio librariis deberi videtur, qui eandem litteram aliis quoque nominibus temere appingebant. Exempla post alios Ungerus collegit Theb. Parad. I. p. 448, ex quibus unum commemorasse sufficit Ἀμυκάλαις pro Μυκάλῃ [4]).

Nomina in αγορας, quae lexicographi nondum in ordinem receperunt, haec ego compono: Ἀκουσαγόρας Στρόμβιος [5]) in titulo sepulcrali Meli reperto, quem Rossius edidit Intell. d. allg. Litt. 1838. n. 41. Ἀναγόρα Μιλησία ap. Suidam v. Σαπφώ. Ἀνδραγόρας Ἀριστείδα Ῥόδιος ἐποίει C. I. n. 2488. 7. Ἀ. Φοίνικος Theraeus n. 2448. saep. Ἀνταγορίδαι· γένος Ἀθήνησιν Hesych. Eodem modo ficta sunt Παραγόρας C. I. n. 4. 4. sive Franz. El. Ep. n. 23. 4. et Προαγόρας Polyb. XIII. 8, 7. Ἀρισταγόρα meretrix Vit. X Orat. Hyperid. p. 849. D. p. 85 Westerm. Βορθαγόρας C. I. n. 2. 8. p. 4. b. p. 83. b (Franz. El. Ep. n. 22. p. 61.) Argivus, idem qui Ὀρθαγόρας, cuius quidem nominis haud pauci fuerunt. Vide praeter Crusium Plutarchum Timoleont. 4. παραλαβὼν (Timol.) τὸν μάντιν, ὃν Σάτυρον μὲν

---

1) Boeckhii scriptione academica de Philochoro uti mihi non licuit.

2) Frustra fluvium Ἀμέλητα (Plat. de re publ. X. 621.) contuleris.

3) Id nomen saepe commutatum est cum Μιλήσιος, v. Plutarch. Pericl. VIII, Sintenis. p. 117, Thucyd. VIII. 86. Formam Μειλησίας, qua Fr. Vaterus usus est (Encyclop. Ersch. et Grub. III. 12. p. 295. A. *Paros*) non vidi apud veterem quemquam.

4) Item Η otiose additum reperitur, unde saepe Ἡλιόδωρος et Διόδωρος confusa sunt, Westerm. ad X Orator. p. 85. Iacobs. Anth. Gr. XIII. 901. Ἠριδανός et Ῥοδανός Wesseling. ad Diodor. V. 22. p. 347. 72.

5) A nomine Στρόμβις facta sunt Στρόμβιχος et Στρομβιχίδης, v. Crusium in lex. C. I. n. 933. 2.

Θεόπομπος, Ἔφορος δὲ καὶ Τίμαιος Ὀρθαγόραν ὀνομάζουσιν, quem ad locum interpretes afferre Clementem Alexandr. debebant Stromat. I. p. 334 Paris. *Θεόπομπος δὲ καὶ Ἔφορος καὶ Τίμαιος Ὀρθαγόραν τινὰ μάντιν ἀναγράφουσι.* Discrepantia autem scriptorum ita videtur componi posse, ut statuatur vati *Satyro* postea ab arte nomen *Orthagorae* inditum fuisse. *Ὀρθαγόρας* tibicen Epaminondae magister ap. Athenaeum est IV. 184. E. (v. Mahnei Diatr. de Aristoxeno p. 170 Schaefer.). *Δειναγόρας* C. I. n. 1478. 2 Spart. *Εἰσαγόρας* n. 1787. 2 Thessalus, i. e. *Ἰσαγ.* *Ζωαγόρας* n. 455. 2. *Κλιναγόρας* C. I. n. 1207. I. 6. III. 3. 4. 5 Hermion. *Κουφαγόρας* Herodot. VI. 117 Athen. *Κοφαρ.[α]γόρας Μακαρίου* n. 2131. 15 in lapide Anapae reperto. *Λαγόρας Κρής* Polyb. V. 61, 9. VII. 15, 2. 17, 3. 18, 1. Id ex *Λααγόρας* contractum est, ut *Λᾶγος* ex *Λάαγος*, de quo §. 12 dicam. *Λεαγόρας* Suid. v. *αἴγλη* v. I. 2. p. 14 Bernhardy. Valckenaerius nescio qua de causa *Μελησαγόρας* maluit. Etiam facilius scribi poterat *Κλεαγόρας* [1]), quemadmodum *Λέων* et *Κλέων* [2]), *Λεώκριτος* et *Κλεόκριτος* [3]), *Λεωχάρης* et *Κλεοχάρης* [4]) aliquoties inter se confusa sunt. Sed *Λεαγόραν* tuentur *Λέανδρος* et *Λέαρχος* et *Λέαγρος* [5]). *Ληναγόρας* Macedon. XXVI. 2. Brunck. Anal. III. 118. *ἀμπελοεργὸς ἀνήρ.* In codice Vaticano male legitur *λεναγ.* *Λυκαγόρας* Arrian. Alex. Anab. I. 12, 7. *Μηναγόρας* [6]) *Μηνάδος Νικομηδεύς* C. I. n. 3142. III. 9. *Μνη-*

---

1) Steph. Thes. IV. 6. 1605. Aeschin. contra Timarch. p. 22 Steph. C. I. n. 2338. 102. 107. Franz. El. Ep. p. 52.

2) Kraner. praef. ad Plutarch. Phocion. p. XXIII.

3) Plutarch. Aristid. 8. 20.

4) Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 6. (p. 86 Frotscher.) Diog. Laert. v. I. p. 291 Huebn. *Κλεωνίδᾳ* et *Λεωνίδᾳ* sunt ap. Plutarch. Agid. 3. *Λεοννάτος* et *Κλεόννατος* ap. Eund. Phocion. 17.

5) In vase collect. Etrusc. ed. Witte n. 121. p. 71 est *ΛΕΛΓΡΟΣ*. Editor: „pour *Μελέαγρος*"? Welcker. Mus. Rhen. 1839. p. 621 interpretatur: *Λείαγρος*. Ibid. n. 81, p. 40 ter habetur *ΛΕΑΛΡΟΣ*. Sed num *Λεάδης* huius loci sit, Apollod. III. 6. 8, 2. Heyneo Observ. p. 251 *Λειάδης*, equidem nescio. Cogites sane de *λεώς* et *ἀνδάνειν*.

6) Cfr. nomina *Μηνᾶς* Lobeck. ad Phrynich. p. 434. Bernhardy ad Suid. v. *κατωφαγᾶς* v. II. p. 175. *Μηνογένης* n. 833. 2. *Μηνόδοτος* n. 192. II. 34.

σαγόρας C. I. n. 115. II. 26 *Ἁλαιεύς*, n. 171. II. 30. *Νικαγόρα* Sicyonia Pausan. II. 10, 3. *Νυμφαγόρας* C. I. n. 2130. 57. *Πραξαγορίς* dicta fuit, nisi fallor, mulier, quam novi ex Silligii Catalogo Artif. p. 220: „*Gomphus*. Statuarius qui Praxigoridis meretricis signum fecit. (Tatian. contr. Graec. 52. p. 114. ed. Worth.)" *Sosagoras* vid. §. 5. *Τελευταγόρας* Apollod. II. 7. 8, 3. Diog. Laert. IX. 5, 1. Suid. *Ζήνων*. *Τιμαγόρα* C. I. n. 605. 1. *Τισαγόρας* statuar. Pausan. X. 18, 5. *Φαναγόρα* C. I. n. 800. b. 5, v. tit. sepulcr. Attic. a Rossio editus in Iahnii et Klotzii Archiv für Philol. u. Pädag. 1833. p. 438. n. 22. Longe rariora sunt nomina, quae in *ηγορος* clauduntur, ut *Εὐήγορος* Demosth. Mid. p. 517. Steph. Thes. III. 7. 2256. *Λεώγορος* Pausan. VII. 4, 3. [1]) *Μεγαλάγυρος* Ahrens. dial. Aeol. p. 83. *Πανήγορος* Arrian. I. 12. 7. *Πειθὼ καὶ ἑτέρα θεὸς ἣν Παρήγορον ὀνομάζουσιν* Pausan. I. 43, 6. *Τειμάγορος* C. I. n. 1725. 5. *Τελεσήγορος* n. 169. III. 46. — De Latinis formis *Hermagoras* et *Hermagora* earumque discrimine cf. Reisig. Latein. Sprachwiss. p. 68 ed. Haasei, Iahn. Spec. Epigr. p. 86.

§. 11. In fine inscriptionis Teniae n. 2338 v. 123 scriptum legitur: *γείτονες Φύλαξ, Λεωδάναξ ΛΕΩΔΑΝΑΞ*. Fortasse *Δ* insertum est, ut in *Θούδιππος* (p. 207. n. 1) factum statuit Lobeckius ad Aiac. p. 403. n. 1. Sed quum apographi multae litterae incertae esse dicantur, „quod coeli Londinensis caligo non secundabat transcribentem" (O. Muellerum), v. lemm. p. 261., non temerarium duco, de emendatione cogitare. Propono igitur: *ΛΕΩΔΑΜΑΣ Λεωδάμας* [2]); Spartanus si esset titulus aut Creticus

---

n. 783, 2. 4. 5. n. 3141. 15, 39, 40, 50, 51. *Μηνόδωρος* n. 196. b. II. 4. n. 276. I. 15. II. 19. n. 278. I. 7. n. 353. II. b. 7. n. 796. 5. n. 846. 2. n. 970. 1. *Μηνοθέα* n. 3142. III. 3. *Μηνόκριτος* n. 3142. I. 14. Recte igitur Orellius apud Ciceron. ad Famil. I. 9. 23 codicum scripturam tenuit *Menocrito* pro Martyni-Lagunae: *Menecrati*. *Μηνοφάνης* n. 1369. 13. *Μηνοφίλα* n. 3142. III. 24. *Μηνόφιλος* n. 270. III. 8. n. 275. II. 55. n. 3141. 31, 32. *Μηνοχάρης* n. 283. 13. Ea *Lunae* vel *Luni* (Böttiger. Ideen zur Kunstmythologie I. 137 sqq.) cultum probant, cf. Specim. Onom. Gr. p. 4 sqq.

1) Schubart. et Walz. v. II. p. 508 *Λεωγόρου* dederunt, ut *Πυλαγόρος* in Photii codice est lex. s. v. et ap. Herodot. VII. 214.

2) Crusius non habet nomen *Λεώδαμος*, quod est in X Orat. vit.

mallem *ΛΕΩΒΑΝΑΞ Λεωβάναξ* i. e. *Ἀναξίλαος*. Vid. *Εὐρυβάνασσα* C. I. n. 1372. 9. p. 666. b. p. 69. a. p. 83. b. p. 611. b. *Βυναξίβουλος* n. 2572. 10. n. 2577. 4. v. Boeckh. v. II. p. 401. b.

N. 1636. b. 3 ex schedis Koehlerianis editum est: *ΟΠΟΛΙΚΡΑΤΙΔΗΣ*, quod Boeckhius interpretatur *Πό(υβλιος) Πολ[υ]κρατίδης*. *Πολυκρατίδας* Spartanus apud Plutarchum est Moral. p. 231. F; sed fortasse *Πολικρατίδης* quoque nomen Graecum fuit. Confer nomina *Ἀστυκράτης* Pausan. X. 9, 4. *Ἀστυκράτεια* I. 43, 5. *Ἀστυκρατίδας* Plutarch. Moral. p. 219. B. *Πολίαρχος* Schoemann. ad Isaeum p. 179. Sintenis. ad Plut. Themistocl. p. 125. Boeckh. Urkund. üb. d. Seewes. p. 229. v. *Θεμιστ.*, *Ζεὺς πολιάρχης* C. I. n. 2081. 10. *Πολίοχος* ap. Lysiam XIX. 13. p. 112. b Bait. Saupp. quos vide, Meinek. hist. com. Gr. p. 498 Phot. lex. s. v. [1]) *Ἐχέπολις Κυδαθηναιεύς* Boeckh. tit. nav. X. f. 10. *Ἰσχέπολις* Pausan. I. 42, 7. *Ἀστύοχος*, *Ἀστυόχη* de quibus v. Crusius.

N. 2142. 1 legitur *Ἐρατὼ Δ]ακρείδα θυγάτηρ νέα* [2]). Sed patris nomen, cui ipse Boeckhius interrogandi signum apposuit, pro vitiato habeo. Nam accidisse suspicor, quod toties factum est, ut *Α* (*Λ*) et *Ρ* permiscerentur (ad Greg. Cor. p. 269 Schaef.), id quod propterea satis est verisimile, quod inscriptio in caverna exstat subterranea ad littus Aeginae. Hinc coniicio: *Λακλείδα*, cf. nomen *Κλεόλαος*. Et quoniam hanc elementorum *Λ* et *Ρ* permutationem attigi, age videamus num eadem medela alia quoque nomina restitui queant. Apud Plutarch. Agesil. c. 19 haec sunt: *ἡμεῖς — εὕρομεν ἐν ταῖς Λακωνικαῖς ἀναγραφαῖς ὀνομαζομένην γυναῖκα μὲν Ἀγησιλάου Κλεόραν, θυγατέρας δ' Εὐπωλίαν καὶ Προλύταν*. Ex codicibus variam lectionem annotatam non video, dubito tamen de uxoris nomine, quam qui *Κλεόλαν* appellatam esse censet G. Dindorfius in Steph. Thes. IV. 6. 1619, me habet

---

Isocr. p. 837. D, sed Westermannus p. 45 de suo, ut videtur, dedit *Λεωδάμας*. Cf. *Ἀλκιδάμας* et *Ἀλκίδαμος* (Spec. Onom. Gr. p. 76.) *Πραξιδάμας* et *Πραξίδαμος*, *Σωδάμας* et *Σώδαμος*. Prior forma breve habet alpha, longum altera.

1) Contra etiam *Πολυοῦχος* nomen fuit, v. Boeckh. C. I. v. II. p. 373. b.

2) Coniungo *Ἐρατώ* et *νέα*, Spec. Onom. Gr. p. 10.

assentientem; v. Schol. Euripid. Orest. 5. ubi est *Κλ.* Atrei uxor. Eiusdem generis sunt *Ἀριστόλα* C. I. n. 151. 34. n. 155. 26. n. 1211. l. 13. *Μνησίλα* in vase Durandi n. 303. p. 101 (Paris, 1836). *Νικόλα Κρισάμιος* [1]) in tit. Theraeo ap. Boeckhium in scriptione academ. „über die von Herrn von Prokesch in Thera entdeckten Inschriften" n. 106. p. 97. Berol. 1836. *Στρατόλα* ap. Athen. XIII. p. 593. F. *Χαρίλα* Plutarch. Quaest. Gr. XII. [2]). Tum alterius ex Agesilai filiabus nomen parum placet: *Προλύτα*. H. Stephanus annotavit, legi quoque *Προαύγαν*; sed id non esse, nisi librariorum mendum, comparatio docet elementorum: *ΠΡΟΛΥΤΑΝ* et *ΠΡΟΑΥΓΑΝ*. Tamen nec *Προλύταν* pro vero habeo nec Reiskei emendationem *Ἡροδόταν* meam facio; coniicio potius pro *ΚΑΙΙΠΠΟΛΥΤΑΝ καὶ Ἱππολύταν* scribam male dedisse *ΚΑΙΠΡΟΛΥΤΑΝ καὶ Προλύταν*. Iam pulchre *Hippolyta* ad sororem quadrat *Εὐπωλίαν*. Nam eam ita fuisse dictam, nec *Ἀπωλίαν* aut cum Reiskeo *Αἰτωλίαν*, et codicum meliorum consensus et mater probat Agesilai eodem nomine dicta, v. Plutarch. c. 1. Ibi tamen quod in omnibus est editionibus *Εὐπωλίας τῆς Μελισιππίδα θυγατρός* et ipsum maculam aliquam adspersam habet. Nemo enim semel monitus reponere dubitabit: *Μελησιππίδα*, *Μελήσιππος* est C. I. n. 199. l. 31. Aristaenet. I. 8.

C. I. n. 1590. 19 Boeckhius ad Osanni et Muelleri et Koehleri schedas dedit:

ΟΥΛΙΑΔΗΣΑΡΤΕΜΙΣΙΟΥΧΡΥΣΑΟΡΕΥΣ

Οὐλιάδης Ἀρτεμισίου Χρυσαορεύς. Osannus Syllog. p. 202 not. 38 ad probandum nomen *rarum* Plutarchum adhibuit Aristid. 23 (non 25) *οἱ περὶ τὸν Σάμιον Οὐλιάδην*. Ungerus vero Theb. Parad. v. I. p. 464 ex codice CXIV. bibl. Matrit. scripturam *Ἰου-*

---

1) Inscriptio prius edita est in Intellig. d. allgem. Litt. 1835. p. 595; ubi Meierus scripserat *Νικολακρὶς Σαμίου*, quum in lapide sit *ΝΙΚΟΛΑΚΡΙΣΑΜΙΟΣ*. Vide Hesych. et Suid. v. *Κρίσαμις* et Photium lex. *Κρίσσαμις*. (cf. *Κρίσων* et *Κρίσσων* Steph. Thes. IV. 7. 1979.) Similia sunt *Δάνδαμις*, *Θύαμις* Heliodor. VII. 24., *Κάλαμις* titul. ap. Dorvill. Sic. p. 595. *Ἐπαφρᾶς Κρὴς Πολυρήνιος ὁ καὶ Κίσαμις* (*ΚΙϹΑΜΙϹ*).

2) Alia in *—λία* exeunt vel *—λάα*, ut *Νικολία* C. I. n. 155. 24, *Κριτολάα* n. 1597. 1.

λιάδης protulit. Eius quidem nominis [1]) testem personatum novi Aeschinem epist. 5 ab init. *ὁ μὲν Ἰουλιάδης, ᾧ μάλιστ' ἐπεποίθεις, οὔτε ὅτε ἀφίγμεθα εἰς Ῥόδον παρὼν ἔτυχεν, ἀλλὰ περὶ Λίνδον ἦν, οὔτ' ἐπανελθὼν εἰς Ῥόδον περιττῶς ἠσμένισεν ἡμᾶς.* Verum tamen quum liber iste Matritensis „multifariam vitiosius scriptus sit“ [2]), quumque viri docti, qui nostra aetate lapidem contulerunt, in *ΟΥΛΙΑΔΗΣ* consentiant, nec adeo raro id nomen reperiatur, spernenda sane elementi *I* accessio videtur esse. Cfr. C. I. n. 2698. 2. *Μένανδρος Οὐλιάδου* n. 2701. 14 *Οὐλιά[δου* Mylasis. n. 2730. 1. Stratoniceae p. 491. b. n. 3064. 30 *Οὐλιά[δ]ης, τοῦ πύργου τοῦ Κιζῶνος, Κιζὼν* Tei, ex emendatione Boeckhii pro *Οὐλιάτης*, v. II. p. 650. a. [3])

Osannus in Sylloge p. 435. n. LXXXX titulum Romanum edidit hunc:

Θ К	*Θεοῖς Καταχθονίοις·*
ΑΛΟΙΠΟCΡΟΔΗ	*Ἄλοιπος Ῥόδῃ*
ΙΔΙΑCΥΜΒΙω	*ἰδίᾳ συμβίῳ*
ΜΝΕΙΑCΧΑΡΙΝ	*μνείας χάριν·*
ЄΖΖΗCΕΕΤΗΛ̅	*ἔζζησε ἔτη λ',*
CΥΝΕΒΙωCΕ	*συνεβίωσε*
ΕΤΗΙΖ̅	*ἔτη ιζ'.*

„Insigniter, adnotatio est viri doctissimi, peccavit quadratarius quum *ΑΛΟΙΠΟC*, credo, pro *ΑΛΥΠΟC* et *ΕΖΖΗCΕ* pro *ΕΖΗCΕ* incideret.“ et in nota 4 „comparari potest, inquit, *ΣΕΚΟΙΝΔΟΣ* pro *ΣΕΚΟΥΝΔΟΣ* in Ficoroni Gemm. p. 38.“ Equidem nec gemmam comparaverim, in qua non dubito quin *Υ* fuerit, et in priore nomine non tam lapicidae errorem agnosco

---

1) Desideratur in Steph. Thesauro Paris. IV. 2. 624. Eo, si sanum est, defenditur *Ἰούλιος* ap. Aristophan. Equit. 407 Dindorf. ubi Botheus *Οὐλίου* coniecit.

2) Ita v. 7 *Μνησίθεος Μίρωνος Θηβαῖος* in lapide esse *ΜΙΡΩΝΟΣ* testatur Muellerus consentiente Osanno et schedis Koehl. Ex libro tamen Matrit. Ungerus enotavit *Μύρωνος*. *Μίρων* nisi fallor est pro *Μείρων* (v. Ahrens. dial. Aeol. p. 190), quod participium videtur esse verbi *ΜΕΙΡΩ*.

3) De Apolline, qui *Οὔλιος* dictus fuit, cf. Soldan. Das Orak. d. Branchid. Zeitschr. f. Alt. 1841. n. 70. p. 583. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 492 Schaef. *Οὔλων* est C. I. n. 200. 29. n. 305. I. 6.

quam pronuntiationem pravam saeculis posterioribus valde usitatam. Etenim quum permutatio vocalis *Y* et diphthongi *OI* iam prius in dialectis [1]), ut in Boeotica [2]) (Ahrens. l. l. p. 191.), obtinuisset, tum usu communi recepta est. Vestigia et in codicibus et in titulis exstant plurima. Confer C. I. n. 1051. 8. *Μοικάλας* pro *Μυκ.* p. 556. b. n. 1221. 2. *Ἄρεως Ἐνοιαλίου* p. 602. b. et contra *θυναρμοστρία* pro *θοιν.* n. 1435. 4. p. 681. b. N. 1933. 6. *ἀνῦξαι*, 8. *ἀνύξι* n. 2830. 11. *ἀνῦξαι*, v. II. p. 540. b. *λυπά* pro *λοιπά* n. 2824. 6. v. II. p. 533. a. *πεπύημαι* n. 2826. 23. *τῶν — νεωπνῶν* ib. 16. p. 537. a. *κύμησις* pro *κοίμ.* Osann. Syllog. p. 441. n. CXVII. Ad manuscriptos quod attinet libros v. Bentlei Opusc. p. 515 Lips. „notum est iam a multis saeculis morem invaluisse apud Graecos, ut eodem sono efferantur *αι* et *ε*, *οι* et *υ*. Tam captiosa pronuntiatio mendis infinitis libros opplevit. In codicibus manuscriptis promiscuus fere est vocalium harum usus. Hoc diligenter animadverso deploratissimos locos emendabit nullo negotio, qui ingenium et iudicium in numerato habuerit [3]).“ Nec pigebit Perizonium consuluisse Animadvers. Histor. p. 447 — 8 ed. Harles. C. L. Schneider. Grammat. Latin. I. p. 84. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 869. Schaefer. ad Schol. Apoll. Rhod. v. II. p. 156. [4]) Ruhnk. hist. crit. orat. Gr. s. *Moerocles* p. 79 (45

---

1) Huc O. Mueller. Doriens. v. II. p. 518 Photii refert glossam: *Ποίθιοι: τέσσαρες ἄνδρες αἱρετοὶ παρὰ Λάκωσιν· δύο καθ' ἕκαστον βασιλέα σύσσιτοι.* Alterum exemplum quum desideraverit vir egregius, addo: *Κάροια* et *Καροιᾶτις*, v. Stephan. Byz. s. v. *Κάρυα*, Steph. Thes. Par. IV. 4. 991. Ross. Reisen und Reiserouten v. I. p. 175. n. 25.

2) *Ἀνεμύτας* boeot. v. Boeckh. C. I. v. I. p. 723. b. Schaefer. App. Demosth. II. p. 370.

3) Habuit utrumque M. Hauptius, quum in Observationibus Criticis, Lips. MDCCCXLI, Simonidi v. 27 feliciter restituit: *Τὴν δ' ἐκ θαλάσσης, ἣ δοί' ἐν φρεσὶν νοεῖ* pro *δύο*.

4) *Φιλόκοιβος* apud Arcadium p. 46. 13 nescio an fuerit *φιλόκυβος*. Contra ad ea nomina, quorum duplex forma antiquitus in usu erat, pertinere *Ἀνδροίτας* videtur Schol. Apoll. Rhod. II. v. 159. p. 461 Schaefer. qui p. 640 Fabricium laudavit, eiusdem *Androetae ἱστορικὸν περὶ τῆς γῆς αὐτοῦ πατρίδος* commemorantem (Voss. histor. Gr. p. 385 Westerm.). *Ἀνδρύτας* est in C. I. n. 7. 5. Cf. *Ἀρχύτας* et *ΓΛΑΥΚΥΤΕΣ Γλαυκύτης* in vase Durandi

Frotsch.), Iacobs. Anthol. Gr. XIII. 920 (*Μοιρώ*, *Μυρώ*). Ad propositum ut redeam, bene Osannus vidit, *Ἄλοιπος* [1]) esse pro *Ἄλυπος* (C. I. n. 191. I. 35. n. 250. I. 17.) [2]). Satis autem mirum videri potest, quod in titulo Boeckhiano n. 730 exstat:

ΡΟΔΗ	*Ῥόδη*
ΑΦΟΙΒΟΥ	*Ἀφόβου* (ita correxit Boeckhius)
ΑΓΝ ΠΥ	*Ἁγν(ουσίου)* [γ]υ[νὴ]
ΜΕΙΛΗΣΙ	*Μειλησί*[α.

Neque tamen ibi *Ἀλοίπου* reposuerim, quamquam ex Fourmonti schedis inscriptio edita est, minus illis plerumque certis. Ceterum eam *Rhoden* adde iis, quas Osannus attulit ex Meinek. Menandr. 87. 388. *Ῥόδα* habetur C. I. n. 1207. I. 10. n. 1209. 11 Hermion. et in vasculo collect. Etrusc. J. de Witte n. 59. p. 27. V. Bentleius ad Horat. Carm. III. 19. 27.

Denique ne illud *ἔζζησε* prorsus inauditum esse opineris, haec accipe scripturae monstra: *ἐκκ* C. I. n. 1306. 8. p. 643. b. *ΛΥΚΚΕΙΟΥ* in nummo Alexandriae Troadis, in quo caput impressum cernitur Apollinis, Eckhel. Doctr. Num. Vet. II. 479. *Λυκκίδης* C. I. n. 3064. 19. v. II. p. 649. a. [3]) — *ΝΟΚΚΡΑΤΗΣ* -*νοκκράτης* n. 1231. *ΧΑΙΡΡΟΝΕΑ* n. 1679. „*Ῥῶ* duplicatum notabile“ p. 802. b. Ahrens. de dial. Aeol. p. 188. [4]). In contrariam partem peccatum est in *ἐκλησία* C. I. n. 2058. A.

---

n. 1589. De *Ζιβύτης*, *Ζειβοίτης* v. Wessel. ad Diod. XIX. 60. Qui a Polybio *Ἱππότας* dicitur V. 37, 8, Plutarcho Cleomen. 37 *Ἱππίτας* est, v. annotat. crit. Schoemanni p. 62. 63. (add. Hesych. s. v.) In uno tamen Plut. codice legitur *Ἱππύτας* et *Ἱππυτίαν*. Hinc suspicatus est Schweighaeuserus, v. VIII. 1. p. 330, genuinum fuisse *Ἱπποίτας*. Eam formam Polybio, contra Plutarcho *Ἱππύτας* reddiderim.

1) Legere me memini in Boeckhiana aliqua inscriptione *Ἄλοιπος πεπόημαι*, sed locum nunc non invenio.

2) C. I. n. 1546. 2. *Α. Ἀννίου Ἀλυπιανοῦ*.

3) Cf. *Λοῦππος* i. e. *Lupus*, saepe in Schowii Charta papyr. lectum, ut col. VI. 10. p. 14. Nec alienum est vernaculum: *Wolff* (Krafft). *Ἐκχθρός* Sturz. dial. Maced. p. 127.

4) *Ἀῤῥίστων* in papyro II. v. 107. Descript. of the Greek pap. in the British Mus. Part. I. Lond. MDCCCXXXIX. (v. Iahn. et Klotz. Annal. 1840. XXX. 4. p. 386).

67. n. 2484. 11. n. 2694. b. 15. et in *Παρησία* [1]) n. 1603. 7. p. 779. a. n. 2722. 5. *παρησίαν ὁμοίαν οὐκ ἔχων βροτοῖς;* numm. Bithyn. ap. Eckhel. l. l. II. p. 409. a. *ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ.*

§. 12. Nomina animalium appellativa non tantum ioci causa et irrisionis hominibus indita fuisse (v. Weichert. üb. d. Leben u. d. Gedicht d. Apollon. v. Rhod. p. 73 sqq. Becker. Charicl. v. I. p. 146.), sed etiam serio propriorum loco, usus ostendit plurimus. Eius usus exempla aliquot in transcursu adspersi Spec. Onom. p. 86, longe plura olim dabo in ipso Onomatologo. Nunc ut et meum ipsius errorem et alterum viri cuiusdam docti corrigam, haec interim iuvat in medium proferre. *Carolus Schoenwaelder* in itinerario eleganter scripto: Erinnerungen an Griechenland, Brieg. 1838 p. 152, ubi de Museo exponit, quod Aeginae constitutum erat in Ephelpideo, haec narrat: „Besonders sind viele Leichensteine erhalten; mit einer sitzenden Figur und einer stehenden, welche ihr die Hand reicht und im Begriff ist, davon zu gehen. Die stehende Inschrift ist *χαῖρε; sogar ein Grabmahl für ein Schwein mit der Inschrift χοῖρος befindet sich hier.*" Mirabundus haec ego legi; quamquam enim *canes* et *equos* sepulcris haud raro conditos et titulis ornatos esse constat, de *porco* tamen nec relatum tale quid in veterum libris aut ipse vidi aut ab iis commemoratum, qui id sepulcrorum genus tetigerunt, nec per se ea res magnopere est credibilis. Sed, nisi egregie fallor, illud *ΧΟΙΡΟΣ* nomen est *mortui alicuius hominis* proprium. Vide, ne *Χοιρίλους* et *Χοιράκους* et *Γρίσσωνας* (L. Dindorf. Steph. Thes. II. 3. 786, Meinek. Fr. C. II. 1208) recenseam, Pausan. V. 26, 4. *τὰ — ἐπὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐπιγράμματα καὶ πατέρα Μικύθῳ Χοῖρον καὶ Ἑλληνίδας αὐτῷ πόλεις Ῥήγιόν τε πατρίδα καὶ τὴν ἐπὶ τῷ πορθμῷ Μεσσήνην δίδωσιν.* C. I. n. 2161. 3. *Τιμοκλέης Χοίρου*, qui Thasius fuit; Descript. de la collect. d'antiquit. de Beugnot, Par. 1840, vasc. n. 32. p. 31 (Catalog. Durand. n. 303. p. 101) *ΧΟΙΡΟS ΚΑΛΟS* [2]).

---

1) C. I. n. 830. *Παῤῥησία Δημοκλέους Ἀντιόχισσα.*

2) Quod legitur in vase Neapolitano n. 1621. *ΧΟΙΡΟS* Panofka (Neapels Antike Bildw. I. p. 254—5) mutavit in *ΧΑΙΡΑS* interpretatus: „die Heitere, die Freudengeberin." Cui obloquitur Otto Iahn. Vasenbilder p. 18. not. 24;

Tum error a me commissus hic est, quod Spec. Onom. Gr. l. l. nomen *Λάγος* a *lepore* repetitum dixi. Idem sane et antiquiore et recentiore aetate alii fecerunt ante me, ut Eustathius p. 1821. 27 et Philemo §. 100. p. 70, quos Lobeckius citavit Paralip. Gr. Gr. p. 7. not. 4, Crusius in lex. [*Λάγος* (ᾰ)] et Lehrsius de stud. Aristarchi hom. p. 300, Arcadium is adhibens p. 47. 9. τὸ δὲ λάγος κύριον [1]). Non tamen dubium est, quin *Λᾶγος* sive *Λαγός* (Etym. Magn. 554. 39) contractum sit ex *Λάαγος* s. *Λααγός*; cf. C. I. n. 2545. 2. Ἀμφιλόχου τοῦ Λαάγου Ποντωρέως, ubi v. Boeckh. II. p. 396. b. et Franz. El. Ep. p. 248 not. (*). Cramer. Anecd. I. 264. Λαάγου φίλος υἱὸς ἀρίζηλος Πτολεμαῖος. Idem fere significant nomina *Λαγέτας* Strab. X. 4. v. II. 275 Tauchn. et *Λαυαγήτα* Ἀντιπάτρου C. I. n. 1466. 1. Nec indictum hic volo, apud Theocritum XVII. 15.

Ἐκ πατέρων οἷος μὲν ἔην τελέσαι μέγα ἔργον
Ὁ Λαγίδης Πτολεμαῖος

nec Meinekei emendationem p. 182 edit. II. *Λαγιάδης*, nec Lobeckii Paralip. Gr. Gr. p. 6. *Λααγίδης* satis placere. Collato titulo Boeckhii n. 2613. 3. ὃν πρὶν ἐπ' ἀνδρῶν

Θήκατο Λαγείδας κοίρανος ἡγεμόνα

ipse diu conieceram, *Λαγείδης* restituendum esse aut *Λαγίδης* producta media tolerandum, quum posterius *Geiero* placuisse vidi adhibita eadem inscriptione, in commentat. de Ptolemaei Lagidae vita et commentariorum fragmentis, Halis, 1837 p. 6 not. 16.

Lagīdes in memoriam mihi revocat titulum quendam Atticum a Rossio editum in Kunstblatt 1840. n. 16

ΑΡΙΣΤΟΝΕΙ..ΣΕΜΜΕΝΙΔΟ⋮ΕΚ
Ἀριστωνεί[δη]ς Ἐμμενίδου ἐκ [Θηβῶν.

---

sed num id nomen *mulieris Bacchantis* fuerit, valde dubito. — Apud Aristophanem Vesp. 1353 ὦ Χοιρίον pro χοιρίον Fritzschius scripsit ad Thesmoph. p. 111. Germanicum vero nomen *Schweinchen* Franz. Passowius (Ueber Zweck, Anlage und Ergänzung griech. Wörterbücher, Berlin 1812, p. 22 not.) iniuria vituperavit, si quidem ea appellatio ne Graecis quidem pulchri venustique studiosissimis displicuit. Et quis hodie demum *Κόπρον* ignorat?

1) V. Schol. Theocrit. XVII. 41 ibique Geelium p. 333.

Supplementa ille ex Plinio petiit Nat. Hist. XXXV. c. 14. 40. 140: „*Aristonidas artifex cum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio praecipitato residentem poenitentia, aes ferrumque miscuit, ut rubigine eius per nitorem aeris relucente exprimeretur verecundiae rubor; hoc signum exstat Thebis hodierno die.*“ Coniectura tamen admodum est incerta. Nam ut a fine incipiam, illud Θηβῶν suspectum est propterea, quod in codice uno omnium optimo Bambergensi, teste Iano v. V. p. 404 Sillig., scriptum legitur: *hoc signum exstat hodie rhodi*, quam lectionem recipiendam esse iure Ianus statuit, acute simul corruptelae originem indicans. Iam si *EK*[*POΔO* ἐκ Ῥόδου ponere quis velit, nec certum est ex Plinii loco, Aristonidis *patriam* Rhodum fuisse, nec, licet Rhodi *Emmenidae* fuerint (vid. Dissen. introduct. ad Pind. Olymp. II. p. 21), ibi solummodo id nomen reperitur. Novimus etiam Delphum Ἐμμενίδαν ex C. I. n. 1689. 4. [1]). Tum, quod longe gravissimum est, nomen Ἀριστωνείδης non videtur recte formatum esse. Ἀριστωνεύς certe vix ullus unquam fuit; ab Ἀρίστων autem non potest descendere nisi Ἀριστωνίδης. Quapropter, quando recte Rossius litteras legit, nec fuit *APIΣTOMEI.EΣ* i. e. Ἀριστομένης Ἐμμενίδου, ita quidem ut ex more idem nomen, nunc μένος, in patris simul et filii appellatione insit; praefero supplementum quod ipse ille commemoravit Ἀριστόνι[ικ]ος, in quo, licet *O* sit pro *OY* in *EMMENIΔO*, ει non est offensioni. Nam *I* in νίκη, νείκη primitivum est (v. Franz. El. Ep. p. 127.), atque in titulo supparis fere aetatis (Olymp. 91. 3—92. 2.) C. I. n. 142. 2. apud Franz. n. 54. 2 habetur *TEIΣAMENOI* Τεισαμενῷ. Aeque improbabilis Rossii videtur coniectura esse inscriptioni ineditae facta (Naupliae 1834.) n. 80. p. 34. b. Τιμίᾳ — νειδο. „fortasse, inquit, fuit Φιλωνείδο. Cave enim corrigas — — — δου. Genitivus in ο pro ου frequens est in titt. sepulcralibus. Cf. titulos Atticos in Iahn. et Seebod. Archiv. f. Philolog. u. Pädagog. v. II. p. 437 a me editos.“ At istud *O* ex usu antiquo remansit pro *OY*, nec Φιλωνείδης recta est forma. Debebat esse Φιλωνίδης, praesertim quum inscriptionem illam satis vetustam

1) Ἐμμένης est C. I. n. 2266. B. 8.

esse, elementorum conformatio doceat. De aliis eiusdem generis nominibus, in quibus accurate aetatum ratio est habenda, olim disseram copiosius. Cf. Lobeck. Aglaoph. p. 185 not. Paralip. Gr. Gr. p. 4 sqq. [1]).

Welckerus in Spicilegio Epigr. Graec. (Mus. Rhen. 1841. 2 p. 208) n. 13 epigramma, quod est in Arcesines ruderibus, repetiit hoc:

Κλευμάνδρου τόδε σῆμα, τὸν ἐν πόντῳ κίχε Μοῖρα·
Δακρυόεν δὲ πόλει πένθος ἔθηκε θανών.

Mirum defuncti nomen viro clarissimo visum est. Equidem pro sano et integro habeo. Nam *Κλεύμανδρος* s. *Κλεόμανδρος* idem est qui *Μανδροκλῆς*, ap. Herodot. IV. 87. 88 Samius. Cornel. Nep. Datam. 5 Magnes. *Μανδροκλείδας* Plutarch. Agid. 6. ubi v. Schoemann. p. 7. Eodem pertinent *Ἀναξίμανδρος*, *Θεόμανδρος* Athen. XIII. 567. A. Sturz. praef. V. 13. *Καλλίμανδρος* Steph. Thes. IV. 3. 882. *Πυθόμανδρος* Anacreont. fr. LX. p. 182 Bergk. *Μανδρόβουλος* Lucian. de mercede conduct. 21, v. I. p. 419 C. Iacobitz. Meinek. Fragm. Com. II. p. 633. Iacobs. ad Aelian. Hist. Anim. XII. 40. v. II. p. 432. Diog. Laert. IV. 1. 5. v. I. 263 Huebn. *Μανδρόδωρος* Arrian. VI. 23, 2. *Μανδροκράτης* C. I. n. 3091. 7. *Μανδρόλυτος* [2]) Leucophryes pater, Parthen. c. 5. (cf. Boeckh. C. I. v. II. p. 580. a—b.) *Μανδροπότης* C. I. n. 2704. 3. 4. *Μάνδρων* Plutarch. de mulier. virtut. 18. Bebrycum rex [3]).

Fr. Thierschius in mulieris Christianae titulo sepulcrali, quem inter Syracusas et Agrigentum ad viam repertum edidit in: Jahresbericht d. Kön. Bayer. Akad. d. Wiss. 1827—29, München, p. 21 sqq., defunctae nomen posuit: *Μαρκίλνη*, id p. 22 pro

---

1) Bekkerus Demostheni contra Philipp. III. 126. 3 pro *Φιλιστείδης* bis reddidit e codicibus *Φιλιστίδης* (cf. Lobeck. Par. p. 7). Sed *Φιλιστείδης* certe non falsum est. Cf. C. I. n. 305. b. II. 11. p. 911. b. *ΑΗΣΦΙΛΙΣΤΕΙΔ[ΟΥ*. *Φιλιστεύς* autem Boeckhii est emendatio C. I. n. 3081. 4. v. II. 671. b. admodum probabilis.

2) Cf. *Ἀμφίλυτος*, saepe in *Ἀμφίλητος* corruptum, *Θεόλυτος* (*Θεύλυτος* C. I. n. 2538), *Εὐρυλύτη* alia.

3) Nomina *Ποίμανδρος* (Welcker. ad Schwenck. etym. myth. Andeut. p. 296) et *Σκάμανδρος* aliena videntur esse.

Μαρκελλίνη esse putans. Mihi *Μαρκιανή* potius legendum videtur; neque enim *Λ*, sed *Α* in lapide (vid. tabul. 2.) fuisse arbitror. Conf. Murator. MCCCXLII. 6, 6. *MAPCIΛNAECIPRIDI*, puto *Cypridi*, MCCCLXXIII. 11. *MARCIANAE VICTOPINAE*, MCCCLXXXVII. 7. *MAPCIΛNENI* (Iahn. Sp. Ep. p. 72.) *COIVC*, MDVIII. 11. 2. *MAPCIANE HEPMIONE.*

§. 13. Subiungo nomina aliquot ex vasis repetita. Egregie in explicandis et restituendis eorum inscriptionibus Welckeri potissimum doctrina versata est, ita ut pauca mihi reliqui fecerit, quae emendatione egere videantur aut eam admittere probabilem. Nonnulli enim tituli ab iis, qui ediderunt, ita sunt transcripti, ut nisi ipse oculis vascula usurpaveris, abstinere manum satius sit. Neque vero ea culpa est sola editorum, sed artificum quoque negligenter pingentium vel incidentium.

In libro I(ohannis?) de Witte „Description d'une collection de Vases peints et bronzes antiques provenant des fouilles de l'Etrurie, Paris, 1837." [1]) vasc. 12. p. 7 haec leguntur: „près de la courtisane, on lit *KALITOS* (pour *Καλλιθοος*) *KALE la belle Callitho.*" Ea vero interpretatio cur pro falsa habenda sit, nemo non videt, qui mulierem *Καλλιθόην* appellari scit, non *Καλλίθοον*. In vase est vel esse scriptum potuit *KALISTO Καλλιστώ*. Simplex autem lambda ne quem male habeat, compono eiusdem collectionis vasculum n. 144. p. 92 „une canéphore drapée *KALIS Calis*" i. e. *Καλλίς*; ibid. „un jeune Grec *KALISΘENES*", vas Durandi n. 296. p. 98. *KALIQOME Καλλικόμη* et *KALIΦOPA Καλλιφόρα* [2]). Tum in eo, de quo agitur, vase spectatur „l'éphèbe *ΔIONISIΓENES* (pour *Διονυσογένης*) [3]) Dionysogénès." Non videtur tamen alterum quoque iota mutari debere: nam ut fuit nomen *Διονυσικλῆς* (artif. Miles. apud Pausan. VI. 17, 1. [4]) C. I. n. 3141. 1 Smyrn. *ΔIO-*

---

1) Vid. Welcker. Mus. Rhen. 1839. p. 619 sqq.

2) Nomina haec sunt equarum; in lexicis frustra quaeras.

3) *Διογένης*, *Ἑρμογένης*, *Ἡρωγένης* C. I. n. 2705. 2.

4) Unus codex Lugdunensis *a* habet *διονυκλῆς*, alterum reliqui omnes tenent. *Διονυσίδωρον τὸν ἰατρόν* G. Dindorfius Steph. Thes. II. 5. p. 1525 — 6 ex Galeno attulit vol. XIII. p. 330, sed *τὸ ἰῶτα* suspectum ei est.

NYΣIKΛEIOYΣ), ita facile concedo, potuisse *Διονυσιγένην* quoque in usu aliquando esse. — Annoto denique nomen tertium, hominis illud barbati, *LVPKIAS Λυρκίας*.

N. 60. p. 28. „Au-dessus du groupe d'un homme et d'une femme, on lit: *LVPITES (rétrograde) Lyritès*, et *HΛLIOΓE, Haliopé*.“ *Ἁλιόπη* num unquam fuerit nomen, dubito. Suspicor potius, *H* male pro *K* lectum et emendandum esse: *KALIOΓE Καλλιόπη*. De lambda supra egi; memorabile autem nomen est *Λυρίτης*, v. *λυρίτης* in Steph. Thes. Londin. p. 5857. a. et nomina propria *Λυρείδας* C. I. n. 1511. l. 5 Franz. El. Ep. p. 201. et *Λύρος* Apollod. III. 12. 2, 4.

N. 66. p. 32 quod legitur *ΠΕΔΙΕVSKΛLOS Πεδιεὺς καλός* probat, nomen demoticum (Spec. On. Gr. p. 68. Plutarch. Themist. 14) etiam proprii vicem habuisse, id quod multis sane exemplis constat. — N. 78 [1]) p. 38. Joh. de Witte dedit: „*HISXYLOS EΠOIESEN Hischylus a fait*.“ Idem *Ἱσχύλου* [2]) nomen esse dicitur in vasis Mus. Etrusc. 558. 1115, v. Franz. El. Ep. p. 71. Gerhard. rapporto p. 179, 704. p. 180, 724 — 5. Sed spiritum asperum explicare ego non possum, atque eo caret nomen *Ἴσχυλλος* in titulo Franzii n. 28. 2. l. l. Coniicias ubique fuisse *AIΣXYLOS*; cautius spiritum feres.

N. 121 in cylice p. 70. Ext. *EYKEPOS: EΠOIESEN* et p. 71: R. *HOPΛOTIMOHYIHYS* editor vertit: *Euchérus, fils d'Hergotimus, a fait.* Recte, meo iudicio, is filii interpretatus est nomen, si quidem *Euchérus* est *Εὔχειρος*. Nam Haasei explicatio *Εὔκαιρος* (Stephan. Thes. III. 7, 2300), ita ut *E* et *AI* inter se permutata sint, mihi certe in hoc nomine parum probabilis videtur. Contra nihil est frequentius elementorum *K* et *X* confusione; de *Euchiris* artificibus v. Sillig. Cat. Artif. p. 202 — 3. C. I. n. 666. 9. p. 916. b. Ross. Kunstblatt 1837 n. 94. Tum Johannes de Witte formam *Ὀργοτίμου* esse putat pro *Ἐργοτίμου*: eodem modo quo sit in nummo Orchomeni *Ερχ*... pro *Ορχ*.

---

1) Idem vas v. in „Descript. d. vas. peints et des bronz. antiq. qui composent la collect. de M. de M(agnancourt), Paris 1839, n. 34. p. 25.

2) In Stephani Thesaurum retulit Haaseus IV. 3. 710.

Sed illud est *οὐργοτίμου υἱός*. *Ἐργότιμος* miles Atticus habetur C. I. n. 169. I. 39.

N. 135. p. 83 — 4. praeter nomina *ΠELEYS, ΘETIS, KALV-KA XOPO* (*Χορώ*), *EPATO*, *IPIΣIA* est *KYMATOΘAI*. Eius Nereidis nomen Welckerus l. l. p. 621 redintegravit: *Κυματοθέα*. Idem Haaseus proposuit Steph. Thes. IV. 7. 2105, simul tamen annotans *Κυματοθόη*. In id ipse ego incideram, habetque ea forma maiorem aliquam probabilitatem palaeographicam. Conf. *Κυμοθόη*, Haas. Steph. p. 2109, Nitzsch. lex. myth. ed. Klopfer. v. I. p. 582. Muetzell. de emend. theog. Hesiod. p. 218 [1]).

N. 162. p. 101. sine causa editor ephebi nomini *SIKON*, *Σίκων*, suum *sic* adscripsit. Id nomen non servile tantum fuit (v. Bergk. Aristoph. fragm. p. 942.), sed etiam ingenuorum, v. C. I. n. 165. I. 59. ubi miles, qui recensetur occisus, civis est Erechtheidis. *Σίκας* philosophus Tarent. apud Iamblich. de vita Pythag. 36. 267. p. 216 Kuster. fortasse idem habet etymon.

In eiusdem Johannis de Witte catalogo [2]): „Description des antiquités et objets d'art, qui composent le cabinet de feu M. le chevalier E. Durand, Paris, 1836" n. 26. p. 14: l'inscription, legitur, *HEPAS KAΛE*, *la belle Héras*, se répète de chaque côté du vase. — Nomen *Ἡράς* mirum est, iudice Wel-

---

1) Qui piscator apud Alciphronem I. 4. uxori epistolam mittit *Κύμωθος Τριτωνίδι* in codice Vindobon. *Δ* dicitur *Κύμοθος*. Wagnerus v. I. p. 18 mavult *Κύμοδος*. Alterum loco non moveo; *Κύμοθος* idem, puto, est qui *Κυμόθοος*, nomine vitae conditioni congruo. Pariter *Ἄλκιθος Ξενοφῶντος Αἰγιεύς* apud Polybium XXVIII. 10, 9. 16, 3 videtur mihi cum Reiskeo (Schweigh. v. VII. 635) esse *Ἀλκίθοος*. *Ἀλκιθόη* est ap. Aelian. V. H. III. 42, cf. O. Mueller. Orchom. p. 167. n. 1., et fortasse etiam in titulo Fourmontiano C. I. n. 18. 4 pro *Ἀλκιτοίδας* fuit *Ἀλκιθοίθας* (*Βοηθοίδης* ap. Homer. Odyss. IV. 31. *Δαμοθοίδας* Pausan. IV. 24, 1. *Πανθοίδας* Plutarch. Pelop. 15. Spec. On. Gr. p. 74). Certe nomen *Ἀλκιτοίδας* vix probatur forma C. I. n. 1568. 1. *ΔAMOTOIΔAO* *Δαμοτοίδαο* (Ahrens. l. l. p. 193), cuius loco Roseus dedit *ΔAMOITOΔAO*. Boeckhius olim scripserat *Δαμοιτάδαο*, quod licet iam non teneat (p. 740 a.), tamen genuinum videtur. Descendit, nisi me fallit, a *Δαμοίτας*, de quo v. L. Dindorf. in Steph. Th. II. 3. 891 — 2.

2) Cf. Gerhard. Intellig. d. allg. Litt. 1836. n. 37 sqq.

ckero qui de illo libro retulit in Mus. Rhen. 1837. (p. 133—150) p. 148. Fortasse iota excidit, ut fuerit Ἡραΐς, Diod. Sic. XXXII. vol. III. p. 43—4 L. Dindorf. Cf. Welcker. Mus. Rhen. 1841. p. 208. n. 16. Ἡραΐ[ς?] ἐνθάδε κεῖμαι, ἐτῶν, ξένε, πεντάκις ἑπτά. C. I. n. 1840. 16 κώμη est Ἡραΐς Corcyrae, v. II. p. 16. b. Tamen id quod est in vase, si re vera exstat, notatum malo quam correctum.

N. 145. p. 49 in saltatione obscena septem Satyrorum et quinque Maenadum muliercula *IOΘNAX*, *Chanthoé* collocata est inter satyros, qui *HIΠOS* [1]) et *ZMOS* dicuntur. Ita litteras de Witte interpretatus est. Contra ea O. Iahnius „Vasenbilder, Hamburg, 1839“ p. 23. d. „Die Nymphe *Xanthon* (*XANΘOI*), inquit, steht zwischen zwei Satyrn *Hipos* und *Zmos*.“ Mox p. 29. columna I. eandem Ξανθόην appellat, apposito asterisco, quo corruptum sibi videri nomen indicat. Ξάνθα nympha in vasis pictura simili conspicitur, v. Iahn. l. l. p. 23. Perdi tamen censeo operam, si quis alterum nomen tuendo alteri adhibeat. Sed pro *IOΘNAX* inscriptum fuisse coniicio ƎOΘI⅃Aꓘ i. e. Καλλιθόη, quod quidem nomen feminae saltanti non male convenit [2]). Tum elementa *ZMOS* corrupta ex *SIMOS* Σῖμος [3]), et Iahnius vidit l. l. n. 55 et Haaseus in Steph. Thes. IV. 1. 38. v. Ζμιζ. Scilicet in vasculo praeterea „la femme *EIO Eio* est en regard avec le satyre *ZMIZ Smis*.“ Eum Iahnius et Gerhardus l. l. p. 316 pariter Σῖμον opinantur appellatum fuisse; ego nescio an fuerit *ZIИIZ*, i. e. si a dextra legendi initium capis: Σίνις [4]). Cui coniecturae certe id non videtur obstare, quod

---

1) Id est Ἵππος. Cf. Βίππος ὁ Ἀργεῖος ap. Polyb. XXV. 2, 3, 11. 3, 4 (G. Dindorf. Steph. Thes. II. 1. 261. Βίθυς C. I. 2622. 1. v. II. p. 440 b.), *ΣOMAΛΣOIΠIB* i. e. *BI[Π]OΣ ΛAMOΣ* Βίππος et Λᾶμος quae bellatorum nomina perhibentur esse in vase Neapolitano n. 145 (Gerhard und Panofka Neap. antike Bildwerke v. I. p. 324). Satyrus *HIΠAIOΣ* in alio cernitur vasculo, de quo v. Iahn. p. 22 et 27.

2) Longe alia est Gerhardi explicatio l. l. p. 315.

3) Haaseus Σιμός scripsit; v. Schaef. ad Greg. Cor. p. 290. ind. schol. Apollon. Rhod. p. 656. b. Osann. Syllog. p. 365. not. 1. Item in Boeckhii titulis iam ubique Σῖμος expressum est.

4) Altera scriptura Σίννις (Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 977. Wesse-

iam Satyrus cognominis latroni esset famosissimo Pithyocamptae. Mox Satyrus quarto loco commemoratus *MEL͵ΓA... Melpa..*, certo nomine appellari iam vix potest. In promtu sunt *Μελπόμενος*, qualis ipse Bacchus colebatur (Pausan. I. 2, 4. 31, 3.), *Μολπαγόρας* Suid., *Μολπᾶς* C. I. n. 2854, 4. *Μόλπις* Harpocrat. Suid. Phot. in lex. [1]). In vase ap. Iahn. p. 22. mulier bacchans est *ΜΟΛΠΕ Μόλπη*.

Nomen, quod supra restituere conatus sum, *Καλλιθόη* videri potest etiam in altero vase scriptum fuisse n. 303. p. 101 (Catalog. Beugnot. n. 32. p. 31.): *ΑΜΘΟΕ Amthóe.*

N. 411. p. 152 notabilis est scriptura *ΑΕΘΡΑ Ἀίθρα;* cf. n. 257. p. 82. *ΕΑSΟΝ Ἐάσων* et Welcker. Mus. Rhen. 1837. p. 332 in fine, Boeckh. metrolog. Untersuch. p. 92. C. I. v. I. p. 722. b. n. 1599. *Αἰσχρώνδας Αἰγιτ— Διωνύσοι*, n. 1647 *ἐπὶ Πλαύχαι*, Ahrens. dial. Aeol. p. 188.

N. 428. p. 162 in vase celebri *Anacreontem* ostendente alter ex duobus ephebis poetae dextram porrigentibus *ΝΥΦΕS* dicitur *Νύφης*. Cognominis Troianus est in vase n. 144. p. 92 collect. Etrusc. v. Welcker. Mus. Rhen. 1839. pag. 621. Hinc apparet, recte me in Spec. Onom. Gr. p. 58 censuisse [2]), in titulo Boeckhiano C. I. n. 3155. 8 scripturam *ΝΥΦΟΔΩΡΟΣ Νυφόδωρος* retinendam esse. Idem vero quod *Νύφης* s. *Νύμφης* nomen est *Νύμφις* (Voss. Hist. Gr. p. 140 Westerm. Etym. Magn. 243. 9).

N. 893. p. 282 *ΕΠΟΙΕSΕΝ ΘΥΦΕΙΘΙΔΕS Thyphithides a fait.* Id nomen non magis videtur Graecum esse, quam quod Welckerus posuit Mus. Rhen. 1837. p. 149 *ΘΥΦΕΙΔΙΔΕΣ Θυφειδίδης*. *Ἐπὶ Θεοφείδεος ταμία* (Calaureae) est in titulo

---

ling. ad Diodor. IV. 59. 303. 92. Specim. Onom. Gr. p. 80), nisi prorsus est vitiosa, pro Aeolica haberi debet.

1) Photius quidem *Μόλπης* habet: ita variatur inter *Ἄττις* et *Ἄττης*, *Τίλλις* et *Τίλλης* alia, v. Lobeck. de nominibus I. declin. in *ᾶς* purum exeuntibus dissert. prim. 1841. p. 14. not. 26. In nonnullis librariorum error videtur agnoscendus esse.

2) Quae ibid. p. 57 de nomine *Ὀλυπικός* disserui, iis adde nomen *Ὀλυπιόδωρος* in vase ap. Gerhardum Rapporto p. 189 in fine, Sickler. Handb. d. alt. Geogr. v. II. p. 287., Fuchs. in Allg. Schulzeit. 1829. n. 132.

quem Boeckhius edidit in Annali dell' Instit. 1829. p. 155. v. 3. Inde ductum Θεοφειδίδης s. Θευφειδίδης in vasculo fuisse coniicias. Πολυφείδης rex Sicyonius habetur apud Eusebium II. n. 24. p. 264 Mai. De nomine Φεῖδος s. φῖδος v. Lehrs. de Arist. stud. hom. 292.. Unger. Theb. Parad. I. p. 149.

In nummo argenteo Milesio n. 2462. p. 480 non ΘΕΟΠΡΟΤΟΣ, sed ΘΕΟΠΡΟΠΟΣ esse suspicor: Θεόπροπος, v. Schol. Iliad. Σ. 468. Ἄρατος ἐν τῷ πρὸς Θεόπροπον ἐπικηδείῳ, allatum in Steph. Thes., Pausan. X. 9, 2. χαλκοῦς ταῦρος τέχνη — Θεοπρόπου — Αἰγινήτου [1]). Ὀλυμπιόδωρος Θευπροπίδου in Smyrnaeo est titulo n. 3140. 28. Ibid. in nummo Chio n. 2463 pro ΔΕΡΚΙΛΟΣ. ΧΙΟΣ. mihi non est dubium, quin legi debeat ΔΕΡΚΥΛΟΣ Δερκύλος. Ibid. n. 2469 in nummo Rhodio vix crediderim exstare: ΡΟ.ΞΕΝΟΦΑΝΙΟΣ, sed ΞΕΝΟΦΑΝΤΟΣ Ξενόφαντος. Certe ad probandum Ξενοφάνιος nihil confert patronymicum Διοφάνειος C. I. n. 1577. 11 [2]).

---

1) In codice uno Lugdunensi a est θεοπόμπου, quod placet Schubarto et Walzio, mihi non item. Nec opus est Clavierii coniectura Θεοπρεποῦς. — In nummo Agathocleae reginae Bactrianae legi dicitur: ΒΑΣΙΚΙΣΣΑΣ ΘΕΟΤΡΟΠΟΥ ΑΓΑΘΟΚΛΕΙΑΣ, Hoffmann. Griechenl. u. die Griechen p. 1849. Nescio an Θεοπρόπου hic quoque fuerit. *Theopropus* est in Iahnii Spec. Epigr. p. 32. n. 45.

2) Ξενοφάντης philosophus Metapontinus recensetur ab Iamblicho Vit. Pyth. XXXVI. 267. p. 215 Kust. Non negaverim, usitatas fuisse formas in φαντης exeuntes (ἱεροφάντης), plerisque tamen locis meliores libri terminationem φαντος exhibent. Cf. G. Dindorf. Steph. Thes. II. 5. 1545 Διόφαντος, Lucian. Dialog. Mort. VII. v. I. 199 Iacobitz. ubi ὦ Ζηνόφαντε pro Ζηνόφαντες in tribus est codicibus. Erraverunt in his interdum etiam recentiores ut Wachsmuth. Hellen. Alt. II. 1. p. 440: „*Ekphantes* Pythagoreer, περὶ βασιλείας Stob. 46. 332.„ Ibi (v. II. 279 Lips.) est Ἐκφάντου; Ἔκφαντος autem ap. Iamblich. Vit. Pyth. XXXVI. 267. — Contra ap. Pausaniam X. 1, 4 Ὑαμπολίτης legitur Δαϊφάντης in Bekkeri, Clavierii, Schubarti Walziique editionibus, ad fidem codicum optimorum. Δαϊφάνης in paucis est libris. Item Πολυφάνταν Polybii codices X. 42, 2 consensu suo tuentur (Liv. XXVII. 32).

Caput IV.

NOMINA PROPRIA EMENDATA VEL DEFENSA.

B. IN SCRIPTORVM LIBRIS.

§. 1. Nomina propria duobus potissimum modis corrupta in veterum libris reperiuntur. Aut enim, quum perspecta esset eorum natura, formae tam in codicibus manuscriptis quam in libris Guttenbergi arte vulgatis saepe tales sunt positae, ut sanae esse non videantur; aut propria ea esse nec librarii [1]) intellexerunt nec critici recentiores, sed appellativa esse opinati locos haud paucos turpiter inquinatos et prorsus obscuros reliquerunt. Et huic quidem vitiorum generi egregie operam *Fr. Iacobsius* nuper impendit, vir et annis et meritis longe gravissimus. Is in Diatribes de re critica aliquando edendae (Gothae 1840) capite postremo p. 32—37 multis exemplis ad classes quasdam revocatis optime ostendit, quibus rationibus nomina propria pro appellativis falso habita restitui deberent. Ad prius genus nunc ego animum advertam, ab eo exorsus scriptore, quem in deliciis habeo, *Plutarcho*.

Apud eum in *Phocionis* vita c. 32 sub finem haec leguntur ad codicum fidem, ut videtur, omnium: *Φιλομήδου τοῦ Λαμπρέως ψήφισμα γράψαντος.* Nullus quod sciam editorum, ne recentissimus quidem *Fr. Kraner*, in his nominibus offendit; equidem si non utrumque, at prius certe leviter vitiatum esse demonstrabo. Primum enim genitivus *Φιλομήδου* quum non possit duci nisi a nominativo *Φιλομήδης*, habet in quo haereas. Non ignoro sane, in Marcello 14 codices *ἀρχιμήδου* [2]) habere

1) Nimirum litteras ii initiales plerumque non solebant maiores pingere.

2) Cf. Franz. Elem. Epigr. p. 233, Osann. Syll. p. 239. 297. Phot. lex. *Ναυσικύδου· καὶ σὺν τῷ σ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὅμοια διττῶς· Ἀριστοφάνης*

omnes, cui accedunt C. I. n. 2231. l. *Ἀντιμήδου* et n. 2310. b. *Νεομήδου:* Plutarchum tamen, qui in Phocione c. 13 scripsit *Γλαῦκος ὁ Πολυμήδους*, pari norma hic *Φιλομήδους* exaraturum fuisse, equidem arbitror. Verum nec eam restituere formam, nec alia quadam arte palaeographica corrupto, ut puto, nomini mederi conor. Nam qui tenet, a librariis permutata inter se haud raro esse nomina *Φιλοδήμου* et *Φιλομήλου* (Plutarch. Timol. 30, v. I. 500 Sintenis.), *Καλλιδημίδου* s. *Καλλιδήμου* et *Καλλιμήδους* Diogen. Laert. v. I. 82 Huebn. Steph. Thes. IV. p. 878 Addend.), *Δεξιδημίδη* et *Δεξιμήδη* (Diog. v. II. 689), *Ἀρχιδημίδου* et *Ἀρχιμήδους* (Pausan. IV. 24, 2), is in eam facile adducatur sententiam, ut *Φιλοδήμου* genuinam lectionem esse censeat. Sed emendationem paratam habere mihi videor etiam faciliorem, quippe quae unius elementi mutatione conficiatur: *ΦΙΛΟΜΗΛΟΥ* (pro *ΦΙΛΟΜΗΔΟΥ*). Eam confirmat titulus sepulcralis Atticus C. I. n. 675: *Φιλομήλου Λαμπτρέως* (sc. *ἡ δεῖνα θυγάτηρ*). *Φιλόμηλος Λαμπτρεύς*. Hominem cum filia sepultum eundem esse atque decreti auctorem, nec nego nec affirmo: probat inscriptio, inter *Lamptrenses* fuisse *Philomelos* [1]), id quod ad rem nostram satis est. Accedo ad nomen demoticum, quod in scriptorum codicibus saepe *Λαμπρεύς* (Westerm. ad Leak. dem. p. 229. n. 90), interdum *Λαμπτρεύς* scribitur, ita ut nunc hoc nunc alterum editum reperias. Vid. Phot. lex. *Λαμπτρεῖς*, *Λαμπραί*, *Λαμπτρεῖς*(?), Harpocrat. *Λαμπτρεῖς*, Hesych. *Λαμπρά*, Suid. *Λαμπραί* v. II. p. 499 Bernhardy., Pausan.

(Eccles. 426 *Ν — ς*). In C. I. n. 199. II. 31. *ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥ*, n. 172. II. 16. *ΑΝΤΙΦΑΝΟΥ*, n. 1248. III. 1. *ΤΙΜΟΜΕΝΟΥ*, Boeckhius dedit: *Ἀριστοκλέους*, *Ἀντιφάνους*, *Τιμομένους*. Sed sigma finale non videtur necessarium esse.

1) Omnino *Philomelus* nomen frequens fuit in Attica: *Ἁλαιεύς* est in titulo Bull. dell' Instit. 1833. n. XI. p. 153. *Εὐωνυμεύς* Diog. Laert. IV. 57. *Παιανιεύς* Bergk. de rel. com. Att. ant. p. 85, Boeckh. Seeurkund. p. 24. 253. *Μαραθώνιος* ib. 253. *Χολαργεύς* Lycurg. in Leocrat. §. 24. Add. Isocrat. Trapezit. 9. Alii cognomines praeter Phocensium ducem notissimum sunt C. I. n. 1570. b. 32 Boeot. Ross. inscr. inedit. n. 75. 5 Stiriens. Pausan. X. 23, 2 Aetol. imperator; Pharsalius stadio victor Olymp. 124 Euseb. p. 155 Mai. De nomine *Φιλομηλείδης* v. Lobeck. Paral. Gr. Gr. p. 6.

l. 21, 3 ubi Schubartus et Walzius, reprehensi ideo ab I. Franzio in Jahrb. f. wiss. Krit. 1841. p. 12, *Λαμπρία* et *Λαμπρεῖαι* ex cod. Vindob. *b* et Neapol. dederunt, quum *πτρ* in libris sit Mosquensi, Parisino *c*, Angelico, Veneto, Vindob. *a*, Lugdunensibus duobus. In oratoribus Graecis hodie *Λαμπτρεύς* restitui solet, v. Schoemann. ad Isaeum p. 273, Baiter. et Sauppius ad Lysiam p. 92, eamque formam, in usitata litterarum *π* et *πτ* confusione (Bast. ad Greg. Cor. 748), omnibus omnium scriptorum locis revocari debere cum aliis censeo propter inscriptionum auctoritatem. In iis *Λαμπτρεύς* habetur his locis [1]): C. I. n. 102. 21. n. 125. 11. n. 150. A. 13. p. 234. a. n. 189. 12. n. 190. II. 34. n. 192. 45 coll. n. 305. II. 18. n. 194. 41. n. 200. 25. n 270. I. 14 coll. n. 275. I. 9. n. 270. I. 15. 19. n. 275. I. 10. n. 284. IV. 18. p. 394. b coll. n. 353. I. 9, 14. n. 290. 5. n. 293. 3, 4. 6. p. 401. b. n. 353. II. c. 6. n. 670. 3. p. 504. b. n. 672. 2. n. 673. 3. n. 674. 3. n. 675. 2. n. 676. 3. n. 196. b. II. 3. n. 200. II. 9. n. 671. 3. p. 504. b. *Λαυπτρεύς* n. 539. b. 11. p. 487. a. *Λαυπτρέως* n. 703. b. 5. p. 916. a. Contra *Λαμπρεύς* est n. 200. 25 ex O. Muelleri apographo, quum schedae Villoisoni Bekkerianae *Λαμπτρεύς* praebeant; item in titulis, quos Rossius transcripsit, Intellig. d. allgem. Litt. 1835. p. 261. n. *e*. 9. *ΑΝΤΙΟΧΟΣΛΑΜΠΡΕΥΣ* et n. *g*. 10. *ΥΤΤΑΚΟΥΤΟΥΠΥΡΡΟΥΛΑΜΠΡΕΩΣ* [2]) legitur. Equidem elementum *T* in lapidibus exstare suspicor; cf. Boeckh. C. I. I. p. 184. a. p. 504. b. *Λαμπτεύς* affertur ex tit. n. 137. 2, 3, 6 (vid. Boeckh. p. 184. a), et n. 284. IV. 18 ubi unus Fourmontus habet, p. 394. b. Aliis locis sigla sunt: *Λαμ.* n. 275. I. 9, 10. n. 305. II. 18. *Λαμπ.* n. 209. 2. n. 272. I. 11. [3]) *Λαμπτ.*, *Λαμπτρ.*, *Λαμπτρε.* Franz. El. Ep. p. 358. b.

---

1) Eos paucis exceptis ante me Schoemannus contulit l. l.

2) Annotavit Westermannus l. l.

3) Ambigua tamen huius exempli fides est. Lapis habet *ΠΟΝΤΙΑΝΟΣ ΛΑΜΤ*, unde Boeckhius fecit: *Ποντιανὸς Λαμ[π]τρεύς*. Nescio an fuerit *Ποντιανὸς Λαμυ[ρου*, cf. n. 192. I. 31. *Ποντιανὸς Λαμύρου Σφήττιος*. Quod si iam nomen demoticum desideratur, fortasse *ΣΦΗ* excidit; quamquam necessario tale nomen addi debuisse demonstrari nequit. Patris autem nomen in eodem titulo col. I. 16 appositum est: *Εὐέλπιστος Συντρόφου Εὐωνυμεύς*.

Nomini demotico subiungo alterum ad eandem classem, ut videtur, a Fr. Kranero relatum, ei tamen eximendum. Ille enim ad Plutarchi verba Phocion. IX. *Καλλικλέα τὸν δανειστήν* p. 22 adscripsit: „Commemoratur etiam Demosth. 25 ubi *Ἀῤῥενίδης* dicitur." Locus, scripturae varietate nulla, hic est: *τῆς* (*οἰκίας*) *Καλλικλέους τοῦ Ἀ ῤ ῥ ε ν ί δ ο υ*, Kraneri vero annotationem alio quam quo dixi modo vix interpreteris. At *Ἀῤῥενίδας* non novit quisquam *δημότας*. Sed patrem potius Calliclis *Arrhenidem* fuisse, tituli demonstrant navales XIII. c. 72 (*ΑΡΡΕΝΗΙΔΟΥ*) et XIV. c. 59. *παρὰ Ἀ ῤ ῥ ε ν ε ί δ ο υ Παιανιῶς*, d. 212 [1]). Etymon videtur *ἄῤῥην* esse; diphthongus autem notabilis est. — De *Arrhenide* archonte Attico (Diog. Laert. VII. 1. 10. *ἐπ' Ἀῤῥενίδου ἄρχοντος*) Niebuhrium kl. Schrift. I. p. 459 conferri C. Fr. Hermannus iubet Lehrb. d. Gr. Staatsalt. in catalogo archont. eponym. Att. p. 386 (430). Sed ibi *Antirrhenides* habetur: Corsini autem Fasti Attici IV. 91, quos Niebuhrius laudavit, consuli a me non potuerunt.

§. 2. Attigi supra genitivum in $\overline{ου}$ heterocliton nominum, quorum clausulae sunt —*μήδης*, —*κράτης*, —*μένης*, —*φάνης*, aliae. Addo, latius progressam Graecitatem aetatis inferioris genitivos sibi indulsisse in $\overline{ειους}$ s. $\overline{ειου}$ pro $\overline{ιους}$ s. $\overline{ιου}$ atque adeo in *ειους* s. $\overline{ειου}$ pro $\overline{ιου}$ (*Φανείους* a *Φανίας* Boeckh. C. I. II. p. 705. b). Tales formas Ionicas, ut *Πασικλείους*, *Αὐτοκλείους*, *Διονυσικλείους*, post Boeckhium l. l. Franzius collegit El. Ep. p. 179. Neque in Attica inauditas fuisse, inscriptio docet C. I. n. 555. 5. *Φιλία ΠΑΝΤΑΚΛΕΙΟΥ Ἀθμονέως*, nam Claraci lectio *ΠΑΝΤΑΚΛΕΟΥΣ* in Mustoxydis et O. Muelleri consensu non videtur praeferenda esse [2]). Iam erit fortasse qui usus observatione illa grammatica *Antipatro Sidonio* lectionem vindicare conetur, quae criticos tanquam corrupta male habuit. In eius poetae epigram-

1) Confer nomina *Ἀρσένιος* (Phot. bibl. 480. a. 35 Bekk.) et *Arrenius* in tit. Lat. ap. Millin. monum. ant. ined. II. 142. „D. M. Q. Arrenio Verecundo tr(ierarcho) cl(assis) Br(itannicae) heredes fec(erunt)." Ibi editor „le mot Arrenius vient probablement du mot grec *ἄῤῥην* qui signifie *mâle*." Alios Muratorius recenset p. MMCCXXXI. Observo, non corrigo nomina *Ἀργενίδας* C. I. n. 1949 et *Ἀγγενίδας* Xenoph. Hellen. II. 3. 10.

2) In nummo Siculo Durandi catal. n. 2293. p. 459 est: *ΑΓΑΘΟΚΛΕΙΟΣ*

mate XXV (Brunck. Anal. II. 12.) vv. 5 et 6 ita vulgo scripti sunt:

> Ἄρτεμι, σῇ δ' ἰότητι γάμος θ' ἅμα καὶ γένος εἴη
> τῇ Λυκομηδείῳ παιδὶ φιλαστραγάλῳ.

In codice tamen Vaticano est: τῇ Λυκομηδείου παιδί, idemque apud Suidam v. Λυκομήδειος: τῇ Λυκομηδείου π. φ. ad quem locum Bernhardy v. II. p. 632 haec annotavit: „τοῦ Λυκομήδους] Λυκομηδείου A et cod. Pal. cum alterâ gl. τοῖ Λυκομηδείου V. Λυκομηδείῳ editores Anth. Toupius in Theocritum p. 397 satis operose locum resarsit: Λυκομηδείῳ. τῇ τοῦ Λυκομήδους παιδί. τῇ Λυκομηδείῳ παιδὶ φ." Altero Suidae loco v. ἰότητι vol. II. p. 122 Kust. Λυκομηδείῳ legitur, quod Iacobsio quoque interprete, qui eleganter corrigit τῇ Λυκομηδείῳ παιδ Φίλας θ' ἁπαλῇ, Anth. Graec. VIII. 34 est: τῇ Λυκομήδους παιδί. Iam ut, quid mihi videatur, explicem, aegre ego crediderim, Antipatrum, quum in promtu esset Λυκομηδείῳ scribere, genitivum finxisse Λυκομηδείου nominis Λυκομήδης, cui probando vix bene Φανείους, Νικίους n. 3362, nedum Πασικλείους, Ἰατροκλείους, alia adhibentur. Nam nisi statueris, poetam regulas etymologiae susque deque habuisse, unde diphthongus ει irrepserit, non apparet. Sed Λυκομηδείου librariorum stupori imputandum est, qui patris genitivum requirerent. Cum ea autem, qua Antipater usus est, ratione dicendi poetica comparari potest Boeotorum usus in titulis conspicuus, ex quo adiectivis patronymicis nomina propria insignire consueverant. Talia sunt C. I. n. 1574. 6. Φάδων Πολυκρίτιος, 8. Καφισόδωρος Σαμιώνιος, 12. Σάμιχος Καλλιγιτόνιος, 16. Ἀντιγένεις Ἀντιγόνιος, cf. Boeckh. p. 758. a. Ahrens. dial. Aeol. pag 214 sqq.

Redeo paullisper ad Plutarchum vel potius ad scriptorem illius nomen mutuatum, qui vitas X oratorum conscribillavit. Eius verba in *Antiphonte* p. 833. A. p. 26 Westerm. ex emendatione Taylori haec leguntur: ὅτι δὲ ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀπέθανεν, ἱστορεῖ καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν. ἀλλ' οὗτός γε ἂν εἴη ἕτερος [1]), Λυσιδωνίδου πατρός, οὗ Κρατῖνος ἐν

1) Vulgata est: ἀλλ' οὗτός τε ἂν ἡμερώτερος Λυσιδωνίδου πατρός, καὶ Κρατῖνος ἐν Πιτύνῃ οὐ πονηροῦ μνημονεύει. Alios aliorum emendandi cona-

Πυτίνῃ ὡς πονηροῦ μνημονεύει. Sententiam scriptoris eam esse, ut dicat, Antiphontem a Cratino Lysidonidis filium appellatum eundem esse atque necatum per XXX viros, non Rhamnusium oratorem, Meinekeus monuit Fragm. Poet. Com. Ant. I. p. 130 — 1. Sed miror, criticos recentiores in nomine *Λυσιδωνίδου* non offendisse, quod Graecum esse nego. De explicatione unus Dryander cogitavit l. l. p. 33, etsi sine successu et male is scriptorem interpretatus: „At Cratinus, inquit, eo quod Antiphontem Lysidonidae filium appellavit, — *quamquam quid in patronymico illo nomine lateat dictu est difficillimum, quum de Lysidone vel Lysidonide nihil nobis constet,* — videtur tamen ipsum Antiphontem irridere voluisse.“ Emendare Amyotus voluit et Meziriacus: *Σιμωνίδου,* quod in *Λυσιδωνίδου* corruptum esse, parum est credibile. Mihi longe aliud in mentem venit remedium. Nam quum saepe in codicibus litterae $\overline{\lambda\iota}$, $\overline{\lambda\upsilon}$ et $\overline{\mu}$ inter se permutatae reperiantur [1]), nec minus frequenter σ et ε [2]), pro *ΛΥCΙΔΩΝΙΔΟΥ* certe Graecum habemus nomen refingentes: *ΜЄΙΔΩΝΙΔΟΥ Μειδωνίδου. Μείδωνες* quum Attici tum aliarum Graeciae civitatum cogniti sunt complures: C. I. n. 596, *Ἀσκληπιάδης Μείδωνος Ἀφιδναῖος;* Boeckh. tit. trier. XIII. c. 28, XIV. d. 169 ubi *M.* est *Σάμιος ἐμ Πειραεῖ οἰκῶν* (v. p. 170. 439); Agidis epigr. v. 1. Brunck. Anal. I. p. 185 venator et auceps; Bacchylidis pater, idem *Μειδύλος* [3]) nominatus, v. Neue B. Fragm. p. 1. 2 et Addend. Welcker. üb. eine kret. Colon. p. 46. Huc

---

tus, minus illos probabiles Tayloriano, Westermannus composuit. Addo Meieri emendationem de Andoc. or. c. Alc. comm. IV. p. IV: *ἀλλ' οὗτός γε ἂν εἴη νεώτερος Λυσιδωνίδου πατρός, καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ αὐτοῦ ὡς οὐ πονηροῦ μνημονεύει·* cf. A. Dryander comm. de Antiphont. Rhamn. vita et script. selecta cap., Halis 1838, p. 29.

1) Vid. Valcken. ad Theocriti Adoniaz. p. 229. B. Bast. ad Greg. Cor. p. 455. 724. Porson. ad Eurip. Hecub. v. 1141. Addend. p. 98 Schaef. Apud Plutarchum Lysand. 14 codices *πολιτεύειν* praebent, *πομπεύειν* ex optima Amyoti et Bryani coniectura editur. Item Aeliani codex Monacensis Hist. Anim. XVII. 16 pro *Θεόπομπος* vitiose *θεοπόλυπος* exhibet.

2) Bast. Comm. Palaeogr. p. 712.

3) De *Μειδυλιδῶν* gente Aeginetica Boeckhius exposuit ad Pindari fr. 95. p. 659.

etiam *Μείδας, αντος* (Suid.), *Μειδίας, Μίδων* [1]) (Brunck. Anal. II. 297.) pertinent.

Hyperides in vita p. 849. D, p. 85 Westerm. narratur *ἐν Ἐλευσῖνι (ἔχειν) ἐν τοῖς ἰδίοις κτήμασι Φίλτην Θηβαίαν εἴκοσι μνῶν λυτρωσάμενος.* Mulierculae nomen suspicabar *Φίλτιν* potius fuisse quam *Φίλτην.* Exempla illius nominis Valckenarius contulit ad Lennepii Phalaridem p. XXVII Schaef. Quodsi apud Diogenem Laert. VIII. 88, II. 320 Huebn. *Ἀκτίδα, Φιλτίδα, Δελφίδα* scriptum legitur, nihil videtur impedire, quominus accentum retrahamus: *Φίλτιδα,* cf. Lehrs. de Arist. stud. hom. p. 297. 298 not. Sed nunc nescio an graviore vitio locus affectus sit. Nam Athenaeus XIII. 590. D eandem meretricem *Φίλαν* appellat, patriae nomine non addito. Ea autem *Φίλα* meretrix quae ab illo commemoratur p. 587. E e Philetaeri Cynagide (Meinek. III. p. 294) et cognominis Carii Elei *serva* p. 593. F. quum non diversae videantur esse ab ea, quam Hyperides redemit, coniicio apud Plutarchum personatum scribi debere *Φίλαν τὴν Θηβ.*, syllabam *αν* lineola super λ posita indicatam (Bast. comm. palaeogr. 755), mox neglectam et articulum male ad *Φιλ* tractum esse opinatus. Neque sanum esse *Θηβαίαν* praesto. Fortasse *Ἀθηναίαν* fuit. — Inconsiderate in Specim. On. Gr. p. 111 Demostheni adv. Lacrit. § 20 p. 929 Reisk. formam doricam *Φιντιάδης* (Boeckh. Explic. Pind. p. 156) volui intrudere pro vulgata: *Φιλτιάδης Κτησίου Ξυπεταιών.* Ea ducitur a *Φιλτίας* s. *Φιλτέας,* quod alterum certe nomen est cognitum ex Etym. M. p. 795. 14. *Φιλτέας] παρὰ τὸ φιλῶ, φιλτὸς ῥηματικὸν ὄνομα οὗ παράγωγον Φιλτέας, ὡς πρῶτος Πρωτέας· ἄριστος. Ἀριστέας. Φιλτέας δέ ἐστιν ὁ Καλακταῖος* (Valcken. l. l.) *ἱστορικός, ὁ τὰ Νάξια συνθείς.* Add. *Φίλτων Περιθοίδης* in Boeckh. tit. tr. n. X. f. 25 et in Plauti Trinummo; iis autem, quae Valckenarius dedit l. l., accedant *Φίντυς* philosophus in

---

1) Contra in Epigr. adesp. CCXXXV. 5 (Brunck. Anal. III. 198) *ἃ σὺν πόνῳ φυτουργὸς ἐκτήσατο Μίδων.* Alios *Midones*, qui comicorum fabulis titulos dederunt, Meinekeus congessit Histor. Crit. Com. Gr. p. 401. Add. titul. ap. Orell. v. II. 335. n. 4765: „D. M. C. Licinio Midoni. *Μίδων. οὐδεὶς ἀθάνατος.*“

Photii bibl. cod. 167. p. 114. b. 22 et cognominis poeta ibid. p. 115. a. 22, tum *Φιτίας* s. *Φιντίας* vasorum pictor, v. Gerhard. rapporto intorno i vasi volcenti p. 178. n. 696, p. 180. n. 719 et 728 [1]). Latine *Phintia*, Gronov. Observ. IV. 15. p. 697 Platn.

§. 3. Magnam fuisse eorum nominum copiam, quae cum *ἵππος* essent composita, exempla docent in Specimine Onom. Gr. p. 50 sqq. a me collecta. Eum numerum mantissa augere atque unum alterumve nomen sanare, hic ego conabor. In *Theocriti* Idyllio II. v. 116 legitur:

Εἶδον Δέλφιν ὁμοῦ τε καὶ Εὐδάμιππον ἰόντας

Meinekeus p. 164 edit. II. „Non puto, scripsit, haec graece dicta esse. Ferrem si inverso ordine scriptum esset *ὁμοῦ τε Δέλφιν καὶ Εὐδάμιππον*, nunc scribendum videtur *ὁμοῦ Δέλφιν τε καὶ Εὐδάμιππον*." Assentior ita, ut alterum insuper e versu tollendum putem vitium, quod vir egregius, qui de multis nominibus propriis et ad Bucolicos et ad Comicorum Fragmenta praeclare disputavit, non videtur animadvertisse. Etenim in nomine *Εὐδάμιππος* dubito num longa sit vocalis antepenultima. Statuunt sane editores Stephani Thes. Paris. v. III. 7. p. 2218, *Εὐδάμιππον* doricam esse formam pro *Εὐδήμιππος*, sed id ipsum nomen neque ac *Δήμιππος* s. *Ἱππόδημος* nunquam videtur apud Graecos in usu fuisse. Certe ea nec in ullo lexico allata reperio nec ipse legi apud quemquam scriptorem aut in titulo. Contra quum plurimi fuerint *Δάμιπποι* (v. Lud. Dindorf. in Steph. Thes. II. 3. 891. Theophr. Charact. 3. [2]) C. I. n. 1260. 21. n. 1262. 16. n.

---

1) Apud Plutarch. de sera numin. vind. c. 13 pro Ὦ *Φιλτιάδαι* bene iam a Xylandro *Ὀφελτιάδαι* restitutum est, v. Wyttenbach. p. 69. — Cum *Φιλτιάδης* confer nomen *Μιλτιάδης*, et ad *Φίλτις* s. *Φίντις* fortasse adhiberi possunt *Μέλτας* (Pausan. II. 19, 2) et *Μέντας* (VIII. 31, 4), *Μεντίδας* n. 1593. 9. Nec huic quidem dispar *Ξέντας* Iambl. vit. Pyth. XXXVI. 267. p. 217 Kust., ubi *Ξενίας* parata est ac facilis mutatio. Num necessaria sit dubito.

2) Reiskeus malebat *Δαμάσιππος*. Improbans hunc emendandi pruritum I. Fr. Fischerus p. 31. b: „sapientis vero, inquit, cautique hominis est, etiam in maximis scientiae Graecarum litterarum divitiis et abundantia paupertatem suam agnoscere et in legendis veterum scriptis cupidiorem esse discendi et intelligendi quam non intellecta mutandi et emendandi, vel potius misere corrumpendi."

1356. 2. n. 1361. 2. n. 1433. 9. n. 1513. 46 [1])), s. *Δάμνιπποι* (ap. Lysiam XII. 12, 14. p. 121 Steph. et Lucian. dial. mort. 8.) s. *Ἱππόδαμοι* (Hom. Iliad. XI. 335. Steph. Thes. IV. 2. 639. C. I. n. 1253. 15. n. 1388. 2), omnes arbitror *equorum domitores*, libenter iuvenem Theocriteum ad eandem retulerim classem, metrum inserto *ν* sarciens: *Εὐδάμνιππον* [2]), sive vulgo quis ita appellabatur, sive poeta de suo litteram interposuit. Certe simili modo Aristophanem puto fecisse Equitt. v. 328, quo de loco filium *Hippodami Milesii* spectante nuper C. Fr. Hermannus in disputatione de H. M. ad Aristot. Polit. II. 5 (Marburgi 1841), postquam patrem hominis *Εὐρυχόωντα* dictum fuisse demonstravit, p. 5 haec est commentatus: „Difficilior causa est ipsius Hippodami, quem quum ad similitudinem Homerici *ἱπποδάμοιο* tanquam *equorum domitorem* correpta penultima pronunciari consentaneum sit, Aristophanes produxit Equitt. v. 327:

ἢ σὺ πιστεύων ἀμέλγεις τῶν ξένων τοὺς καρπίμους,
πρῶτος ὤν, ὁ δ' Ἱπποδάμου λείβεται θεώμενος,

quasi dorica forma esset pro *Ἱπποδήμου*, neque video quomodo hanc difficultatem expediamus, nisi consulto hac quantitate usum esse Aristophanem suspicemur per cavillationem, ut Laconismum hominis notaret; quod enim Leutschius (Mus. Rhen. 1833. T. II. 353 sqq.) liquidae eam vim tribuit, ut antecedentem vocalem producat, id quamquam non sine quibusdam analogiis dictum est [3]), apud comicum tamen, cui multo maior solutionum licentia competebat, aliquam praeterea rationem singularem requirit.“ Eadem fere atque Hermanni est G. Dindorfii sententia in Steph. Thes. IV. 2. 639 „tanquam forma Dorica pro *Ἱπποδήμου*. Quocum comparanda sunt nomina *Εὔδαμος Εὔδημος* et *Ζευξίδαμος Ζευξίδημος*.“ In re dubia conatum propono emendandi hunc, ut poetam formam *Ἱπποδάμνου* finxisse suspicer. Ut taceam no-

---

1) Spartanis magnopere id nomen placuit, quod summopere rei equestri studebant. Vid. supra p. 91.

2) Compara nomen *Εὐάρχιππος* ap. Xenophont. Hellen. II. 3, 10 ephor. Laced.

3) Aeschyleis *Ἱππομέδοντος* et *Παρθῖνοπαῖος* consimile est ap. Lycophr. Alex. v. 953. *ναύταις ἔδωκε Φοινοδάμαντος κόρας.*

mina *Λάμιππος* et *Λάμνιππος*, *Πουλυδάμας* et *Πολύδαμνα* Meinek. Euphor. p. 64, ipsum appellativum *ἱππόδαμνος* videtur apud Hesychium esse: *ἱπποδάμνων· ἐφίππων*; quod si vel non est, nam *ἱπποδάμων* corrigunt, tamen non ausim negare, Aristophanem tale quid novare potuisse. Vix est quod dicam, in nominibus propriis metro adaptandis semper poetas permissum sibi aliquid credidisse [1]), nec videtur incredibile, Aristophanem ex hac ipsa nominis vulgo usitati immutatione risum captavisse.

Tum ea, quam supra dixi, mantissa nominum in lexica non receptorum haec est: *Ἀγγέλιππο* τὸ *Ἀπόλλωνι Δεωχίο* C. I. n. 2132. 1 barbare pro *Ἀγγέλιππος* vel *Ἀγέλιππος* (n. 3066. 3, 20.) quod Boeckhius maluit, v. II. p. 168. b. In lapide duplex est gamma. *Ἄγιππος*, vide titulum p. 92 a me repetitum. *Ἀλέξιππος* Andocid. de myster. 18. Plutarch. Alex. 41. *Ἄρξιππος* hic illic in codicibus apparet, ubi alii libri *Ἄρχιππος* habent, cf. Gaisfordi Hesiod. v. II. p. 6, not. 19 ed. Lips. Nomen certe ad analogiam aliorum recte formatum est. *ΑΡΡΙΙΙΙΙΟΥ* in titulo Tauromenitano Dorvill. Sicul. p. 529, §. 11. Burmannus p. 550 „vide, inquit, an substitui possit *ΚΡΑΤΙΙΙΙΙΟΥ*, ut *Cratippus Tyndaritanus* Ciceroni IV. Verr. 12. vel *ΖΟΣΙΙΙΙΙΟΥ* [2])? ut

---

1) Vid. Hephaestio p. 8 Gaisf. *τὸ τοῦ Ἀρχελάου ὄνομα Σοφοκλῆς ἐν ταῖς ἐλεγείαις οὐκ ᾤετο ἐγχωρεῖν οὔτε εἰς ἔπος οὔτε εἰς ἐλεγείαν· φησὶ γοῦν:*

Ἀρχέλεως· ἦν γὰρ σύμμετρον ὧδε λέγειν.

Saepius poetae aliud metri genus eligebant, quum nomina propria versui heroico inferri omnino non possent. Cf. Boeckhium praeclare de epigrammate meritum C. I. n. 1925. v. II. p. 39. tit. Attic. in Intell. d. allg. Litt. 1837. 710.

2) Debebat *ΖΩΣΙΙΙΙΙΟΥ*; nam si sana est apud Ciceronem lectio *Zosippus*, ea ex usu litterarum *Σ* et *Ζ* promiscuo (Franz. El. Ep. p. 247.) videtur explicari debere, ita ut *Zosippus* idem nomen sit ac *Sosippus Σωσ.*, quod Lambinus malebat. *Ζωΐππος* Hieronymi Syracusarum regis consiliarius a Polybio VII. 2, 1, dicitur qui Livio XXIV. c. 4. *Zoilus* est, c. 26. 1, 6 autem *Zoippus*. Eam formam I. Fr. Gronovius ubique restituebat. Sed quum, Drakenborchio teste ad c. 26, in tantum non omnibus codicibus sit *Zosippi* vel *Zosippo*, haec plenior scriptura Latino scriptori reddenda videtur. Polybio suum *Ζωΐππος* non eripuerim: id credo esse pro *Ζώσιππος* i. e. *Σώσιππος*, quemadmodum et *Σώσιππος* et *Σωΐππος* fuerunt, C. I. n. 834. 2 (*ΣΩΙΠΠΟΥ* in lapide, v. Spec. Onom. Gr. p. 51 ubi *Σώανδρος Σωγένης* alia contuli). Nec iure negaverit quisquam, unum eundemque et *Zoippum* et *Zosippum* appellari potuisse.

Zosippus Tyndaritanus eidem c. 42.“ Quum a sinistra complures litterae exciderint ante *APP* sqq., nec constet omnia huius nominis elementa servata esse, emendationem non periclitor, licet facillimum sit corrigere *APXIΠΠOY*. Quid quod fortasse omnino non erat, cur de corruptela cogitaretur: Ἄῤῥιππος enim satis, opinor, praesidii habet in nominibus Ἀῤῥίλεως C. I. n. 183. I. 11 et Ἀῤῥιφῶν Pausan. II. 37, 3. *Arsippus* Aesculapii tertii pater ex Arsinoe, Cic. de nat. deor. III. 22, 57. Ἀρσίππη Minyae filia, Antonin. Liber. 10 ubi Verheykius Hesychium et interpretes attulit v. Ἀρσίπτη· ἡ Ἄλκηστις. *Denuxippus* in Hygini fabula 173 (p. 290 Mythogr. v. Staver.) nomen procul dubio vitiatum, cuius certa restitutio non succurrit. Neque enim affirmaverim, fuisse *Dioxippus*. Ἡριππίδας [1]) ea de causa hic affertur, quod in nonnullis veterum scriptorum editionibus male Ἠριππίδας scriptum est; cf. Plutarch. Moral. v. I. praef. 7. ed. Didot., Sturz. lex. Xenoph. et de Ἡρίππη Fr. Passowius ad Parthen. 8. p. 56. Composui iam in Iahnii et Klotzii Annal. Philol 1841. XXXI. 1. p. 34 nomina: Ἀθήνιππος [2]) Demosth. adv. Lacrit. §. 20. 34. C. I. n. 115. II. 24. n. 290. 20, Ἕρμιππος et Ἑρμιππίς C. I. n. 385. 13, Κρόνιππος Aristoph. Nub. 1070, Ποσείδιππος. Θήσιππος Θησίππου ἐκ Κεραμέων Diogen. Laert. V. 57., cod. Cantabrig. θησιδίππου, v. Huebner. v. II. p. 731.

Ἱπποσθενίδας Thebanus Plutarch. Pelopid. 8, in libello de genio Socratis Ἱπποσθενείδας dicitur. *Laippus* artifex Olymp. 121 a Plinio recensetur Nat. Hist. XXIV. 8. 19, 51. vol. V. 74 Sillig. Vulgata erat *Dahippus;* in aliquot codicibus est *Lahippus;* illud editor ex Bambergensi adsumsit, cf. Ian. p. 392. Tum §. 66. p. 79 item *Laippum* Silligius ad Bambergensis fidem dedit pro Parisinorum scriptura *Lahippus* et vulgata *Dahippus*. Iam quum §. 87 *Daippus* codicum optimorum consensu defendatur, *(dippus* Bamberg. *diaipus* Monac. p. 396), pariterque Δάϊπ-

---

1) Cum Ἑρμιππίδας confusum est a Plutarchi librariis Pelopid. 13 ubi v. interpr.

2) Quamquam id nomen etiam ab *urbe Athenarum* repeti potest. Rostius in lexico omisit.

πος apud Pausaniam duobus constet locis VI. 12, 3 („*δάσιππος* in Vindob. primo esse videtur") et 16, 4, quinque autem locis omnibus unus videatur idemque artifex significari, Silligii Cat. Artif. p. 176 suspicio est, genuinam formam esse *Daippus*, Plinium aut ipsum bis in legendis Graecis erravisse, male elementum *Δ* pro *Λ* habentem, aut in corruptos incidisse codices, ubi eaedem litterae inter se confusae essent. Ingeniosam esse coniecturam vel ii concedent, qui fortasse duos malint agnoscere artifices *Daippum* et *Laippum* [1]. Certe nominis *Λάϊππος* graecitatem probare nomen *Ἱππόλεως* videtur ap. Herodot. IV. 53. *τὸ μεταξὺ τῶν ποταμῶν τούτων* (Borysth. et Hypan.) *ἐὸν ἔμβολον τῆς χώρης, Ἱππόλεω ἄκρη καλέεται.* Conferantur *Λάκριτος* et *Κριτόλεως* C. I. n. 3140. 24. — *Δάϊππος* est ap. Diogen. Laert. V. 3, 63; idem coniicias fuisse „in marmore a Comite Caylus edito Tom. II Antiqq. Tab. LXVI. *ΔΑΙΠΠΟΣΣΑΤΥΡΟΥ,*" Dorvill. Sicul. p. 509. *Κρίνιππος* Diod. Sicul. XV. 48. *Plagiosippus* script. ad Herennium IV. 31., in codice Turicensi: *Plagioxyppus;* Graevius ab Orellio laudatus consuli a me non potuit. Inde quid alii emendaverint nescio; *Plexippus* non displiceret. *Τελεσίππα* Plutarch. Alex. 41. Moral. p. 181. A. p. 339. C. *Τελεσίππη* Phalarid. epist. 87. p. 272 Schaef. *Τελέσιππος* Meinek. Fragm. Com Ant. v. I p. 477. *Τίσιππος* ap. Polyb. XXX. 10, 4 et Livium XLV. 28. *Ὑπερίππη ἡ Ἀρκάδος* Pausan. V. 1, 2; fil. Munichi Antonin. Lib. 14. Quae ab Apollodoro commemoratur *Ὑπερίπτη* Danai filia II. 1, 5, Heyneo p. 125 *Ὑπαρέτη* cll. Hygin. fab. 170, nescio an idem nomen habuerit. *Χέσιππος* Cic. de nat. deor. I. 34, 93. „Zeno-Chrysippum nunquam nisi *Chesippum* vocabat," Sturz. de nomin. Graec. praef. III. p. 12.

§. 4. Quemadmodum permutatas inter se litteras *ΔΑ* et *ΛΑ* errorem peperisse supra statuimus satis arbitror probabiliter, ita

---

1) Scriptura *Dahippus* et *Lahippus,* recte a Sillигio spreta propterea, quod in codice Bambergensi *h* non apparet, per se non est reiicienda. Cf. C. L. Schneider. Elem. d. lat. Spr. I. 192, qui quum p. 191 nomen *Euhelpistus* inter exempla litterae male insertae retulerit, non videtur cognitum habuisse usum Graecorum satis antiquum, v. C. I. n. 170. 9. *τεῖχος πιστοτάτην ἐλπίδ' ἔθεντο βίου.* Ibi p. 301. b interpretes verbum *ἀφελπίζειν* et nomina *Helpis, Helpidius, Helpidianus* contulerunt.

elementorum *ΛΑ* et *ΑΛ* confusio permultis locis genuinas nominum formas expulit. Ei confusioni nomen *Λάκιππος* deberi videtur, quod quum uno, quod sciam, loco exstet in uno tantum codice Diogenis Laertii Palatino V. 2. 36. v. I. 339 Huebner., ubi libri Stephani, Florentinus, Monacensis (v. II. 726.) *ἀλκίπ-που* habent s. *ἀλκίπου*, vulgata est *Λευκίππου*, Menagius iure praetulit *Ἀλκίππου*. In ipso tamen nomine *Λάκιππος*, si codices tenerent vel lapides fide certa, non esset quod quis reprehenderet: referri enim posset ad nomen *Λάκιος* ap. Stephan. Byz. v. *Γέλα* et Athen. VII. p. 297. E. Item quod apud Diodorum Siculum XIV. 82 est: *τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντος (τῶν Φωκέων) Λακισθένους τοῦ Λάκωνος*, probando nomini *Λάκιππος* aliquis adhibuerit. Illud est etiam in lapide Tenio C. I. n. 2338. 16. *ΛΑΚΙΣΘΕΝΗΣ..ΩΓΕΝ.ΥΣ.ΡΥΗΣΙΟΣ* ubi Boeckhius scripsit [*Ἀλ*]*κισθένης* [1]) *Σωγένους* [2]) *Ὀρυήσιος*; mihi, num corrigi nomen duplici auctoritate firmatum debeat, non liquet. Quamquam nihil efficit, quod C. H. Lachmannus tenuit in Gesch. Griech. vom Ende des pelop. Kr. I. p. 160: „unter Anführung des Lakonen *Lakisthenes.*" Contra quin statuenda sit litterarum *ΑΛ* et *ΛΑ* confusio in nomine canis cuiusdam Actaeonis, non dubito. Ea canis a scholiasta Iliad. XXII. 29. p. 588. a. 5 Bekk. *Ἄλκαινα* appellatur, nec in eo nomine Lobeckius offendit Aglaoph. p. 1190 not. *n.* Ungerus autem Theban. Parad. I. p. 378 hanc *Alcaenam* eandem putat esse atque *Alcen* [3]) Ovidii Metam. III. 217 et

---

1) Rostii exemplis lex. I. p. 185 addo Thucyd. IV. 66, VII. 16. Diodor. Sicul. XV. 50. C. I. n. 1513. 21. n. 1579. 4. Boeckh. tit. trier. IV. f. 40. Preller. Polemon. Fr. p. 132. *Alcisthene* Plin. N. H. XXXV. 11. 40. 47.

2) Poteras etiam: *Ἡρωγένους*, C. I. n. 2705. 2.

3) *Ἄλκην* inde lexico suo Rostius intulit. Sed de accentu dubitatur, v. Lehrs. de Arist. stud. hom. p. 299. Apud Xenophont. Cyneg. VII. 5 a Schneidero et ap. Isaeum de Philoctem. hered. 19 *Ἀλκή* editum est a Schoemanno et Baitero Sauppioque; item Boeckhius *Ἀλκά* dedit C. I. n. 7. 2. p. 14. a (Franz. El. Ep. p. 69). *Ἄλκας* miles Atticus habetur C. I. n. 165. II. 50 (Franz. p. 114.). *Ἄλκιμος* Daphnidis Siculi canis lexicis inseratur ex Aeliani Hist. A. XI. 13. Item: *Ἀλκιβία* C. I. n. 1361. 5. n. 1433. 2. 9 (quae mulier est Spartana, cf. Thucyd. VIII. 6 cum scholio: *Ἀλκιβιάδης Λακωνικὸν ἦν ὄνομα*); *Ἀλκίδομος* C. I. n. 1728. 2. p. 849. b (in lapide *ΛΑΚΙΔΟ-*

Hygini fab. CLXXXI. p. 299 Staver. Equidem suspicor fuisse: *Λάκαινα*, nam *Lacaena* quoque inter Actaeonis canes commemoratur ab Hygino p. 300. Ea ut sola tanquam praestantissima a scholiasta poneretur, insignis virtus et vis odora effecit. Vid. Pindari fr. 73. p. 599 Boeckh.

Ἀπὸ Ταϋγέτου μὲν Λάκαιναν
ἐπὶ θηρσὶ κύνα τρέχειν πυκινώτατον ἑρπετόν.

Meurs. Miscell. Lacon. l. III. c. 1. Beckmann. ad Antigon. Caryst. p. 163. Winckelm. ad Plutarchi Amator. p. 225.

Canes nominibus propriis ut hodie ita olim appellari solitos esse, permulta exempla ostendunt. Et in venaticis quidem id inprimis spectabatur, ut brevia essent ea nomina, quae celeriter percipi possent; cf. Xenoph. Cyneget. VII. 5. *τὰ — ὀνόματα αὐταῖς τίθεσθαι βραχέα, ἵνα εὐανάκλητα ᾖ*; Oppian. Cyneget. I. 444

αὐτὰρ νηπιάχοισιν ἐπ᾽ οὐνόματα σκυλάκεσσι
βαιὰ τίθει, θοὰ πάντα, θοὴν ἵνα βάξιν ἀκούῃ·

Arrian. de venat. 31. p. 221 Blancard. *τὰ — ὀνόματα — ὅτι βραχέα καὶ εὐανάκλητα θετέον ταῖς κυσίν, καὶ τοῦτο χρὴ πείθεσθαι αὐτῷ* (*Ξενοφῶντι*), *καὶ ὅσα ἀναγέγραφεν ὀνόματα, τὰ μὲν εὗρών, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ποιήσας δεξιῶς ἀναγέγραφεν·* Columell. VII. 12 „nominibus non longissimis appellandi sunt, quo celerius quisque vocatus exaudiat, nec tamen brevioribus quam quae duabus syllabis enuntientur: sicut Graecum est *Σκύλαξ*, Latinum *Ferox*, Graecum *Λάκων*, Latinum *Celer*, vel femina ut sunt Graeca *Σπουδή*, *Ἀλκή*, *Ῥώμη*, Latina *Lupa*, *Cerva*, *Tigris*.“ Nomina ipsa ex Aeschylo fr. 225 G. Dindorf. Apollodoro III. 4. 4, 5 — 6 Hygino

---

ΜΟΥ); *Ἀλκιλάδας* C. I. n. 1489. 1. p. 693. b; *Ἀλκιμάχη* C. I. n. 800. b. 6; *Ἀλκίμαχοι* praeter Rostianos (Bekker. Anecd. 378. 23.) sunt: C. I. n. 172. II. 10 Corydall. n. 179. 3. Myrrhin. Boeckh. tit. trier. p. 232. *ἐκ Μ.* n. 199. I. 17. Paeaniens. tit. trier. p. 232. n. 1012. b. 2; Parius philosoph. ap. Iamblich. vit. Pyth. XXXVI. 267; *Ἀ. καλός* in vasis ap. Millin. monum. ined. II. 37, Gerhard. et Panofk. Neap. ant. Bildw. I. p. 385. n. 1925; Arriano I. 18. 1 Kruegerus *Ἀντίμαχον* ex optimo codice Florentino *A* restituit; alii duo Florent. *Ἀλκύμαλον* habent, vulgata erat *Ἀλκίμαλον*: nescio an fuerit *Ἀλκίμαχον*. *Ἀλκῖνος* C. I. n. 1751. 4. Phalarid. epist. 25, ubi tamen libri etiam *Ἀκίδου* et *Ἀλκίδου* praebent, v. Leunep. p. 131 Schaef. Ab *Ἀλκῖνος* patronymicum descendit *Ἀλκίνιος* in titulo Boeotio C. I. n. 1577. 11. p. 760. b.

fab. 181 Ovidio Metam. III. 206 sqq. qui Actaeonis canes recensent, e Xenophonte et ex aliis quibusdam scriptoribus affero quae in promtu sunt haec: *Agre* Hyg. Ovid. 212. *Agriodus* Hyg. Ov. 224. *Agrius* Hyg. *Aello* Ov. 219. *Αἰθήρ* Xenoph. *Aethon* Hyg. *Haemon* Hyg. *Αἰχμή* Xen. *Acamas* Hyg. *Ἀκτίς* Xen. *Ἀλκή* *Alce* Xen. Hyg. Ov. 217. Colum. *Ἄλκιμος* Aelian. H. A. XI. 13. *Ἀμάρυνθος* Apollod. *Ἀνθεύς* Xen. *Ἄργος* Hom. Odyss. XVII. 291 sqq. Apollod. Welck. trilog. Aeschyl. p. 129 sq. *Argo* Hyg. *Arethusa* id. *Arcas* id. *Ἄρκυα* Apollod., in libris est *ἄρκενα*, Scaliger *Ἄρπυια*. *Harpalus* Hyg. Ovid. *Harpalycus* Hyg. *Harpyia* id. Ovid. 215. Aeschyl. *Asbolus* Ovid. 218. *Αὐγίας* Eupolidis canis homini Eleusinio, qui poetae donaverat, cognominis Aelian. H. A. X. 41. *Αὐγώ* Xen. *Αὔρα* Atalantes, v. Polluc. V. 45. *Βία* Xen. *Boreas* Hyg. *Βορῆς* Apoll. *Borax* Hyg. *Βρέμων* Xen. (*BPEMON* in tit. Latino n. 8 ap. Iahn. Spec. epigraph. p. 132.) *Βριάρεως* Ptolem. Hephaest. in Phot. bibl. 148. a. 26 Bekk. *Βρύας* Xen. *Γαργήττιος* v. Polluc. V. 46. *Γηθεύς* Xen. *Glympicus?* Grat. Falisc. Cyneg. v. 214. *Γνώμη* Xen. *Gorgo* Hyg. *Dinomache* id. *Dioxippe* id. *Dorceus* id. Ov. 210. *Draco* Hyg. *Dromas* id. Ov. 217. *Dromius* Hyg. *Dromus* Orell. inscr. Lat. 4730 v. II. 331 *Dromo et Hylac*(tori) || *canib. venaticis* || *boni*(s). *Eudromus* Hyg. *Echione* id. *Zephyrus* id. *Ἥβα* Xenoph. *Θάλλων* id. *Θέων* Ael. H. A. XI. 13. *Theriope* Hyg. *Theriphone* id. *Therodamas* id. Therid. Ov. 233. *Theron* id. Ov. 211. *Thous* id. 220 Hyg. *Θυμός* Xen. *Ἱπποκένταυρος* ap. Polluc. V. 47. *Ichneus* Hyg. *Ichnobates* id. Ov. 207. *Issa* Martial. epigr. I. 110. *Καίνων* Xenoph. *Καλαθίνη* Brunck. Anal. II. 241. IV. *Canace* Ov. 217. sed *Canache* Hyg. quae forma praestare videtur. *Κάππαρος* Plutarch. Moral. 969. E. X. 40 Reisk. *Celer* Columell. *Cerberus; Cerva* Colum. *Κόραξ* Aeschyl. Hyg. *Κραύγη* Xenoph. Arcad. 105. 1 Lehrs. de Arist. 299. *Cyllopodes* Hyg. (*κυλλοπόδης* Stephan. Thes. IV. 7. 2100), vulgo Cyllopotes. *Cyllo* id. *Cyprius* id. Ov. 220. *Labros* id. 224 Hyg. *Ladon* id. Ov. 216. *Laelaps* id. 211 Hyg. Un-

ger. Theb. Parad. I. 399. *Lacaena* Hyg. *Lacon* id. Colum. Ov. 219. *Λαμπάς* Aelian. H. A. XI. 13. *Lampus* Hyg. *Lachno* id. Ov. 222. *Leaene* id. 218. Hyg. *Λεύσων* Xen. *Λήθαργος.* Poll. V. 47. (*Θήραγρος* Brunck. Anal. II. 194.) *Λόγχη* Xen. *Λοκρίς* Brunck. Anal. I. 200. *Λόχος* Xen. *Λυκάς* Simonides ap. Polluc. V. 47—8. *Lycisca* Hyg. Ov. 220. *Λυκιτᾶς?* Aeschyl. fortasse *Λευκίτας*, Theocr. V. 147. hircus. *Lyncaeste* Hyg. Muncker. Lycaste. *Λυγκεύς* Apoll. *Lupa* Colum. *Machimus* Hyg. *Μαῖρα* Icarii can. Apollod. III. 14. 7. Heyn. Obs. p. 331. Brunck. Anal. I. 201. XXIII. *Melanchaetes* Hyg. Ov. 232. *Melampus* Hyg. Ov. 206. 208. *Melaneus* id. 222. Hyg. *Μήδας* Xenoph. nisi fuit *Μίδας.* *Nape* Hyg. Ov. 214. *Nebrophonos* id. 211 Hyg. *Νόης* Xen. *Ξίφων* id. *Obrimus* Hyg. *Oribasus* Ov. 210. Hyg. *Oresitrophus* id. Ov. 233. *Ὄρθρος* Geryonis canis, G. Hermann. Opusc. VI. 170. *Οἰνάς* Xen. *Oxyroe* Hyg. *Ὀργή* Xen. *Orias?* Hyg. *Ὁρμή* Xen. Arrian. de venat. V. p. 197. *Urania* Hyg. *Pachitos* Hyg. Muncker. *Pachylos.* *Pamphagos* id. Ov. 210. *Περίτα* Plutarch. Alex. 61. Iungerm. ad Polluc. V. 42. *Persa* s. *Περσεύς* Cic. de divin. I. 46. Valer. Max. I. 5, 3. Plut. Aemil. Paul. 10. *Πόδαργος* Aelian. H. A. XI. 13. *Poemenis* Ov. 215. *Πολύς* Xen. Weisk. *Πόλος.* (Vid. C. I. 3140 22 *Λυσίστρατος Πόλυος.*) *Πόρθων* id. *Πόρπαξ* id. *Pterelas* Ov. 212. Hyg. *Ῥώμη* Xen. Colum. *Σάνος* Ael. XI. 13: *adulans*, idem fortasse pro *Sagnos* Hygino reddendum; Scheffer. Agnos, Muncker. Agrios vel Lachnos. *Σθένων* Xen. *Σκύλαξ* Colum. *Σπέρχων* Xen. (genit. *Σπέρχωνος* Bekk. Anecd. p. 1419. Lobeck. ad Aiac. p. 172. n. 23.) *Σπουδή* idem, Colum. *Στεῤῥός* Xen. *Στίβων* id. *Sticte* Ovid. 217. Hyg. *Stilbon* id. *Στίχων* Xen. *Στύραξ* id. *Syrus* Hyg. *Τάξις* Xen. *Τεύχων* id. *Ταῦρος* Brunck. Anal. III. 217. CCLVI. *Tigris* Colum. Ov. 217. Hyg. *Τριακάς* v. Polluc. V. 46. *Τύρβας* Xen. *Ὕβρις* id. (Lobeck. Paralip. p. 41. n. 42.) *Hylaeus* Hyg. Ov. 213. *Hylactor* id. 224. Hyg. *Hylax* Virgil. Eclog. VIII. 107. *Ὑλεύς* Xen. *Ferox* Colum. *Φλέγων* Xen. *Φόναξ* id. *Φρουρά* id. *Φύλαξ*

id. *Χαρά* id. *Charops* Hyg. *Χάρων* Aeschyl. *Ψυχή* Xenoph. *Ocydrome* Hyg. *Ocydromus* id. *Ocythous* id. *Ocypote* id. puto: Ocypode. Corrupta sunt apud Hyginum: *Echnobas* cui praecedit: Ichnobates; *Elion*, pro quo *Aello* vel *Echion* suspicantur; *Volatus Chediaetros; Omelympus* i. e. Melampus; *Therodanapis* ex *Theron* et *Nape* male conflatum [1]). Hodie nomen *Ἀφροδίτη* canibus apud Graecos dari, didici ex itinerario Der Vorläufer. Vom Verfasser der Briefe eines Verstorbenen. Stuttgart 1838, p. 61 (Des Nachts ward mir Aphroditi gestohlen, meine Spartanische Hündin) et 207.

Canibus et equis aliisque animalibus interdum sepulcra cum elogiis data esse, haud pauca veterum scriptorum testimonia fidem faciunt. Docuit iam olim Gutherius de iure manium II. 37. et, quem adhibere non potui, Licetus de antiquor. lucern p. 154 — 171. De equis, si lubet, confer Pausan. III. 20, 9. VI. 21, 6. Aelian. Hist. Anim. XII. 40 cum Fr. Iacobsii annotatione v. II. p. 432, Statium Sylv. II. 6. 18 „gemit inter bella peremtum Parthus equum fidosque canes flevere Molossi, Et volucres habuere rogum cervusque Maronis“, Orell. Inscript. Lat. n. 824. 4322; de mulo H. Haseum Palaeolog. p. 70. n. 5, de gallis Aelian. Var. Hist. VIII. 4, de cornice eund. H. Anim. VI. 7, de canibus id. V. H. VIII. 4. Brunck. Anal. III. 317. n. DCCLV et

---

1) Equorum nomina alias afferam. *Elephantorum* sunt: *Αἴας*, Sutrus, *Νίκαια* Iacobs. ad Aelian. H. N. XI. 14. *Νίκων* Plut. Pyrrh. 33. *Asini: Νίκων* Plutarch. Anton. 65. *Galli: Κένταυρος* Aelian. H. A. XII. 37. *Draconum: Γλύκων* Lucian. Alex. 18. 43. 58, *Λάδων* Apoll. Rh. IV. 1396. c. schol., *Πίθων, Πόρκης* (genit. *Πορκέως* Bachmann. p. 85) *καὶ Χαρίβοια* Tzetz. ad Lycophr. Alex. v. 347. Lysimach. ap. Servium ad Aeneid. II. 211. („curifin et Periboeam“) Sophocl. in Laocoonte, v. Serv. ad v. 204 („horum sane draconum nomina Sophocles in Laocoonte dicit“), quod neglectum est ab iis qui poetae fragmenta collegerunt: Brunckio, Schneidero, G. Dindorfio; Heyn. excurs. V. Aen. II. v. II. p. 410 Wagn. *Caprarum* et *hircorum* *Κισσαίθα* Theocr. I. 151, v. Schol. ubi V. L. *Κιναίθα*, *Κνάκων* III. 5. *Κώναρος* V. 102. *Κυναίθα* 103. *Φάλαρος* ib. *Λευκίτας* ib. 147. *Vitulorum* *Λέπαργος* IV. 45. *Κυμαίθα* ib. 4. Cf. Valcken. epist. ad Roever. p. XVII. Nec sine fructu aut voluptate leges quae tam ingeniose quam docte Iacobus Grimmius commentatus est in: „Reinhart Fuchs, Berlin 1834“ c. XI Thiernamen p. CCXXII — CCL.

DCCLVI. Plutarch. Themist. 10. Caton. Mai. 5. Ael. H. A. XII. 35. Tzetz. Chiliad. IV. 129. v. 182 [1]). Item huc pertinet Theophrasti locus Charact. XXI. p. 47 Schneid., ubi hominis *μικροφιλοτίμου* mores exponuntur: *καὶ κυναρίου δὲ τελευτήσαντος αὐτῷ μνῆμα [ποιῆσαι] καὶ στηλίδιον ποιήσας ἐπιγράψαι Κλάδος Μελιταῖος.*

Is titulus satis brevis largam disputandi materiem doctis praebuit. Ex iis Osannus postquam Syllog. p. 87. not. 67 miratus neminem in penultimo vocabulo offendisse correxit: *ΚΑΛΟΣ*, allato de canibus Melitensibus Philostrato Imag. II. 17. p. 839. (p. 83. 17 Iacobs.) et Boettigero Sabin. II. 39, in Addendis p. 573 occupatam esse adiecit emendationem a Riemero lex. Gr. et Toupio in Suid. T. 2. p. 129 ed. Oxon. probatam eam a Boettigero Griech. Vasengem. I. 3. p. 69. (Add. Becker. Charicl. I. 382.) Vulgatam tamen defendisse Creuzerum et Boissonadeum ad Herodiani Epimerism. p. 82. Voluerunt nimirum ii cum Casaubono p. 331 — 2 ed. Lugd. 1638 s. p. 210 Fisch. *κλάδον* poetice dictum esse ut *ἔρνος*, ea ipsa in appellatione ut conspicua esset hominis, quem perstringit scriptor, affectatio urbanitatis. Mihi neutra sententia magnopere placet; nam *μικροφιλοτιμία* i. e. *ὄρεξις τιμῆς ἀνελεύθερος* nec in *καλός* nec in *κλάδος* posita videtur esse. Eam omnino non tam in eo cerno, quod cani monumentum statuitur, id quod multi fecerunt, quam quod eum canem *Melitensem* fuisse inscriptum est, quo nomine *μικροφιλότιμος* iste declarat se e beatioribus esse hominibus et delicatis, quum canis fortasse ne fuisset quidem illius patriae (*κυναρίου — τελευτήσαντος*). Praepositum autem nomen *Κλάδος* proprium fuisse arbitror. *Θάλλωνα* canem Xenophon posuit; *Κλάδον* fuisse posse, quis negaverit? Cf. C. I. n. 2437. f.

L. P. CLADI
ΛΕΥΚΙΕ ΠΟΣΤΟΥΜΙΕ
ΚΛΑΔΕ ΧΑΙΡΕ

Sin tamen id *Cladi* nomen non satisfacit, fortasse *ΚΕΛΑΔΟΣ* non inepta videtur coniectura. *Κέλαδον* composueris cum verbo

1) De Friderici Magni catulis v. Preuss. in vita I. 414, de anseribus Capitolinis Osann. in Schulzeit. 1829. n. 9.

κλάζειν, v. Theocrit. XXV. 72. *κύνες — κλάζον*, id. epigr. VI. 5. *αἱ δὲ κύνες κλαγγεῦντι*, Xenoph. Cyrop. I. 4. 15. *σκύλαξ γενναῖος ἀνακλάζων ὁπότε πλησιάζοι θηρίῳ*; Iacobs. ad Aelian. H. A. V. 51. v. II. 201. Sturz. lex. Xenoph. I. 749, prolus. I. de vocib. animal. p. 12. n. 68. *Κέλαδοι* sunt C. I. n. 190. II. 16. 17. 18. 19. n. 353. II. b. 12. n. 1223. 2. Spec. Onom. Gr. p. 77. *Celadi* Iahn. Spec. Epigr. p. 35. n. 79, p. 44. n. 178, p. 95. *Celadius* p. 25. n. 11.

§. 5. Ut nomina quae sana sunt pro corruptis habeantur, rarius quidem fit, quam ut quae vitiata sunt genuina credantur. Accidit tamen interdum etiam contrarium, in cuius rei fidem sufficit *Reiskei* renovasse memoriam, viri ingeniosi, sed qui ut alia ita nomina propria multa in veterum scriptis temere attrectaverit [1]). Verum licet iam cautius nostrae aetatis critici agere soleant, in talibus et hodie erratur mutando vel suspectando et semper puto errabitur. Ita Bergkius ap. Phaedrum Epicur. de Nat. Deor. 23 Peters. *τὸ γεγραμμένον εἰς Ἀ ρ ι ά ν θ η ν τὸν Ἀργεῖον* quum mallet *Ἐ ρ ι ά ν θ η ν* de reliqq. com. Att. ant. p. 172, causam habuit non satis gravem hanc, quod id hominis Boeotii nomen sibi cognitum esset ex Pausania X. 9, 4 [2]), *Ἀριάνθης* non item. Collato tamen Thucydide IV. 91: *Παγώνδας — βοιωταρχῶν ἐκ Θηβῶν μετ' Ἀριανθίδου τοῦ Λυσιμαχίδου* intelligitur, Phaedri scripturam non esse mutandam, nisi quis prius demonstraverit, Argivo isti apud alios auctores eosque Phaedro locupletiores nomen *Ἐριάνθης* dari. Interim recte Schneidewinus Delect. poes. mel. p. 437 alterum tenuit. Nec scio, num recte Boeckhius C. I. n. 1704. 4 pro *ΣΩΤΟΣΑΡΙΞΕΝΟΥ* scripserit: *Σώτας* [*X*] *αριξένου*. Fortasse *Ἀ ρ ι ξ έ ν ο υ* i. e. *Εὐξένου* servari et poterat et etiam debebat. Adnotatum certe id volo nomen ut et haec, quae in lexicis adhuc

---

1) Castigavit eam corrigendi libidinem Fr. A. Wolfius ad Leptin. 502. 18, sed iusto acerbius („nisi forte sibi visus est homo Lipsiensis omnia Atheniensium nomina tenere"), Schaef. App. Dem. III. p. 274.

2) Apud Plutarchum Lysandr. 15 idem *Ἐρίανθος* audit, quae forma suspecta est. *Ἀριάνθης* autem et *Ἐριάνθης* idem videtur nomen esse si significationem spectas.

desiderantur: Ἀριάγνη O. Iahn. Vasenbild. p. 28. Ἀρίαιθος [1]) Fr. Vater. ad Eurip. Rhes. p. 88. Westermann. ad Voss. de Hist. Graec. p. 399. not. 98. Ἀριαστίς Welck. Mus. Rh. 1841. p. 202. n. 3. Ἀριδίκης Polyb. IV. 52, 2. Ἀρίθεμις [2]) C. I. n. 2562. 28 Welck. ad Schwenck. Andeut. p. 264. Ἀρίμαχος Phalarid. epist. 82. Ἀρίμνηστος Boeckh. tit. nav. p. 233. Ἀρίστρατος Plutarch. Arat. 13. Ἀρίφαντος Phalar. ep. 13; ep. 15 codices aliquot habent Ἀριστοφάντου ut est ap. Stobaeum VII. n. 68. p. 93, cf. Lennep. p. 91 Schaef. Ἀριφοίτης Phalar. ep. 95 scripturae varietate nulla; contra ep. 133. p. 387 e manuscriptis et editionibus antiquis insuper Ἀριστοφῶντι, Ὀρειφοίτῃ [3]), Ἐριφοίτῃ allatum est. Cum illo conferas nomina ᾀδοφοῖται et Θρᾳκοφοῖται Aristoph. fr. Gerytad. I. p. 1005 Bergk. et ἱρεβοφοῖτις in Schol. Victor. Iliad. XIX. 87. et Χαμοφοίτου C. I. n. 546. b.

Aliud nominis frustra in dubium vocati exemplum videtur Ἡδυτώ esse. Id in vita Isocratis a Mustoxyde edita ab initio p. VIII G. Dindorf. Lips. 1825 legitur: Ἰσοκράτης Θεοδώρου — ἐγένετο παῖς, Ἡδυτοῦς μητρός ... Recepit Dindorfius in Steph. Thes. IV. 1. p. 107, sed „non est probabile, inquit, nomen Ἡδυτώ, corruptum fortasse ex simili aliquo, qualia sunt Ἡδύλη et Ἡδίστη.“ Ego non assentior; nam ut habentur Κότυς et Κοτυτώ [4]), quae sunt unius deae turpitudinis nomina duo, ita

---

1) Conferatur Δίαιθος, quod L. Dindorfius Steph. Thes. II. 4. 1157 stabilit nominibus Κίναιθος, Λύκαιθος, Ὀλίγαιθος, Σάλαιθος, Φίλαιθος C. I. n. 165. II. 30. Adde: Ὄναιθος Pausan. V. 23, 4. Σιμαίθα Boeckh. tit. nav. p. 82. Κομαιθώ Pausan. VII. 19, 2. Ναύαιθος Lycophr. Alex. 921 ubi v. Bachmann. Nec alienum fortasse nomen Αἶθος C. I. n. 34. 1. p. 52. a.

2) C. I. n. 203. 14. n. 204. 16. Ἀναξίθεμις. C. I. n. 3140. 24. Diog. Laert. IX. 9. 52. Ἀπολλόθεμις. N. 1535. 2. Ἀριστοθέμιτος. Pausan. III. 9, 4. Ἀμφίθεμις. Demosth. p. 193. 4 Reisk. Harpocrat. Phot. Suid. Κυπρόθεμις. Euphorion. fr. 31. p. 82 Meinek. Λεοβόθεμις, Πυργόθεμις ib. p. 37. Athen. XIII. 578. B Ὀξύθεμις, Πασίθεμις Diog. Laert. V. 72. Vel ex Demosthene notus est Ζηνόθεμις; ex Homero Χρυσόθεμις, cf. Phot. bibl. p. 320. b. 1. ΦΑΝΝΟΘΕΜΙΣ in nummo Ephes. v. Welck. Mus. Rh. 1835 Suppl. p. 229. n. 360.

3) De ὀρεφοίτης v. Welcker. Tril. Aeschyl. p. 131. n. 175.

4) Steph. Thes. IV. 6. 1887. Meinek. Fragm. Com. Ant. I. p. 450.

ab ἡδύς fingi potuit Ἡδυτώ. Nec mulier Delia Φιλυτῴ (C. I. n. 2310. a. v. II. p. 247. a. Φίλυς [1]) Paus. VI. 14, 5.) auxilium Atticae Ἡδυτοῖ denegaverit, quam viri quoque salvam et integram aliquatenus praestant Ἀνδρύτας, Ἀρχύτας, Γλαυκύτης. Itaque non ausim nomen mutare, quod fortasse aliquando et ipsum altero loco sive apud scriptorem aliquem sive in titulo reperietur. Certe qui cognovit, haud raro criticos tanquam palinodiam canere debuisse [2]), abstinebit a corrigendis nominibus, quae nihil in se habent quod quem offendere queat, praeter quod uno tantum loco leguntur.

Bene igitur Fr. Iacobsius ad Leonidae epigramma Anthol. Gr. XIII. p. 673. n. 89. v. I: Ὠλιγινόμοι Σώτων καὶ Σίμαλος, οἱ πολύαιγοι „Σίμαλος, annotavit, an alibi occurrat ignoro equidem; non tamen putem Σιμύλος corrigendum esse.“ Nam Σίμαλος et aliis plurimis defenditur nominibus, quae sunt in αλος [3]), et ipsum quoque plus semel habetur: C. I. v. II. p 703. b. n. 3140. 40. ΣΙΜΑ:ΟΥ, n. 3141. 12. ΣΙΜΗΛΟΥ; Anacreont. fr. ap. Hephaest. 101 Gaisf. n. XX. p. 120 Bergk. Σίμαλον εἶδον ἐν χορῷ πηκτίδ' ἔχοντα καλήν [4]); Σιμάλη mulier Boeotia est C. I. n. 1570. b. 27; Σιμαλίων C. I. n. 2905. E. 5 (4), ubi Boeckhius v. II. p.

---

1) Cf. Ἴερυς n. 3064. 14. Ἀριστύδης n. 2338. 28. 112 ab Ἄριστυς v. II. p. 272. a. Πόλυς, υος n. 3140. 22. v. II. p. 703. b.

2) Exempla sint Εὔφηρος Boeckh. tit. nav. p. 240 — 1. Εὐθύδομος C. I. n. 94. 3. p. 308. b. p. 899. b. n. 172. I. 5. n. 232. 14. p. 355. b.

3) Talia sunt, ut ex eis tantum quae lexicographi omiserunt nonnulla commemorem: Ἄργαλος Pausan. III. 1, Ἄρδαλος Plutarch. Conviv. VII Sap. c. 4. 5, Ἄρσαλος id. de defectu oracul. 22, *Dordalus* ap. Plautum in Persa. Μίκκαλος Arrian. VII. 19. 5 (Μικκαλίων Demosth. 885. 10), Πετάλη Meinek. Histor. Crit. Com. Graec. p. 86. not., Πύτταλος Pausan. VI. 16, 7, Σκίρπαλος Diog. Laert. VI. 2, 74., Σώταλος C. I. n. 3143. I. 7, Σωματάλη Diog. Laert. V. 2, 54 (cod. Monac. σωματήλην v. II. p. 730 Huebn.). In lexicis vide Ἅρπαλος, Ἄτταλος, Βάταλος, Βιτάλη, Δαίδαλος, Ἴξαλος, Κρόταλος, Κώδαλος, Κώκαλος, Μαίμαλος, Μαίναλος, Μυρτάλη, Οἴβαλος, ἡ Πέρκαλος, Φίγαλος; de accentu cf. Arcadius p. 54. 17.

4) Editor l. l. „Pro Σίμαλον quod plures codices et edit. Turnebi tuentur, in codice *B* σίμαλλον scribitur, in edit. Florent. Σίμιτρον; neque vero opus esse existimo, ut Σιμύλον scribatur.“

577. a contulit Σιμαλίωνα ex inscriptione n. 3065. 9. 13. 26 et Terentii Eunuch. IV. 7. 2. 5., adde Alciphron. I. 35 et 36 [1]).

Item digna est quae laudetur Boeckhii cautio in tuendo navis Atticae nomine Πωτώνη probata. Nam quum in tit. nav. II. 58 ΠΩΓΩΝΗ legatur, mutato Γ in Τ ille restituit: Πωτώνη, annotans p. 289 matrem Platonis Perictionen etiam Ποτώνην itemque sororem dictas esse, quamquam forma Πωτώνη, ad πωτάομαι, πωτήεις, πώτημα referenda, in iis mulieribus appellandis non videatur usitata fuisse. Bene factum, quod vir egregius vocalem brevem non intulit, nam ipsae illae mulieres quoque Πωτῶναι nuncupatae fuerunt, id quod codicum ostendit auctoritas in Huebneri Appendice Critica ad Diog. Laert. v. II. pag. 681. 682.

Nec, ut tertio defungar exemplo, Welckerum fefellit opinio, quum in Mus. Rhen. 1839. p. 370. n. 12 nomen Εὐγείτων apud Suidam v. Αἴσωπος v. II. 59. 3 Bernh. et apud Constantinum περὶ θεμάτων I. 4. p. 14 tamquam Graecum defenderet collatis: Ἀριστογείτων et *Mesogiton*. Nam quod Εὐγείων vel Εὐγέων correxerunt, improbabile est propterea quod Εὐγέων s. Εὐγαίων *Samius* dicitur (Dionys. Halic. de Thucyd. iudic. V. 2. p. 69 Krueg. Suid. v. Εὐγαίων), Εὐγείτων contra Μεσημβριανός. Εὐγείτων autem est in Boeckhii titulis n. 165. II. 7. n. 172. III. 55, Εὐγίτων n. 181. 13. n. 1575. 6. Εὐγίτα n. 1608. h. 37. 39 quos locos L. Dindorfius composuit in Steph. Thes. III. 2. 2205; addatur Εὔγειτος C. I. n. 3141. 43. 44. Id vero ipsum, a quo descendit Εὐγίτα i. e. Εὐγείτα, ne singulare videatur esse, efficiunt Ἀριστόγειτος in Goettlingii inscr. Acrensi II. 5 (Ienae 1834 p. 5) et III. 18, Διόγειτος C. I. n. 2677. b. 11, Θεόγειτος n. 2085. b. 1. (Θεογείτων Plutarch. Arist. 20), Καλλίγειτος Thucyd. VIII. 6. 8. 39.

§. 6. Non tantum improbi homines et parasiti a veteribus olim *nigri*, μέλανες, dicebantur (Iacobs. Anth. Gr. VIII. 409. Meinek. Fr. Com. Gr. III. 434), sed eum oris colorem tanquam

---

1) Non affero Cererem Σιμαλίδα ex Athenaeo III. 109. A., de qua v. Preller. Polemon. Fragm. p. 71.

roboris indicium viris [1]) etiam laudi fuisse quum tales probant loci qualis est Empedoclis v. 263. *καὶ μέλανες — καὶ ἀνδρωδέστεροι* [2]) *ἄνδρες καὶ λαχνήεντες μᾶλλον*, tum nomina propria inde repetita satis multa. Eius generis haec sunt iam a Sturzio composita praef. VI. p. 17: *Μέλας*, *Μέλων*, *Μελάντης*, *Μελάντας*, *Μελάνιος*, *Μελανίων*, *Μέλανθος*, *Μελάνθιος*, *Μελανθώ*, *Πίτταχος*, *Μελάνιππος*, *Μελανιππίδης*, *Μελάμπους*, *Μελάνωπος*. Addam alia, ubi prius Plinio maiori pristinam lectionem vindicavero Nat. Hist. XXXVI. 5, 11. p. 191 Sillig.: „*Cum ii essent* (Dipoenus et Scyllis), *iam fuerant in Chio insula Malas sculptor, dein filius eius Miltiades.*“ Ibi ex libris qui collati sunt unus Bambergensis, teste Ludovico Iano p. 440, habet: „Cum hi essent, iam *fuerat* in Chio insula *Melas* scalptor.“ Id nomen ut recipiatur, quum Ianus non postulaverit, ego auctor sum. Nec me sola movet codicis Bambergensis praestantia aut summa nominis *Malas* [3]) obscuritas, verum alia simul est causa quae genuinam esse libri illius scripturam persuadet. Nam quum saepe Graeci nomina sua ab heroibus qui terram tenerent, vel ab urbium conditoribus, coloniarum ducibus clarisve aliquo nomine maioribus repetierint, nec id ii soli fecerint, qui genere illis cognati essent ab iisque stirpem ducerent [4]): egregie cum hac nova sculptoris Chii ap

---

1) In mulierculis excusatur, v. Brunck. Anal. I. p. 216 Asclepiad. XXIV. 3. *εἰ δὲ μέλαινα, τί τοῦτο; καὶ ἄνθρακες· ἀλλ' ἂν ἐκείνους θάλψωμεν, λάμπουσ' ὡς ῥόσεαι κάλυκες.*

2) Karstenius p. 241 male mutat. Consule O. Mueller. Archaeol. §. 333. p. 458. Demosth. Midianae p. 537 R. *Σώφιλον τὸν παγκρατιαστήν* (*ἰσχυρός τις ἦν, μέλας· —*). In hoc simul de capillis nigris cogitandum est, ut *ξανθὸς Μενέλαος* Homeri *ξανθόθριξ* Theocrito vocatur XVIII. 1. Cf. etiam *Κλεῖτος ὁ μέλας ὀνομαζόμενος* Diod. Sicul. XVII. 17. Plutarch. Alex. 16 (*Κλεῖτος ὁ λευκὸς καλούμενος* Athen. XII. 539. C. *Δημήτριος ὁ χλωρός* Schol. Nicandri Theriac. p. 452 Schneider. cui adhibe *χλωροὺς τοὺς Καυνίους* Strab. XIV. 2. v. III. 193 Tauchn. Ulrichs. Reis. u. Forsch. in Griech. I. p. 202).

3) Ea quidem per se nec debebat suspicionem movere nec movit viris doctis, qui artificem commemoraverunt; cf. Beck. Grundriss d. Archaeologie p. 69. Sillig. Catal. Artif. p. 267. Thiersch. Epoch. d. bild. Kunst p. 192. not. O. Mueller. Archaeol. §. 82. not. p. 61. Fischer. griech. Zeittaf. p. 125.

4) Confer Boeckh. C. I. v. II. p. 369. a. ad n. 2448, p. 392. a. ad n. 2524, p. 652. a. ad n. 3064, p. 686. b. ad n. 3113, id. ad tit. nav. p. 245

pellatione conveniunt ea quae Pausanias tradidit VII. 4, 6: συγγενέσθαι — αὐτὸν (Ποσειδῶνα Chii patrem) καὶ ἑτέρᾳ νύμφῃ καὶ γενέσθαι οἱ παῖδας Ἄγελόν τε καὶ Μέλανα. ἀνὰ χρόνον δὲ καὶ Οἰνοπίωνα ἐς τὴν Χίον καταῦραι ναυσὶν ἐκ Κρήτης, ἕπεσθαι δέ οἱ καὶ τοὺς παῖδας Τάλον καὶ Εὐάνθην καὶ Μέλανα καὶ Σάλαγόν τε καὶ Ἀθάμαντα [1]). Ad hos igitur Μέλανας mythicos artifex commode videri potest nominatus fuisse, nec omittam popularem afferre Μελάντην Ἀντιγόνου, victorem inter mediae aetatis ephebos diaulo in titulo Chio v. 23., quem titulum post Boeckhium C. I. v. II. p. 201. n. 2214 Zellius illustravit in „Ferienschriften. Dritte Sammlung. Freiburg im Breisgau, 1833" p. 32—66 [2]). Μέλανες quos adhuc cognovi alii praeter artificem et fabulosos illos octo a Dr. Ed. Iacobio enumeratos (Handwörterbuch der griech. u. röm. Mythol. p. 606) hi sunt: 10) nescio quis in epigr. sepulcr. Brunck. Anal. III. 310. n. DCCXXXI cll. Iacobs. XII. 316, Osann. Zeitschr. f. Alt. 1840. n. 39. p. 328. 11) Μ. Αὐρήλιος Μ. καὶ ὡς χρηματίζω Ἀθριβίτης Letronn. recherch. pour servir à l'hist. de l'Égypte p. 289. 12) Boeotus in titulo Boeckhii n. 1570. b. 16 24. p. 776. b. Nominativum ibi Μέλανος Lobeckius statuit Paral. Gr. Gr. p. 139. Aliud videbitur reliqua nomina comparanti. 13) Κοίρανος Μέλανος n. 2673. b. 6 et 14) Ἑρμίας Μ—ος n. 2677. b. 9. 12 Iasenses. 15) Μ. Αὐρ. Γρηγόριος Μέλας, ἱππεὺς Ῥωμαῖος Osann. Syll. p. 428. n. L. „nomen

---

v. Μιλτιάδης (v. Μ. Αὐρ. Μιλτιάδης Μαραθώνιος C. I. n. 406. c. 2.), Pausan. VIII. 9, 5, Plutarch. Themist. in fine cll. Boeckh. C. I. ad n. 385, Mueller. Orchomen. p. 20. not. 2. Hinc in titulis illud: γένους τῶν κτισάντων τὴν πόλιν, Boeckh. ad C. I. n. 2880. v. II. p. 563. b.

1) De Oenopionis cultu apud Chios qui egisse narratur I. K. Whitteus „de rebus Chiorum publicis ante dominationem Romanorum, Havniae 1838," c. IV. (Zeitschr. f. Alterth. 1840. p. 956), fortasse de Melane quoque disseruit. Ego nec eum librum vidi nec Coraesii Archaeologiam Chiam in Atactor. vol. III. nec Dr. A. M. Blasti historiam insulae Chii ab antiquissimis inde temporibus usque ad annum 1822 perductam, quae neograece scripta Syrae prodiit apud G. Polimeri voll. II. Οἰνοπίδης *Chius* est ap. Diodor. Sicul. I. 41 ubi v. Wesseling.

2) Μελαγχρίδας Thucyd. VIII. 6, quem *Chium* Crusius dicit in lexico, Laco potius fuit nauarchus Chiis auxilio mittendus.

M. videtur pro Latino *Niger* positum.“ 16) Μέλας ὁ Αἰγύπτιος ap. Isaeum de Dicaeogen. hered. §. 7. 8. 40. Is inquilinus (v. Schoemann. p. 296) eodem modo a cutis colore huic genti proprio nominatus videtur esse, quo in papyro Boeckhiana Παμώνθης ut μελάγχρως describitur, v. Erklärung einer ägypt. Urkunde auf Papyrus, Berlin 1821, p. 20, vel Memnon dux ab oriente profectus Virgilio Aen. I. 489 *niger* [1]) dictus est. Fluvios quibus nomen erat Μέλας haud paucos nunc non enumero [2]); sed ea lustrare iuvat nomina hominum a μέλας ducta quae ex Sturzii libello supra attuli [3]). Augebo etiam numerum nonnullis nec Sturzio nec Crusio cognitis. Iam primum nescio an Μέλων non sit huius loci. Is exul Thebanus, quem in mente Sturzius nisi fallor habuit, a Xenophonte Hellen. V. 4. 2 sqq. 19. Μέλλων dicitur, Μέλων constanter a Plutarcho in Pelopida c. 8. 12. 13, ubi Schaeferus lambda duplex restituit, et in libello *de genio Socratis.* Utram praeferret formam Boeckhius, C. I. v. I. p. 726. b de genitivo in ωνος disserens, non explicuit; vol. II. p. 254. b solum Μέλλων posuit: utrumque tamen nomen pro participio habuit, id quod verum est procul dubio, sive Μέλωνα sive Μέλλωνα hominem nuncupatum esse statuis. Tum Μελάνιος quoque, qui est in Sturzii numero, eximendus videtur. Auctorem nominis ille Reiskeum secutus est, qui Demostheni pro corona p. 310. 10 pro vulgata Μελάνου suum dedit Μελανίου, id a nominativo Μελανίας derivans. Nam in libris Μελάντου quidem haberi, „sed, ait, Μέλαντος quoque perinde extra usum est“ ac Μέλανος, Μελάνου. Codicum scripturam bene Wunderlichius, Bekkerus, Dindorfius, Baiterus et Sauppius revocaverunt. Utrum tamen nominativus Μέλαντος fuerit, quae Fr. Iacobsii est sententia in „Demosth. Staatsreden nebst der Rede für die Krone“

---

1) Vid. Iacob. Quaest. Epic. p. 78, cuius tamen interpretationem non omnino sequor. Cf. Naek. Choeril. p. 186 sqq.

2) Cf. Ulrichs. Reis. u. Forschung. in Griechenl. v. I. p. 186.

3) Quam de formis Μελάνιππος Μενάλιππος, *Melanippus Menalippus*, *Menalippe* explicavi sententiam in Spec. Onom. Gr. p. 35 sqq. assensu ea confirmata est *Klotzii* in Iahn. Annal. 1840. p. 431, nec longe abit Welckeri disputatio in Mus. Rhen. Suppl. II. 2. p. 859. not. 9.

p. 617 [1]), an *Μελάντης*, equidem ignoro. *Μέλαντος* legebatur in Luciani Dial. Mort. VI; nuper C. Iacobitzius v. I. p. 198 ad codicum fidem *Μέλανθος* scripsit. Restat unus quod sciam locus, ubi illud fuisse credi queat, in titulo Attico, Intelligenzbl. d. allg. Litt. 1835. p. 269, v. 12. *ΜΕΛΑ.ΤΟΣ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΣΙΛΛΥΕ*: *Μέλα[ν]τος Ἀρτεμιδώρου Σιλλυε[ύς]*. Contra *Μελάντης* et *Μελάντας* aliquis non raro occurrit. Prius nomen est ap. Diogen. Laert. V. 2, 53. 54. 55 cll. Append. Crit. v. II. 729. 730 Huebn., C. I. n. 2214. 23. *Μελάντας* habetur in Plutarchi Artaxerxe 19, si quidem Graecus is fuit; ap. Diog. Laert. V. 2, 36 *Θεόφραστος Ἐρέσιος Μελάντα* [2]) *κναφέως υἱός* (cf. v. II. p. 726 H.), et in Brunckii Anal. II. 164. n. II. v. 3. *κόρυν δ᾽ ἀνέθηκε Μελάντας*, quae lectio est codicis Vatic., vulgata erat *Μελάνθας*, v. Iacobs. IX. p. 29.

Quod sexto loco Sturzius posuit nomen *Μελανίων*, male id a Crusio poeticum esse dicitur pro *Μειλανίων* laudato Aristophane Lysistr. 785. 796. 807 Dindorf. ubi est *Μελ*. *Μειλανίων* potius forma est a poetis plerumque usitata, cui Homericum adhibeas *μείλανι πόντῳ* Iliad. XXIV. 79, Etym. Magn. p. 582. 26. De ea qui optime iudicasse visus est Valckenario ad Eurip. Phoeniss. schol. v. 152 Schraderus ad Musaeum p. 258 (ad v. 154 p. 193 Schaefer.) haec scripsit: „*Μειλανίωνος* vera haec est scriptura obvia et apud Nonnum lib. 30. p. 782. l. 19 idque docet *Milanionis* nomen apud Propertium I. 1. 9. Perperam *Μηλανίων* exstat ap. Palaephat. c. 14 sicut apud alios *Μελανίων*, nisi *Μειλανίων* poeticum velis, quod tamen etiam usurpavit Schol. Eur. l. c. a Perizonio (?) ad Aelian. XIII. 1 adductus, ubi triplicis scripturae exemplum habes, nam praeter *Μειλανίων* occurrit *Μελανίων* et *Μιλανίων*.“ Equidem in prosa oratione, ubi de mythico illo *Milanione* sermo esset Atalantes marito, scriptores utramque formam et *Μειλανίων* et *Μελανίων* pro arbitrio admisisse censeo, ita ut ex codicibus pendeat, utrum quoque loco edendum sit. Nec poetis illicitum fuisse, forma *Μελανίων* ubi metrum eam posceret uti, Aristophanis exemplum docet. Hinc improbo

---

1) „Sosikles und *Melantus* sind nicht weiter bekannt.“

2) Suidas: *Θεόφραστος Μελάντου γναφέως*.

quod Heyneus ap. Apollod. III. 6. 3. p. 280 spreta manuscriptorum auctoritate *Μειλανίωνος* scripsit, vel quod Schneiderus in Xenoph. Cynegetico I. 7. *Μειλανίωνα* repudiavit a duobus codd. Paris. suppeditatum, licet ibid. 2. *Μελανίων* in omnibus videatur libris esse. Recte contra Schubartus et Walzius apud Pausaniam III. 12, 7 *Μελανίωνος* tenuerunt, quum aut id ipsum aut *Μεναλίωνος* codices habeant, itemque V. 17, 4 et 19, 2 *Μελανίων*, quibus locis scripturae discrepantia nulla est. *Μειλανίων* denique is quem fabulae indicem Antiphanes fecit, Athen. X. p. 423. D., non liquet sane qui fuerit; nolo tamen cum Meinekeo Fr. Com. III. p. 82 suspicari, „fortasse *Μελανίων* rectius scribi." Neque enim video cur negetur, *Μειλανίωνα* aliquem vulgo appellari potuisse forma nominis poetica. Certe etiam alia nomina propria ex una aliqua dialecto, Ionica inprimis, vel ex poetarum carminibus ad usum vulgarem traducta sunt sine ulla mutatione formae eius, quam prisca consuetudo quasi sanxerat. Huc refero nomina *Πουλυτίων* Andocid. de myster. 12. 14. (*Πολυτίων* Plutarch. Alcib. 19. 22), Meinek. Fr. Com. I. 277—8.; *Πουλυδάμας* C. I. n. 3140. 7, Boeckh. Expl. Pind. p. 415 (*Πουλυτιμίδας*); *Ξεῖνις* Boeckh. tit. nav. p. 248. v. *Ξενοκλῆς*; *Πληϊάδες* Iacobs. ad Philostrat. p. 637.; *Εἰλατίων* Lucian. de saltat. 14 (*Ἐλατίων* Alciphr. I. 25. *Εἰλατίδης* et *Ἐλατιονίδης* Steph. Th. III. 3. p. 676).

Ignoti Sturzio et Crusio fuere: *Μελαγκόμας* [1]) *Φιλοδάμου Αἰτωλός* C. I. n. 2621. 1 et eius filius *ὁμώνυμος* v. 5, v. Dion. Chrysost. Orat. XXVIII et XXIX. *Μελαγχαίτης* canis Actaeonis, vid. §. 4; *Μελάνθεια* Plutarch. Quaest. Gr. 19, schol. Odyss. XI. 2. p. 331 Buttm.; *Μελάνθεμος* i. e. *Σάμος*, Schol. Apoll. Rhod. II. v. 872, vel *Μελάμφυλλος*, v. Panofka Res Samior. Berol. 1822. p. 8. *Μελάνθυρος* C. I. n. 2563. 1, 6, 8, 9 Cretensis; *Μελάγκραιρα* Lycophr. Alex. 1464 ubi v. Bachmann. p. 293 et 451. Lobeck. Paralip. p. 346; *Μελάμβιος* C. I. n. 1574. 28, Polyb. XVIII. 3, 5. *ἐπὶ τὸ Μελάμβιον προςαγορευόμενον τῆς Φαρ-*

---

1) *Λευκοκόμας* Conon. 16. p. 13 Kanne. Winckelmann. ad Plutarch. Amat. p. 223. Bene Zumptius ap. Cicer. Verrin. V. 40. 105. p. 919 tuetur nomen *Phalacrum*. *Φάλακρος* est C. I. n. 1863. n. 1936. 26. *Βάλακρος* Macedo, v. L. Dindorf. Steph. Thes. II. 1. 65.

σαλίας; *Μελάντιχος* C. I. n. 1574. 1 archon Copis p. 757. a. n. 1590. 1 Tanagr. n. 1577. 11 *Νίκων Μελαντίχιος* quod adiectivum est patronymicum p. 758. a; *Μελάννης* C. I. n. 1593. 6 *Μελάννιος Νικοκλεῖος Ἐρχομενίω* p. 776. b. Videtur esse pro *Μελανεύς*. Sed *Μελανείου* in titulo Hermionensi misere lacerato n. 1211. IV. 2 crediderim *Μελανθίου* fuisse, cuius nominis artifex sive opifex est C. I. n. 1838. a. 7. 13. *Μελάχαρις* schol. Eurip. Orest. 862 (Wachsmuth. Hell. Alt. II. 1. 438) suspectus mihi est: ἱστορεῖ *Δεινίας* — γράφων οὕτως· ταχέως δὲ κυριεύσαντα τὸν Μελάχαριν καὶ τὴν Κλεομήτραν βάλλοντες λίθοις ἀπέκτειναν. *Μέλαινα* [1]) Delphi mater habetur ap. Pausaniam X. 6, 2; *Δημήτηρ Μέλαινα* [2]) ib. VIII. 42, 1. *Ἁγία Μέλαινα* est nisi fallor in Photii bibl. p. 14. a. 19 ubi v. Bekkeri notam. Contra egregia emendatione *Μέλαιναν* Meinekeus expulit ex Photii lexico *Κυσολάκων*: ὁ Κλεινίας ὁ τῷ κυσῷ λακωνίζων· τὸ δὲ τοῖς παιδικοῖς χρῆσθαι λακωνίζειν λέγουσιν [3]). *Μελαίνη* γὰρ Θησεὺς οὕτως ἐχρήσατο ὡς Ἀριστοτέλης. Legendum est *Ἑλένῃ*, *Ἀριστοφάνης* et fortasse ὁ *Κλεινία* (Alcibiades), Fragm. Com. v. I. p. 200. Loca denique *Μελαινὰς* dicta Boeckhius enumeravit C. I. v. II. p. 370. a. Westermann. ad Leakei dem. Att. p. 230 [4]).

§. 7. Apud Plinium in Naturali Historia nonnulla artificum Graecorum nomina in nupera quoque editione, quam *Sillig*io debemus, ita sunt scripta, ut vitium ea concepisse probabiliter demonstrari queat. Sunt in iis quae codicis Bambergensis ope ad integritatem revocari possint, id quod hic illic *Ianus* fecit:

---

1) *Μελαίνη* Welckero in Mus. Rhen. 1841. 1. 1. p. 12. n. 41.

2) Haec quoque *Μελαίνη* dicitur ab Iacobio Handwört. d. griech. u. röm. Mythol. p. 244. 603. In erroris solatium affero accusativum *μέλαν* anomalum ex inscriptione Theraea ap. Rossium Reis. auf d. griech. Ins. I. p. 61. n. 3. v. 4. στῆσέν τε μέλαν λίθον Ἀρτεμίδωρος. Editor contulit Ovid. Fast. IV. 476.

3) Becker. Charicl. v. II. p. 371.

4) Ex hodierno Graecorum usu affero: *Μαῦρος*, *Μαυρίκιος*, *Μαυροκορδάτος* (i. e. fere ἀκαχήμενος ἦτορ), *Μαυρομιχάλης*, *Μαυροιάννης*. Eorum radix est *μαῦρος*, cuius duplicem significationem *Mullachius* ita mihi exposuit: 1) *niger* a) *Μαῦροι* Negri b) diabolus c) equus niger d) asinus e) caffeum ὁ καφές. 2) *miser*, *tristis*, *tristitiam parans*. Hinc blandientes vulgo dicunt: καλὴ ἡμέρα· τί κάμνεις μαῦρε; Cf. Coraes. Ἄτακτα IV. 312 sqq.

sunt quae coniecturam exspectent emendatricem. Utriusque generis exempla proponam.

Libr. XXXV. 8, 56. p. 137: „*eos — qui monochromata pinxerint, (quorum aetas non traditur) aliquanto ante fuisse, Hygiemonem, Diniam, Charmadam.*“ Hinc petitus *Hygiemon* est in Cat. Artif. p. 232 et O. Muelleri Archaeol. §. 74 not. vel *Hygieimon* in Boettigeri Ideen z. Archäol. d. Mal. p. 159. Codices autem ita habent: *Hygiaemonem*, Vet. Dalechamp. *Hygiemonem*, Regius i. e. Paris. II. Colbertin. III. vestigia veteris scripturae apud Salmas. exerc. p. 36. b. A. Ed. Pr. cod. Victor. et Monac. (p. 419); *Hygiemontem* Riccardianus, *hygiaenortem* (*r* ex corr.) Bamberg. (p. 419). Scripturae librorum optimorum Ricc. et Bamberg. nec *Hygiemonem* nec *Hygiaemonem* antiquitus fuisse indicant, atque neutram lectionem probabilem esse vel inde poterat intelligi, quod Ὑγιαίμων pariter atque Ὑγιήμων inauditum est. Sed assequi me Plinii manum arbitror dum restituo: *Hygiaenontem* Ὑγιαίνοντα [1]).

Ibid. 57 quod editum est *Cynegirum* id ex auctoritate Bamberg. libri mutari debet in *Cynaegirum*. Κυναίγειρον formam esse genuinam in optimis quibusque codicibus repertam, Κυνέγειρον depravatam plus semel homines docti monuerunt, cf. Wesseling. ad Herodot. VI. 114. Steph. Thes. IV. 7. 2110 [2]). Quodsi poetae recentiores Κυνέγειρον admiserunt, ut Crinagoras XXV. 1. Brunck. Anal. II. 147, Cornel. Longin. II. 1. v. II. 200, Paul. Silentiar. LX. 3. v. III. 90, errasse ii dicendi sunt. Eos commovit fortasse analogia nominum Ἀλκμέων, Ἀλκμεωνίδης (C. I. n. 158. §. 8 B. 16. p. 258. b. p. 49. a. n. 165. III. 10. p.

---

1) De flexione v. Lobeck. Paralip. p. 347. n. 44. C. I. n. 305. b. II. 9. Ἐπαφρόδιτος Νήφοντος. n. 1241. 11. Νικηφόρος Καθήκοντος. Strab. VIII. 3. p. 345. C. v. II. 154 Tauchn. γραφαὶ Κλεάνθους τε καὶ Ἀρήγοντος.

2) Locis, quos Valckenarius ad Herodot. l. l. commemoravit, adde Photium lex. 246. 23. sive Aeschyl. fr. 387 G. Dindorf. Suidam v. Κυναίγειρος (c. Reinesii nota) et Λεωνίδης, Bachmann. Anecd. II. 321. 7. (392. 36, 327. 14.) ὅτι Κυναίγειρος Ἀθηναῖος ὢν ἐν τῇ πρὸς Πέρσας ναυμαχίᾳ πελέκει πρὸς Πέρσου τὴν χεῖρα ἀποκοπείς. Codex: Κυνέγειρος et ἀπεκόπει. Scribe ἀπεκόπη, cll. Lucian. Demon. 53 c, schol., Iov. Tragoed. 32. Fr. Iacobs. Vermischte Schrift. v. VI. p. 504. Boettig. Id. z. Archäol. d. Mal. p. 248.

294. a. n. 2338. 43. v. II. 272. a. Sintenis. praef. ad Plutarch. Themist. p. XI sqq. ed. I. Schaefer. App. Dem. III. 431. V. 452, Mehlhorn. prolegg. ad Anacreontea p. 31, Schubart. et Walz. ad Pausan. VIII. 24, 4. v. III. p. 100. b. Boeckh. in Platon. Minoem p. 191.), *Ἀκτίων* (Aeschyl. fr. 225 G. Dindorf.), *Ἀρχεανακτίδης* (Meinek. Hist. Com. Gr. p. 248), *Ἐλεούσιος* [1]) et *Ἐρικεεύς* (Boeckh. C. I. v. I. p. 402. a. V. L. Arrian. I. 11, 5. 6), *Μεανδρεύς* (C. I. n. 2999. 1. v. II. p. 617. b.), aliorum (Iacobs. addit. animadv. in Athen. deipn. p. 113. G. Dindorf. ad Eurip. Electr. 497 in praefat. poet. scen. Graec. p. XXVIII.). Sed diphthongum in nomine *Κυναίγειρος* prava pronuntiatione correptam esse, indicat etiam epigramma *ἀδέσπ.* LXXXIX Br. Anal. III. 168:

Ὦ τλῆμον Κυνέγειρε, καὶ ἐν ζωοῖς καὶ ἀπελθών
Ὡς αἰεὶ κόπτῃ ῥήμασι καὶ κοπίσι·
Πρόσθε μὲν ἐν πολέμοισι τεὴ πέσε μαρναμένη χείρ·
Νῦν δέ σ' ὁ γραμματικὸς καὶ ποδὸς ἐστέρισε.

„Hoc epigramma Brodaeus in grammaticum suspicatur esse compositum, qui in Cynegiri historia a veritate aberraverit, eumque in proelio non manibus tantum, sed etiam pede privatum esse tradiderit. Equidem de vitiosa nominis pronuntiatione interpretari malim, quod ille *Cynegīrum* in *Cynegĭrum* forte mutaverit." Fr. Iacobsii sunt verba Anth. Gr. XI. 337., qui quum acute vidisset falsam nominis mensuram tangi, vitium tamen non in penultima sed in antepenultima debebat quaerere. Probe is qui versiculos fecit tenebat, *Κυναίγειρος* dici oportere; sed quo clarius error ab aliis admissus appareret, ipse quoque formam *Κυνέγειρος* dedit, in qua reprehendenda epigrammatis acumen positum est. Hanc interpretationem, quam primus excogitasse mihi videbar, postea confirmatam vidi *Ios. Scaligeri* auctoritate Lect. Auson. I. 28, ubi vir doctissimus allato illo epigrammate „ut pedem, scripsit, anapaestum conficeret, abstulit illi (nomini *Cynaegirus)* pedem iambum: nam *κυναίγειρος* dicendum erat." [2])

---

1) Rossius Reis. u. Reiserout. I. 156 not. ap. Apollodorum II. 5. 2 pro *Ἐλεοῦντα* restituit *Ἐλαιοῦντα;* quae emendatio non videtur necessaria esse.

2) Cf. idem Lect. Auson. I. 17 de formis *Citheron* et *Clytemnestra*.

Apud Plinium l. l. 60. p. 138 haec sunt edita: „*Nonagesima — Olympiade fuere Aglaophon, Cephissodorus, Phrylus, Evenor.*“ Pro *Cephissodorus*, quod in omnibus codicibus Parisinis est, liber Bambergensis (p. 420) habet: *cephis.odorus*. Ea forma, in qua simplex est sigma, antiquior videtur et verior esse (v. Spec. Onom. Gr. p. 75. Iacobs. ad Philostr. Imag. p. 448. Osann. ad Lycurg. p. 95. Maetzner. ad eund. p. 244); alteram frustra Huebnerus Diogeni Laertio inferre conatus est v. II. p. 664 [1]). Tum *Phrylus* (Catal. Art. p. 355 *Phryllus*, Mueller. Archaeol. §. 135. 1. *Phrylis*) nomen gerere videtur non suum. Nam liber Riccard. suppeditat *frilius*, Monacensis et editio princeps *filius*, Bambergensis autem: *.erillus*. Iam si ex aliorum codicum scriptura *phrylus* recte concluditur, litteram nominis initialem fuisse *p*, nescio an credibile sit, restituendum esse *Perillus* [2]).

§. 8. Eiusd. libri c. 10. 93. p. 151 est: *mirantur* (Apellis) *Abronem Samii et Menandrum regem Cariae Rhodii*. Vulgata erat *Habronem*, quam revocatam volo, cf. Sintenis. ad Plut. Pericl. p. 216. Pro *Menandrum* vero docte I. M. Schultzius in Iahn. Annal. 1829. XI. 1. p. 71 *Pixodarum* scribendum esse coniecit [3]). Qui hanc suspicionem in nota commemoravit Silli-

---

1) Stephani Thesauro v. IV. 5. 1538 insere: *Καφισίας* Plutarch. Pyrrh. 8. Athen. XIV. 629. B, quibus locis male *Καφησίας* edebatur; *Κηφισοκράτης* Plutarch. de discr. am. et adul. 21. Meier. et Schoemann. d. att. Process p. 264. Aliorum nominum, quae iam nota erant, exempla una sibilante omnia instructa sunt in Boeckhii tit. nav. p. 241, Kunstbl. 1835 n. 67. 1840 n. 12. 17. C. I. n. 1936. 7. Franz. El. Ep. p. 139. Scriptura autem *Cephissidorus*, in editione Plinii principe l. l. reperta, hic illic in Graecis quoque codicibus habetur, ut in Pausaniae I. 36, 4. v. I. p. 182. b Schub. et Walz. et in Photii bibl. p. 115. b. 13 Bekker. (*Κηφησίδωρος*). Eam editores recte, puto, spreverunt, quamquam defendi posse analogia quadam non ignoro.

1) De nominibus *Πέριλλος* et *Περίλαος* minus recte Silligius scripsit C. A. p. 330, cf. Specim. Onom. Gr. p. 66 sqq. Nomen *Perileus* (*Περίλεως* Apollod. III. 10. 6.) Plinio XXXIV. 8. 49. p. 73 Sillig. Thierschius Epoch. d. bild. Kunst p. 215 reddidit; Rossius in Kunstbl. 1840. n. 37. p. 147. n. 38. p. 151. maluit *Pyrrhus*. In libris est: *Parelius*, *Perelius*, *Perellus* (Bamberg.). Fortasse hic quoque *Perillus* fuit.

3) Non est, quod mireris *Pixodari* nomen, librariis raro opinor auditum, in *Menandrum* abiisse. Malo enim Plinii scribis, quam huic ipsi culpam impu-

gius, imprimi iussit *Pixodorum*, quae vitiosa est scriptura, aeque improbanda ac *Pexodarus*. Vide nummorum epigraphen in Eckhelii Doctr. N. V. II. 597. b (*ΠΙΞΟΔΑΡΟ* et *ΠΙΞΩΔ*) et Epigenem Fragm. Com. Gr. III. 539:

B. βασιλέως υἱόν * *
λέγεις ἀφῖχθαι; A. δηλαδὴ Πιξώδαρον·

ubi Meinekeus praeter alios, quibus nomen ipsum legitur, locos *Ἀμισώδαρον* [1]) contulit. Facit huc etiam nomen *Πάνδαρος* et locus in Caria ad Mylasa, *Ταρκόνδαρα* dictus C. I. v. II. p. 395. b., unde tribus *Ταρκονδαρέων* nomen accepit n. 2694. et n. 2697. p. 475. a.

Ibid. *item* (Apelles pinxit) ***belli imaginem, restrictis ad terga manibus, Alexandro in curru triumphante.*** Scribi debere: *Belli* facile intelliget qui totam picturam apud animum sibi repraesentaverit. Et scripsit ita iam Heyneus exc. IX. ad Aeneid. I. v. II. 236 Wagn. Item littera maior danda est nomini ap. Plin. XXXV. 4. 27. p. 126: „Augustus in foro suo — tabulas posuit duas, quae *belli* faciem pictam habent et triumphum." Graecos quoque *Πόλεμον* finxisse, cum Ullrichio statui in Spec. On. Gr. p. 72. et probat Apellis pictura.

Ibid. 11. 146. p. 169: „*Sunt etiam non ignobiles quidem, in transcursu tamen dicendi* ***Aristonides***, *Anaxander*, *Aristo-*

---

tare, nisi forte corruptum is nactus est codicem scriptoris quem sequebatur. Utut est, sive Plinius erravit sive librarii, quin error subsit non dubito propterea, quod de Cariae rege Menandro Apellis aequali nemo quidquam tradidit. Sed ut iam minus incredibile videatur, pro *Pexodarum* librarios per plures corruptelae gradus tandem *Menandrum* exarasse, age alterum nominis regii male habiti exemplum spectemus. Apud Stobaeum tit. 49 (47.) 344. vol. II. 301 Lips. haec sunt: *Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς ῥήτωρ ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως Φαίδρου „Τί ἀκοινώνητόν ἐστιν;" εἶπε Τυραννίς.* Huic *Phaedro* si larvam detraxeris, *Alexandrum* habebis, cuius praeceptorem et comitem Anaximenem fuisse constat, v. Westermann. Gesch. d. griech. Bereds. §. 69. 1. p. 143. Scilicet scriba quum compendium *ανδρου* in *αιδρου* corruptum non intelligeret, ex ingenio litteram *Φ* praeposuit. Ita nomen certe Graecum bonus homo effecit.

1) Idem repono apud Zonaram p. 146 Tittm. ex codice Dresdensi; vulgo est *Ἀμίδαος*, in Kulenkampii libro *Ἀμισώδωρος*. Cf. Fischer. ad Palaeph. 29. p. 115. Iacobs. ad Aelian. Hist. An. IX. 23.

bulus Syrus, *Arcesilas Tisicratis filius*, *C o r y b a s Nicomachi discipulus.*" Quod pro *Aristonides* codex Bambergensis (p. 430) exhibet nomen *A r i s t o c y d e s*, id adeo est exquisitum, ut facile credam genuinum esse, sed librariorum errore cessisse notiori *Aristonides*. Tum idem de coniectura restituendum videtur paulo infra in his: *Mnasitimus* [1]) *Aristonidae filius et discipulus*, si quidem Mnasitimi pater idem est qui supra dictus. Nomen vero Ἀριστοκύδης altero loco nondum vidi, cf. Ἀνδροκύδης, Ἐπικύδης, Θεοκύδης, Λακύδης, Λεωκύδης, Ναυκύδης al. — *Aristobulo Syro* Silligius C. A. p. 88 patriam assignavit Syrum unam de insulis Cycladibus. Ego *Syriam* potius fuisse arbitror. *C o r y b a s* nomen nescio an sanum non sit. Nam quae e Bambergensi libro enotata est scriptura *corbios* sive *corbius* e Monacensi, ad manum scriptoris ducere videtur longe aliam. Fac a Plinio exaratum fuisse *Coroebus*. Pro eo alii scribae dederunt *Corybus* s. *Corybas*, quemadmodum ap. Diodor. Sicul. XX, 73 et Pausaniam VIII. 26, 3. v. III. 123 Schub. et Walz. κόρυβος, κορίβου habentur. Rursus alii, omissa vocali media *y* s. *i*, scripserunt *corbus* vel *corbius*, *corbios*, ut ap. Pausan. X. 27, 1 κ ο ρ ο ί β ι ο ς est in compluribus libris [2]). Add. Meinek. Euphor. p. 179. Qui

---

1) Pro *Mnasitimus* Bambergensis dat *Mnasitheus*, Monacensis *Mnasiticnus*. Peccata haec sunt scribarum, inde orta quod proxime praecedit: *Mnesitheus Sicyonius*. *Μ ν α σ ί τ ι μ ο ν* alterum non novi, sed nomen recte formatum est. Confer, ut talia tantum commemorem quae Crusius omisit, *Μνασιγείτων* Plutarch. Quaest. Gr. XIX. Boeckh. Urk. üb. d. Seew. d. att. Staat. p. 75. *Μνασῖνος* C. I. n. 1583. 1. *Μνασίνους* Pausan. II. 22, 6. III. 18, 7. *Μνασιάδας* C. I. n. 1575. 4. (de quo non assentior Ahrensio l. l. p. 184. n. 5) n. 1591. b. 64. *Μνασίας* n. 1575. 11. *Δέξιππος Μνασιβρότιος* n. 1578. 7. *Μνασίδαμος* n. 1709. b. 16. *Μνασικλῆς* n. 1570. b. 12. Corinth. Diod. Sicul. XVIII. 21 Cretens. *Μνασιλαΐδας* n. 1689. 3. n. 1776. 2. *Μνασίλοχος* Polyb. XXI. 14. 7. XXII. 26. 11. *Μνασίμαχος* n. 1575. 9. Eckh. D. N. V. II. p. 603. b. *Μνασίμειλος* C. I. n. 1575. 8. *Μνασίμηλος* Ross. inscr. ined. n. 75. 7. *Μνασίππα* n. 1633. 2. *Μνάσυλλα* Brunck. Anal. II. 4. *Μνασίων* n. 1207. IV. 7. n. 1574. 19. Nomen *Μνησίθεος*, item a Crusio neglectum, est C. I. n. 76. 1. n. 294. 3. n. 1590. 7. n. 1710. B. 7. — De *Mnasea* Patarensi v. Iahn. in Palamede, Hamburgi 1836, p. 31 sqq.

2) Minus commode a *Κ ό ρ υ μ β ο ς* tanquam ex fonte communi varias lectiones *Corybas* et *Corbius* deduxeris. Est id nomen C. I. n. 193. I. 27. n. 282. 20. n. 284. II. 35. n. 2843. 3, 4.

statim sequitur: *Carmanides* [1]) *Euphranoris* ipse quoque nomen gerit vitio duplici deturpatum. Eorum alterum codicis Bambergensis ope tollitur, quippe qui exhibeat: *Charmanides*; praeterea vero inserto *t* scribendum: *Charmantides* *Χαρμαντίδης*. *Χαρμαντίδην* [2]) *τὸν Παιανιέα* in Platonis re publ. I. p. 328 Steph. iam Bergkius comm. de rel. com. Att. ant. p. 82 cum Charmantide Paeaniensi contulit qui est C. I. n. 213. II. 25. Addo Charmantidem Paean. tertium Eteandri patrem ex inscr. n. 199. I. 27, *Λᾶσον Χαρμαντίδου* ex Diogene Laertio I. 42. Nec dubium quin Pausaniae VI. 17, 5 pro *Καρμ.* reddi debeat *Χαρμαντίδου* cll. Suida v. *Γοργίας* [3]). Mox *Dionysiodorus* superfluum habet iota alterum; scribendum: *Dionysodorus*, quod codices quoque nonnulli suppeditant. Proba forma legitur XXXIV. 8. 85; v. Spec. Onom. Gr. p. 27. Neque *Diogenes qui cum rege Demetrio vixit* adhuc suo videtur nomine dictus esse. Nam quod est in Bambergensi *discaogenes*, facili id opera in genuinam appellationem refingitur: *Dicaeogenes*. Cognominis praetor est in Boeckh. tit. nav. XVI. b. 133 et exstat Isaei oratio *περὶ Δικαιογένους κλήρου* [4]). Tum „*Euthymedes*“ potest sane nomen integrum esse; verum *Euthymidem* eum pictorem vocatum fuisse suspicor, non tam quod *Εὐθυμήδης simile est Εὐθυμίδῃ* (Steph. Par. v. III. 7. p. 2280), quam quod codex Bambergensis *eutymides* habet. De vasorum pictore cognomini Polti filio v. Haaseum Steph. l. l. Gerhard. Rapporto p. 74. 178, not. 698. Welcker. Mus. Rhen. 1839. p. 624 [5]).

---

1) *Karmanides* Muellero Archaeol. art. §. 139. n. 2.

2) V. L. *Χαρματίδην* et *Χαρμίδην*.

3) *K* et *X* locis innumeris inter se confusa sunt. Ita *Χαρναβῶν* habetur et *Carnabon*, Sophocl. fragm. Triptol. n. 528 G. Dindorf. Lobeck. Aglaoph. 215. 1351. Sed *Καρμάνωρ* non *Χαρμάνωρ* (Welcker. Mus. Rhen. 1835. Suppl. I. p. 343. n. 555), sed *Καθαρμάνωρ* videtur esse.

4) Contra *Διογένους* corruptum est in *Διωτογενέος* vel *Διοτογενέως* apud Stobaeum tit. 48. p. 329. v. II. 273 Lips.

5) Etymon *Εὔθυμος* exemplis probatum est in Steph. Th. l. l. 2281. *ΕΥΘΥΜΟΣ* homo dicitur barbatus in vase Durandi n. 421. p. 157. *Εὐθυμίαν* bona est L. Dindorfii emendatio (Steph. Thes. v. *Γυθυμία*) ap. Parthenium VIII. p. 9 Passow. „*ἀντὶ Ἠρίππης καλῶν Γυθυμίαν.*“ Ea uxor fuit

§. 9. Ibid. „*Milon Soleus Pyromachi statuarii discipulus.*“ Libri Bambergensis scriptura est: *pyromachis tatyarii discipuli*, Regii II. *Pyromachi*, Regii V. *Philomachi*, Monacensis *pilommachi*, Editionis principis *Pilomachi*. Idem ut videtur artifex (Olymp. CXXI) lib. XXXIV. 8. 19, 51 *Pyromachus* dicitur in codicibus quantum ex silentio coniici potest omnibus; tum §. 80: „*Pyromachi quadriga regitur ab Alcibiade;*“ ubi rursus in nominis scriptura libri sibi constant; nec §. 84: „*Plures artifices fecere Attali et Eumenis adversus Gallos proelia, Isigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus,*“ diversa annotata est lectio. His in unum collectis effici sane videtur, ut verum hominis nomen *Pyromachus* fuerit (Thiersch. üb. d. Epoch. d. bild. Kunst p. 193). Nihilominus nondum rectam scripturam haberi arbitror. Nam artifex is, quem Diodorus commemoravit Excerpt. XXXI. 588. vol. II. p. 2. 128 L. Dindorf. „*Προυσίας ὁ Βιθυνῶν βασιλεύς* — (Attalo victo ex Aesculapii templo Pergameno) *ἐσύλησε — καὶ τὸ περιβόητον ἄγαλμα τοῦ Ἀσκληπιοῦ, δοκοῦν ἔργον εἶναι Φυρομάχου* et Diodori auctor Polybius XXXII. 25, 4. *τὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἄγαλμα βαστάσας, περιττῶς ὑπὸ Φυλομάχου κατεσκευασμένον, ἀπήνεγκεν ὡς αὐτόν* (Suid. v. *Προυσίας* v. II. 2 500 Bernh.), non diversus fuerit a Pliniano, quae iam Valesii et Wesselingii et Muelleri (Archaeol. art. §. 157. 1) sententia fuit. Scilicet si unus apud Plinium quatuor illis locis intelligi debet sta-

---

Ξάνθου ἀνδρὸς ἐν Μιλήτῳ πάνυ δοκίμου γένους τε τοῦ πρώτου. Tum vide Boeckhii titulum n. 708 *ΕΥΤΥΜΙΑΝΙΚΙΟΥ*

ΜΙΛΗΣΙΑ

Noli tamen hoc argumento abuti ad demonstrandum, Miletum *non* fuisse demum Atticum (Westerm. ad Leak. dem. p. 230. n. 98.), Boeckh. Intell. d. allgem. Litt. 1835. p. 267. — Alteram *Εὐθυμίαν* restituo Memnoni in Photii bibl. cod. 224. p. 224. a. 10 Bekk. *εὐθυμίας μὲν ὁ Διονύσιος ἄγαλμα τὴν ἀγγελίαν* (Alexandrum M. obiisse) *ἀκούσας ἱδρύσατο, παθὼν τῇ πρώτῃ προςβολῇ τῆς φήμης ὑπὸ τῆς πολλῆς χαρᾶς ὅσα ἂν ἡ σφοδρὰ λύπη δράσειε.* Cf. Pindari fr. inc. 24. p. 632 Boeckh.: *Τί δ' ἔρδων φίλος | σοί τε, καρτερόβροντα Κρονίδα, φίλος τε Μοίσαις, | Εὐθυμίᾳ τε μέλων εἴην, | τοῦτ' αἴτημί σε·* et Propertianum illud: „Mens bona, si qua dea es, tua me in sacraria condo.“ *Euthymidas* est ap. Livium XXXV. 37. *Προθυμία* navis Attica in Boeckhii tit. trier. p. 91. *PROTHIMVS* in tit. Lat. ap. Iahn. Spec. epigr. p. 48. n. 224 fuit opinor *PROTHYMVS*.

tuarius, quem (XXXIV. 8. 19, 84) *Pergami* artem exercuisse constat, quid potest veri esse similius quam eundem Aesculapii quoque signum *Pergamenum* fecisse? Restat ut de nomine ipso videamus. Id *Φυρόμαχος, Phyromachus*, fuisse post Valesium et Wesselingium Brunckius statuit ad Apollonidae epigr. IX. Anal. II. 134. vol. VIII. 358 Iacobs.

Ἄνθετ' Ἀναξαγόρης με τὸν οὐκ ἐπὶ ποσσὶ Πρίηπον,
ἐν χθονὶ δ' ἀμφοτέρῳ γούνατι κεκλιμένον·
Τεῦξε δὲ Φυλόμαχος·

ubi item: *Φυρόμαχος* ille emendat, eundem esse censens atque Polybianum et Plinianum. Nec aliud est Bernhardyi iudicium ad Suid. l. l., cui pro *Φιλομάχου* ex codice *A* et Polybii Excerptis certe *Φυλομάχου* reddidit. Atque est sane credibile, librarios qui toties *P* et *Λ* inter se confuderunt, id quod in ipso Phyromachi nomine apud Athenaeum plus semel lecto infra ostendam, hic quoque erravisse; genuinam autem litteram caninam esse Plinii docent codices, cui scriptori rursus aspirationis nota debet restitui propter *Φ* in Graeco nomine omnibus locis conspicuum. Ecce autem alter ante hos sex annos apparuit artifex cognominis, bello Peloponnesiaco fere aequalis [1]. Ter is in tituli Attici fragmento commemoratur quod Rossius edidit in Kunstbl. 1836. n. 39: v. 1. *Φυρόμαχος Κηφισιεὺς τὸν νεανίσκον τὸν παρὰ τὸν θώρακα*, v. 9. *Φ. Κ. τὸν ἄγοντα τὸν ἵππον*, v. 17. *Φ. Κ. τὸν ἄνδρα τὸν ἐπὶ τῆς βακτηρίας εἱστηκότα* [2]. Editor doctissimus l. l. n. 40. p. 171 non dubium esse annotavit, quin idem is fuerit statuarius atque is, qui Priapum Anaxagorae, philosopho fortasse, et Aesculapium a Prusia ablatum finxerit. Mihi vero tutius videtur esse, cum Brunckio Priapum et Aesculapium et Attali Eumenisque proelia

1) Litteratura ea est, quae inscriptionem Euclide archonte paullo antiquiorem esse monstret, v. Ross. l. l.

2) Eum pro singulis operibus sexagenas drachmas accepisse, ibi in expensis relatum legitur. In transitu noto, v. 11 non *Μυννίου Ἀγρυλῆσι οἰκῶν*, sed *Μυννίων* imprimendum fuisse. Hinc in Platonis fragmento (Meinek. Fr. Com. II. 668) *τούτῳ φίλος Μυνίσκος ἔσθ' ὁ Χαλκιδεύς*, quum codices Athenaei (VIII. 344. D) *Μύννικος* habeant, fortasse *Μυννίσκος* scribi debet. *Μύννιχος* autem C. I. n. 174. 1 iam non amplius incertum videtur (p. 310. b) nomen esse.

ei tribuere artifici, qui Pergami vixit regum quos dixi temporibus. Ita *duos* iam habemus Phyromachos, *unum*, cuius notitiam ex Polybio Diodoro Apollonida Plinio haurimus, *alterum* Cephisiensem, ad quem referendum esse suspiceris etiam *Alcibiadem quadriga vectum* (Plin. XXXIV. 8. 19, 80.). Silligius contra in Catal. Artif. tres distinxit: *Philomachum* p. 332, *Phylomachum* p. 356, *Pyromachum* p. 399. Ei magnam habebo gratiam, si iterum de iis artificibus exponere voluerit, quum ea, quae ego posui post alios, non esse certissima bene sciam. Adiicio, quod supra promisi, alia nominis *Φυρόμαχος* exempla. Confer igitur Posidippi ep. XVII. 1. (Br. Anal. II. 50, Anth. Gr. VIII. 151.) sive Athen. X. 414. E ubi bis nomen legitur, et priore quidem loco *φυρόμαχον* est in codicibus Veneto et Laurentiano B, *φυλόμαχον* in Palatino, editione I. et Casauboniana 1; altero habetur *φυρόμαχον* in Parisinis ABC, Laurentiano E et epitome Hoeschelii, *φυλόμαχον* in Palatino, edit. I. et Casaub. I. Tum *Φυρόμαχος* est, lectionis varietate nulla, 1) apud Alexidem *ἐν Ταραντίνοις* Athen. IV. 161. C s. Meinek. Fr. Com. III. 483; 2) ap. Athen. VI. 245. E. 3) ap. eundem VIII. 343. B s. Meinek. Fr. Com. IV. 492. Denique in Aristophanis Eccles. v. 22 pro *καταλαβεῖν δ' ἡμᾶς ἕδρας Ἅς Σφυρόμαχός ποτ' εἶπεν* Guil. Dindorfius *Φυρόμαχος* dedit [1]).

Apud Plinium l. l. §. 155. p. 173 est „*M. Varro tradit sibi cognitum Romae P o s i m nomine, a quo facta poma et uvas, ut non possis aspectu discernere a veris.*“ Dalechampius ex libro vetere annotavit *Possuniam*, Ianus p. 431 *Posimium* e Monacensi, *possim* e Bambergensi. Equidem, si est *Posim* in codicibus reliquis, de quibus nihil Silligius annotavit, non ex *Possuniam* vel *Posimium* enucleandum esse hominis nomen crediderim, sed haberi in Bambergensi probum: *Possim*, *Π ό σ σ ι ν.* Cognominis scriptor Magnesius (Voss. de hist. Gr. p. 491 We-

---

1) Eo de loco v. Boettiger. kleine Schrift. v. I. p. 298 sqq. — Apud Demosth. contra Macartatum omnibus locis ex uno libro Bekkerus pro *Φιλομάχη* scripsit *Φυλομάχη*, cf. Schaefer. App. Dem. V. 81. Nescio an *Φυρομάχαι* mulieres illae dictae fuerint.

sterm.) ab Athenaeo laudatur VII. 296. D et XII. 533. D [1]); duplex autem sigma videtur ad aeolismum referri posse (Ahrens. dial. I. p. 65), quum inter conditores Magnesiae eius quae ad Maeandrum sita erat Aeoles fuerint (Boeckh. ad tit. n. 2910. v. II. p. 580. a). Eam nimirum Magnesiam Possidis patriam fuisse Athenaei probant verba XII. 533. D. *Πόσις ἐν τρίτῳ Μαγνητικῶν τὸν Θεμιστοκλέα φησὶν ἐν Μαγνησίᾳ τὴν στεφανηφόρον ἀναλαβόντα ἀρχὴν θῦσαι Ἀθηνᾷ* collato Diodoro XII. 57 *ἐδωρήσατο* (*βασιλεὺς* Themistocli) — *Μαγνησίαν — τὴν ἐπὶ τῷ Μαιάνδρῳ.* Nam Possidem *Μάγνητα* (Ath. VII. 296. D) res patriae consignasse credibilius est quam urbis ad Sipylum conditae. — Reinesius cum Casaubono nomen *Πόσσις* compendium esse arbitratus est nominis *Ποσειδώνιος*, de quo mihi non liquet. Adiungo *Ποσσίδην Ἀργεῖον* ex Iambl. de vita Pyth. XXVII. 128. p. 108 Kuster. Contra *Πόσις* est in C. I. n. 2117. 1 *Ξενοκλείδης Πόσιος*, *Ποσίδης* in tit. Cyzic. Boeckh. C. I. v. II. p. 746. b., *Πόσης Ἀρίστωνος Φαληρεύς* n. 180. 10, *Ποσῆς* n. 3246. 2, *Ποσείδης* n. 2078. 4. n. 3244. 1. In tit. Acrens. I. 1 (progr. Ien. 1834) p. 4 *ἐπὶ Ἡρα[κλείο]υ Ποσειδιος*, III. 15. p. 5 *Ποσείδει Φίλωνος* Goettlingius p. 7 nominativum agnoscit *Πόσειδις*, idemque nomen oblitteratum esse iudicat ap. Cicer. Verrin. III. 42 ubi aliquot codices habent *Posidorus*, id quod Zumptius [2]) edidit, Orelli *Possidorus* scripsit. *Ποσίδεος* denique *Ποσιδέου* homo Rhodius est C. I. n. 2103. *b. c.*, *Ποσίδεος Λεόντιδος* n. 2160. 15, *Μητρόβιος Ποσιδέου* Smyrn. n. 3140. 32.

§. 10. Libr. XXXIV. 8. 19. 66. p. 79. *Filios et discipulos reliquit laudatos artifices Laippum et Bedam* sc. Lysippus. De Laippo egi supra §. 3; alteri filio nomen *Boedam* ex libro Bambergensi et hic et infra §. 73 „*Bedas adorantem* (fecit)" confirmo, postquam G. Dindorfius in Steph. Th. v. II. 1. p. 309 diphthongum de coniectura restitutam voluit. Simul is *Boedam Byzantium* attulit ap. Vitruv. III. praef. §. 2. I. p. 68 Schneid.

---

1) Dindorfii editio iam non est ad manus, ut quid codices habeant ignorem. Posteriore loco in Casauboniana est *Πόσις*.

2) Is tamen pro vero habet: *Pasidorus*, quo pertinere videatur *Phassidorus* in Lagomars. n. 42. Equidem in forma *Posidorus*, *Ποσείδωρος* an *Ποσίδωρος*, acquieverim. *Klotzii* editio non erat praesto.

(nam ita legendum est e codicibus pro *Bedas*) et schol. Aristoph. Nub. 97. *πρῶτον μὲν γὰρ Δίφιλος εἰς Βοίδαν τὸν φιλόσοφον ὁλόκληρον συνέταξε ποίημα, δι᾽ οὗ καὶ εἰς δουλείαν ἐῤῥυπαίνετο ὁ φιλόσοφος.* Meinekeus Hist. Com. Gr. p. 449. not. 2 „de Boeda philosopho, inquit, nihil mihi compertum est. Nomen viri sive illud *Βοίδας* fuit sive *Βοιδᾶς*, Siculum vel Italum philosophum fuisse subindicat." Mihi *Βοίδας* s. *Βοΐδας* pro *Βοιίδας* videtur esse et a *Βοῖος* duci cll. C. I. n. 3064. 6. *Εὐθυῤῥήμων, το[ῦ Β]οίου πύργου, Βοΐδ[ης* [1]). *Εὐβοΐδας* apud Plutarchum est apophth. Lacon. p. 220. D, de cuius etymo *Εὔβοιος* v. L. Dindorf. in Steph. Thes. III. 7. p. 2202, Lehrs. de Arist. stud. hom. p. 302 not Diog. Laert. v. I. 352. II. 730. Huebn.

Ibid. 68. p. 80 „*miris laudibus celebrant — Telephanem Phoceum.*" Non offendo cum Schultzio (Iahn. Ann. 1829. III. 1. p. 89) in forma nominis gentilis tanquam insolenti. Nam *Phoceum* esse potest aut pro *Φωκέα* a nominativo *Phoceus Φωκεύς;* aut a *Phocēus* descendit, quod poetarum Latinorum usu Phocensem notat, item ut *Phocius* apud Ciceron. in Pis. 40., quamquam Graeci nomen *Φωκεῖος*, ad quod utrumque et Phocēus referas et Phocius, non videntur usurpavisse. Et convenire huic patriae arbitreris ea quae statim sequuntur „*ignotum alias, quoniam habitaverit in Thessalia, ubi latuerint opera eius.*" Sed dubito tamen propter libri Bambergensis scripturam *telephanen phocaeum;* hinc artificem *Phocaea* oriundum (*Φωκαέα*) fuisse statuere par est [2]). Praeterea codicis illius lectio: *thessaliae* iure iam Iano digna est visa quae reciperetur; cf. XXXIV. 8. 16. 34, ubi pro *in Italia* idem liber habet *italiae* [3]).

---

1) Nominativus est *ὁ Βοίου πύργος*, Boeckh. v. II. p. 651. a. Eo de nomine vide eundem praef. C. I. v. I. p. XXII et p. 3. b. — Nominis *Βοίδιον* exemplis in Steph. Th. I. I. 310 adde tit. Attic. Intellig. d. allgem. Litt. 1837. p. 693. 712. n. 17. *Βοίδιον Μενεμάχου γυνή.*

2) Nescio quam vere Welckerus statuerit, veteres ipsos nomina *Φωκαεῖς* Phocaeenses et *Φωκεῖς* Phocenses inter se confudisse, Mus. Rhen. 1835. Suppl. I. p. 251. n. 398.

3) Vide quos Haaseus laudavit ad Reisigii Vorlesungen üb. latein. Sprachwiss. p. 630 not. sub fin.

Ibid. 73. p. 81 „*Batton Apollinem et Iunonem* (fecit)." In Bambergensi hic quidem est *baton*, infra autem §. 91. p. 87 pro eodem nomine *botan*. Itaque iam nihil moratus *optimos* codices Parisinos, qui utroque loco duplex *t* exhibent (Sillig. Cat. Art. p. 107.), reponendam esse censeo formam breviorem. Eadem in Graecis quoque ex praestantissimis libris saepe nuper restituta est; v. G. Dindorf. in Steph. Th. II. 1. p. 197. v. *Βάτων*, Voss. de histor. Graec. p. 408 West., Meinek. Hist. Crit. Com. p. 480, Unger. Theb. Parad. I. p. 408, Maffei Mus. Veron. XLV, Diog. Laert. VI. 8, 99 [1]). Item *Βατίς* (G. Dindorf. Steph. II. 1. p. 190) et *Βάτης* C. I. n. 183. II. 9 et fortasse etiam demus Atticus *Βατή* huc pertinent (C. I. n. 183. II. 9. p. 907. a. n. 141. 18, 32, 49. n. 295. 14).

Ibid. §. 78. p. 83 *Hegiae Minerva Pyrrhusque rex laudatur, et celetizontes pueri, et Castor et Pollux ante aedem Iovis Tonantis; Hagesiae in Pario colonia Hercules; Isidori buthytes.*

De Hegia, Hagesia, Hegesia, Agasia artificibus exposuerunt Silligius in Cat. Art. p. 223 et Thierschius Epoch. p. 130 sqq. [2]) Eorum tamen sententiae quum non videantur omni ex parte probari posse, quaestionem nobis de integro liceat instituere. Iam primum non dubitaturum quemquam puto, quin recte Silligius ex Iani mente Plinii verba ita interpungendo distinxerit ut factum vides. Tum *Hegiae* nomen, in cuius scriptura codices constant, fuit supra §. 49. p. 73 Sill. *Floruit* (Phidias) *Olympiade* LXXXIV, *circiter* CCC *nostrae urbis anno, quo eodem tempore aemuli eius fuere Alcamenes, Critios, Nesiotes* [3]), *Hegias* [4]), quo loco in Monacensi est *Hecleas*.

---

1) Ebertum dissert. Sicul. p. 92 — 95 Batones enumerantem Dindorfius laudavit l. l. Plinianum Batonem pro artifice habendum esse, quum falsa olim interpunctione ederetur: „*Bedas adorantem Batton Apollinem et Iunonem*", primus quod sciam Th. Reinesius intellexit Var. Lect. II. 7. p. 175. Id in medici eruditissimi honorem dictum esse volui.

2) Welcker. Mus. Rhen. 1835. Suppl. I. p. 278. n. 447 — 448.

3) Cf. Ross. *Kritios, Nésiotès, Kresilas* et autres artistes Grecs. Athènes 1839.

4) *Ἡγίας* nomen omissum est a Crusio in lex. Vide Steph. Paris. IV. 1.

Sequitur *Hagesias*, ut Silligius quidem nominavit. In codicibus exstat: *Hagesiae*, *Agasiae*, *Agesiae* (Bamberg.), *Agasce*, vulgata erat *Hegesiae*. Ex his Graeca sunt nomina *Ἡγησίας*, *Ἀγησίας*, *Ἀγασίας*, non est nomen *Ἁγησίας* s. *Hagesias*. Nimirum qui ab Ionibus et Atticis *Ἡγησίας* dicitur, dorice is *Ἀγησίας* audit (Boeckh. C. I. v. II. p. 237. a — b), quamquam apud Atticos quoque id nomen usitatum fuit [1]). Nunc si quaeritur, quam Plinius formam posuerit, suadet sane codicis Bambergensis praestantia ut *Agesiae* pro genuina lectione ducamus. At obstat id, quod Plinius l. l. artifices ex ordine litterarum enumerat: *Hegiae*, *Hagesiae*, *Isidori*. Quapropter nisi credere vis, Plinium ipsum in nomine Graeco peccavisse et *Hagesiae* dedisse quum deberet *Agesiae* [2]) vel *Hegesiae*, hoc unum est reliquum ut reponatur *Hegesiae*.

Hegesiae artificis mentionem Quintilianus fecit XII. 10. 7: „duriora et Tuscanicis proxima *Callon* atque *Hegesias* [3]) (fecerunt).“ Eundem ut videtur Lucianus intellexit praecept. rhet. 9. v. III. p. 178 Iacobitz. *ἕωλα παραδείγματα παρατιθεὶς τῶν λόγων οὐ ῥᾴδια μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐργασίας ἐστίν, Ἡγησίου καὶ τῶν ἀμφὶ Κρίτιον καὶ Νησιώτην, ἀπεσφιγμένα καὶ νευρώδη καὶ σκληρὰ καὶ ἀκριβῶς ἀποτεταμένα ταῖς γραμμαῖς.* Sed num idem is sit Hegesiae Herculis fictori, equidem nescio. Neque pro *Ἡγησίου*, quod omnes servant codices, propter Plinium l. l. §. 49. p. 73 *Ἡγίου* [4]), aut apud Plinium contra libros ex Luciano: *Hegesiae* pro *Hegiae* scripserim. Sed diversos esse *Hegiam* arbitror et *Hegesiam*, licet aequales fere fuerint, quum uterque simul cum *Critio* et *Nesiote* commemoretur. Eadem fere Silligii

---

94. C. I. n. 385. 15. n. 715. 1. n. 1211. IV. 15. Boeckh. tit. nav. p. 239. Forma dorica *Ἀγίας* legitur C. I. n. 2617. 1. v. II. p. 437. b.

1) *Ἀ. Ἀχαρνεύς* Plutarch. Arist. 13. *Ἀ. Ἰκαριεύς* Boeckh. tit. trier. n. XVI. c. 156.

2) Statuit hoc Silligius Cat. Art. 224. Mihi ea ratio parum videtur probabilis esse.

3) Ita procul dubio ex aliquot codicibus recte scriptum est. In aliis libris est *egesias*, *egestas* al. Cf. Spalding. not. crit. v. IV. p. 608.

4) Quamquam non infrequens ea est confusio, v. Diog. Laert. v. II. p. 691 Huebner.

est sententia Cat. Art. p. 226. Denique de *Agasiis* videamus artificibus. Duo ii sunt ex inscriptionibus noti 1) C. I. n. 2285. b (Franz. El. Ep. n. 90. p. 235) Ἀγασίας Μηνοφίλου Μιλήσιος ἐποίει. 2) Ἀγασίας Δωσιθέου Ἐφέσιος ἐποίει qui titulus gladiatori Borghesiano incisus est. Nomen autem Ἀγασίας nihil commune habere cum Ἀγησίας s. Ἡγησίας Boeckhius v. II. p. 237. a. et Franzius l. l. docuerunt. Nam Ἀγασίας [1]) ab ἄγαμαι descendit ut Ἀγασικλῆς [2]), Ἀγασισθένης [3]), Ἀγάσιλλος [4]). Itaque ut brevi complectar, quatuor vel quinque fuerunt artifices hi: *Hegias*, *Hegesias* aut *Hegesiae* duo, totidemque *Agasiae*.

§. 11. Ibid. pro *Isidori* in Bamberg. est *isidoti*, quae permutatio nominum in δωρος et in δοτος saepe est observata (Beckm. ad Antig. Car. p. 82. Bast. comment. palaeogr. p. 812. Schoemann. ad Isaeum p. 486, Suid. v. II. 814 Bernh.). Quum vero aliunde non constet, artificem *Isidorum* nominatum fuisse, libri ego sequor auctoritatem praestantissimi; nominis *Isidotus* exempla G. Dindorfius [5]) contulit in Steph. Thes. IV. 3. p. 665, add. Spec. Onom. Gr. p. 5.

Ibid. §. 79. p. 83 „*Leochares aquilam* (fecit) *sentientem quid rapiat et cui ferat, parcentemque unguibus etiam per vestem.*“ Post verbum *rapiat* vulgo subiungebatur: *in Ganymede*

---

1) C. I. n. 1732. b. 34. n. 1733. 6. n. 2035. 1. Xenoph. Anab. saep.

2) Herod. I. 144. C. I. n. 158. §. 3. A. 16. n. 165. II. 49. Harpocr. Suid. s. v. Bekk. Anecd. 329. 6. Pausan. II. 10, 3. Contra rex Lacedaemonius qui ab Herodoto I. 65 Ἡγησικλέης ionice appellatur, falso apud Plutarchum apophth. Lacon. p. 208. B Ἀγασικλῆς itemque apud Pausaniam audit III. 7, 6 et 7. Sed Doricam formam Ἀγησικλῆς male ab editoribus spretam Pausaniae praebent codices optimi, nec dubito quin eandem in Plutarchi libris reperturi sint, qui accurate eos excusserint.

3) Pausan. VII. 12, 7.

4) Cf. Annal. Instit. Arch. I. 2. p. 157 ubi in tit. Attico bis est Ἀ. Φιλοξένου Κορκυραῖος. Typotheta vitiose dedit: Ἀγασίλεος. Nomen Ἀγασιθέα (C. I. n. 1. 3.) consulto omitto; Ulrichs. Reis. u. Forsch. I. p. 31.

5) Is tamen in didascalia Alcestidis Euripid. ed. Oxon. 1834. p. 9 pro: εἴσιδ' ἐχορηγοί (in cod. Havniensi εἰσὶ δὲ .... χορηγοί) non videtur verum assecutus esse restituens: Εἰσίδοτος ἐχορήγει. Probabilius Fr. Guil. Glum de Eurip. Alcest. Berol. 1836. p. 18 coniecit: εἰσὶ δὲ δύο χορηγοί.

(Bamberg. *in ganumede)*; in uno codice Regio II *in Ganymeden*. Ea verba Silligius, probante Schultzio in Iahn. Ann. l. l. p. 81, e textu eiecit in Catal. Artif. p. 239 not. Nam „primum, ait, offendere debebat interpretes mira locutio *sentio quid feram in hoc*; deinde vero in cod. Reg. I non *in Ganymede*, sed *in ganimeden* legitur, quod ferri prorsus non potest. Sed ea lectio mihi persuasit, duo illa verba e margine, ubi librarius explicationis causa ea addiderat in textum venisse, et *in* ex *i. e.* ortum esse. Plinius certo scripsit ut supra posuimus, et qui verba *sentientem quid rapiat et cui ferat* attento animo inspexerit, a me puto non discedet. Adeo ea Plinio eiusque brevitatis studio conveniunt." Ego vero, quidquid de brevitate statuis Pliniana, non deleverim verba quae in omnibus sunt libris manuscriptis, nam accusativus iste non videtur esse nisi scribae error; nec brevem dixerim orationem et concinnam factam, sed obscuram verbis illis omissis. Latinitas autem non habet, opinor, quod queratur in hac dictione: sentio quid in te feram (rapiam): ich fühle, was ich an dir trage, i. e. sentio quid sit quod in te positum fero. Ita Cicero ad Famil. II. 16, 5 egregie scripsit: „Filio meo — si erit ulla res publica, satis amplum patrimonium relinquam *in memoria* nominis mei," ubi fuerunt qui male *memoriam* scriberent expulsa praepositione. Illud liber habet Mediceus.

Ibid. §. 80. p. 84 *Naucydes Mercurio et discobolo et immolante arietem censetur. Naucerus luctatorem anhelantem fecit.* Probabiliter Ianus p. 395 suspicatus est: *Naucerus* (censetur sc.) *luctatore anhelante* propterea quod Bambergensis habet: *censentur naucerus luctatore hanellante (fecit).* Et *fecit* quidem etiam a Victoriano codice abest. Sed nomen *Naucerus* non videtur sanum esse; nisi me fallit *Nauclerus*, *Ναύκληρος* [1]) fuit. Id in titulo opinor Leakei esse Moreae v. III. n. 30 „at Kypa-

---

1) Aliter vitiatum videtur nomen *Eucerus* apud Tacit. Annal. XIV. 60; *Eucaerus Εὔκαιρος* (Steph. Thes. III. 7. 2300) Freinsheimius restituit: libri non variant praeterquam quod in uno Harlemiensi optimo est *Euceras*. *Eucerus* i. e. *Εὔκερως* s. *ἠΰκερος* (Lobeck. Paralip. p. 225) ferri vix potest. Sed *Εὐκέρας* satis placet, v. Lobeck. l. l. 226.

risso in Mesa Mani" v. 6: *ΝΑΥΚΛΗΡΟΥ*; cf. *Ναυβάτης* s. *Ναυβάτας* de quo egi pag. 93 [1]).

Ibid. ***Phoenix Lysippi discipulus Epithersen*** (fecit). Et artifex et is cuius statuam fabricavit nomine appellatur parum certo. Nam in codice Bambergensi est: ***phanis l. d. epityusam;*** in Monacensi ***phenis*** et ***epidrhysan;*** Victorius adnotavit: ***c. epydripham.*** Hinc videndum arbitror, num forte nomine paulo rariore ***Phanis*** artifex dictus fuerit i. e. *Φάνις* vel *Φᾶνις*, quum et a *Φανίας* duci queat et a *φανός* (*Φᾶνος* n. 2266. A. 29. B. 7. Lehrs. de Arist. stud. hom. p. 291. Lobeck. Paralip. p. 342). Cf. Lobeck. de nomin. I. decl. in *ᾶς* purum exeuntibus diss. prim. §. 5. p. 14 sqq. [2]). Tum ***Epithersen*** firmare Pausaniae locus videtur VI. 15, 3. *Ἐρυθραῖοι δὲ οἱ Ἴωνες Ἐπιθέρσην τὸν Μητροδώρου, δύο μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ πυγμῆς, δὶς δὲ Πυθοῖ νίκας καὶ ἐν Νεμέᾳ τε καὶ ἐν Ἰσθμῷ λαβόντα, οὗτοι μὲν τὸν Ἐπιθέρσην τοῦτον*

---

1) In Crusii gratiam haec subiungo nomina: *Ναυκλεῖος* genit. C. I. n. 864. 2. n. 908. 2. *Ναῦκλος* n. 921. 7. p. 887. b. Pausan. VII. 3, 3 ex coniectura Clavierii pro vulgata *Νάοκλος*. *Ναύπακτος* C. I. n. 171. II. 28 sagittarius. *Ναυσίας* corrupta videtur lectio esse apud Diod. Sicul. XIII. 99 ubi v. Wesseling. ad p. 622. 68 et Sturz. lex. Xenoph. v. *Λέων*. Per se tamen si spectatur nomen, non habet quod offendat: C. I. n. 2295. 2. *ἐν τῷ ἐπὶ Ναυσίου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ*. Ubi quum Reinesius *Παυσίου* vel *Παυσανίου* maluisset, prudenter Boeckhius v. II. p. 240. b. tenuit quod in lapide est. Archon *N.* fuit Deliacus. *Ναυσικρίτη* C. I. n. 893. *Ναυσίμαχος* n. 213. III. 21 Paean. p. 344. b. *N. ὁ Φαληρεύς* ap. Lysiam *ἀπολογ. δωροδ. ἀπαρ.* §. 9. *N.* in nummo Acarn. Eckhel. D. N. V. II. 183. a. *Ναυσινίκη* C. I. n. 636. 2. Plutarch. de malign. Herod. IX. 455 Reisk. *Ναυσίστρατος* C. I. n. 183. III. 8. n. 781. 1, 5, 8. *Ναυσιφάνης Τήϊος* Diog. Laert. IX. 69 ubi v. Menag. v. II. p. 466 Huebn. *Ναυσιχάρης* C. I. n. 572. b. 2. *Ναύστρατος* n. 291. I. 6. *Ναύσων* n. 93. 47. n. 214. 8, 25. Ap. Aristoph. Equitt. 1309 *Ναυφάντη ἡ Ναύσωνος* navis est, ut *Ναύκρατις* in Boeckhii tit. trier. IV. e. 25, 31 et *Ναυκρατοῦσα* X. b. 60. Sed Crusius falso posuit: „*Ναύσων*, *ἡ*, ein Schiffsname, gleichsam *Schiffings-Tochter*." *Ναύτειμος* C. I. n. 2069. 7. v. II. p. 133. b. sive *Ναύτιμος* n. 2071. 3. *Nautes* Troianus Virg. Aen. V. 704, 728. Ab eo originem gens *Nautia* repetiit, v. Ambrosch. Stud. u. Andeut. im Gebiet d. altröm. Cult. u. Bod. p. 173. n. 74.

2) In transcursu tueor nomen *Σπούδιδι ΣΠΟΥΔΙΔΙ* C. I. n. 147. 19 a Boeckhio p. 222. a. et Franzio El. Ep. p. 141 in *Σπουδίᾳ ΣΠΟΥΔΙΑΙ* (C. I. n. 172. I. 9) mutatum.

sc. *ἀνέθεσαν*. Verum tamen scriptura *epithyusam* quoque, i. e. immolantem, habet quo se commendet.

§. 12. Par. 81. p. 84: *Stipax Cyprius uno celebratur signo, splanchnopte*. Hic quoque liber Bamberg. genuinam scriptoris manum servavit: *Styppax*, *Στύππαξ*. Rossius in Kunstblatt 1840 n. 37. p. 145. b. not. tanquam ex codice Bamberg. ductum falso posuit *Stypax*, sed *πῖ* in hoc nomine aliisque eiusdem etymi haud raro duplicatum reperitur. Ita Eucrates *στύππαξ* appellatur locis iis quos Bergkius contulit Fragm. Aristoph. p. 1003, et *στυππεῖον* est in titulis Boeckhii trierarch. p. 506. 532.

Paragr. 85. p. 85 inter argenti caelatores laudantur: *Lesbocles*, *Prodorus*. Probo hic Silligii crisin, qui scripsit *Lesbocles* ex codice Regio VII, quum in aliis sit *Lesboles*, *Lestoles*, *Lesbotes*. Id quidem Bambergensis habet codex, quod si quis est qui tueri velit loco quodam lexici rhetorici v. *εἰςαγγελία* p. 667. 20 Dobr. 577 Lips. vehementer is meo iudicio errat. Locus ille ita habet: *Εἰςαγγελία: κατὰ καινῶν* [1]) *καὶ ἀγράφων ἀδικημάτων· αὕτη μὲν οὖν ἡ Καικιλίου* [2]) *δόξα· Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ νόμων φησὶ* [3]) *γενέσθαι, ἐάν τις καταλύῃ τὸν δῆμον ῥήτωρ, ἢ μὴ τὰ ἄριστα συμβουλεύσῃ, χρήματα λαμβάνων· ἢ ἐάν τις προδιδῷ* [3]) *χωρίον ἢ ναῦς ἢ πεζὴν στρατιάν· ἢ ἐάν τις εἰς τοὺς πολεμίους ἀφικνῆται* [4]), *ἢ νικᾷ* [5]) *παρ' αὐτοῖς, ἢ στρατεύηται μετ' αὐτῶν ἢ δῶρα λαμβάνῃ. συνομολογεῖ δὲ τοῖς ὑπὸ Θεοφράστου, εἴτε Θεμιστοκλέα εἰςαγγέλ ἢ εἰςήγγειλε Κρατερὸς Λεσβώτης Ἀλκμαίωνος Ἀγραυλῆθεν.* Postrema Meierus in Ersch. et Gruber. Encyclop. III. 7. Ostracism. p. 184. n. 76, collato Plutarcho Themist. 23. *ὁ δὲ γραψάμενος αὐτὸν προδοσίας Λεωβότης ἦν Ἀλκμαίωνος Ἀγραύληθεν*, ita correxit: *ὅτι Θεμιστοκλέα εἰςήγγειλε Λεωβότης Ἀλκμαίωνος Ἀγρύ-*

---

1) Legebatur *κοινῶν*.

2) Leg. *Κικίνου*. Idem nomen restituo lex. rhet. p. 677. 23. p. 588. *Προβολή· φανεροῦ μὲν τινος· λανθάνοντος δὲ μήνυσις· Κεκήλιος δέ φησιν εἶναι ἣν κατὰ τῶν δημόσια μέταλλα ὑπορυττόντων*. Scr. *Καικίλιος* et: *φησιν εἶναι δίκην κατὰ τ. δ. μ. ὑ.* Cf. *ΕΙΝΑΙΔΙΚΗΝ* et *ΕΙΝΑΙΗΝ*.

3) Vulgo *φασί* et *προδιδούς*.

4) In codice est *εἰς τοὺς πολέμους ἀφικνεῖται*. 5) Ib. *νικοίη*.

ληθεν [1]). Ita iam actum est de *Lesbote*. Λεωβότης vero idem falso Λεωβάτης [2]) dicitur altero Plutarchi loco Mor. p. 605 E. s. de exilio 15., quem post Sintenisium ad Themistocl. p. 146 ed. 1832. Fr. Vaterus attulit Rer. Andocid. part. I. Berol. 1840 p. 6. n. 10. Nec assentior Meiero in Plutarchi Aristide 25 eundem hominem de coniectura reponenti: οὐκ ἐμνησικάκησεν ἀλλ[ὰ Λεωβότου τοῦ] Ἀλκμαίωνος καὶ Κίμωνος καὶ πολλῶν ἄλλων ἐλαυνόντων καὶ κατηγορούντων μόνος Ἀριστείδης οὔτ' ἔπραξέ τι οὔτ' εἶπε φαῦλον. Nam rursus in praecept. rei publ. ger. p. 805. C. *Alcmaeon* ut adversarius Themistoclis commemoratur, et quidni tam pater quam filius inimicitias cum illo exercuerint? Quodsi duobus locis posterioribus solius Alcmaeonis mentio fit, id ita institutum a Plutarcho videri potest, quod patris partes erant primariae, filius tela ab eo parata in inimicum coniiciebat. Denique non arbitror esse, cur pro Λεωβότης, quod ap. Plutarch. Themist. 23 consensu suo codices tuentur, Λεωβώτης scribatur, quamquam rex ille Spartanus Λαβώτας dicitur a Pausania III. 2, 3 sive Λεωβώτης ab Herodoto I. 65, idemque nomen in titulo est Boeckhii n. 2268. 3, 11 Κλεινόδημος Ληβώτου Σίφνιος v. II. p. 224. b. Sed Pausaniae quoque libri l. l. formam Λεωβότης omnes ut videtur tenent, nec aliena sunt nomina βότης, ἀγροβότης, αἰγιβότης, ἱπποβότης, μηλοβότης. Cf. Lobeck. Paralip. p. 429. n. 42 [3]). Iam ut ad Plinium redeamus, *Lesbocles* artifex nominis socium habet My-

---

1) Bene Meierus verba τοῖς ὑπὸ Θεοφράστου intacta reliquit, cf. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 459. Phot. lex. Μηονία: ἡ Λυδία ὑπὸ Ἰώνων. Contra pro εἴτε rectius scribi videtur εἴγε quam ὅτι. Tum Κρατερός ita fortasse locum tenebit, ut coniicias: Κρατερὸς καὶ Λεωβότης. Καί post οσ saepe excidit, Bast. Com. Pal. p. 816. Sed qui Κρατερός fuerit, nescio. An ex margine illatum est: ἡ εἰσήγγειλε· Κρατερός, sc. scripsit pro εἰσαγγέλλει?

2) Ea forma si in aliis hominibus exstaret, non videretur damnanda esse; cf. Εὐρυβάτης, Ἰχνοβάτης, Ναυβάτης. Ut vero Λεωβότης et Λεωβάτης ita Εὐβότας et Εὐβάτας inter se confusa sunt, v. Steph. Par. III. 7. 2204. Εὐρυβότης et Εὐρυβάτης Buttmann. Lexilog. I. p. 148 ed. II.

3) Attulisse satis habeo inscriptionem vasculi ap. Gerhard. Rapporto p. 190. n. 804: Λαβοτος καλος Κλιταγορα. Talia sunt εὔβοτος, Εὐρύβοτος, Ἱππόβοτος, πολύβοτος. Sed in vase suspicor fuisse Λαβοτας. Nec confido scripturae Λάβωτος ap. Plutarch. Mor. p. 224. C. Versio Latina: *Labotas*.

tilenaeum rhetorem, cuius memoria est apud Strabonem XIII. 2. v. III. 138 Tauchnitz., adde Westermannum Gesch. der griech. Bereds. §. 86. n. 9. et confer nomina: Ἀθηνοκλῆς (Rost. in lex. C. I. n. 3141. 50 Ἀ. Μηνοφίλου et Μ. Ἀθηνοκλείους Smyrn.), Ἀνδροχολωνοκλῆς (Cratin. in Meinek. Fr. Com. Ant. I. p. 171.), Ἀσωποκλῆς (Gerhard. Rapporto p. 184. Ἀ. Φλυεύς tit. Att. v. 12 in Intellig. d. allg. Litt. 1835. p. 268), Κηφισοκλῆς Steph. Thes. IV. 5. 1538, Σκυροκλῆς (C. I. n. 171. I. 22).

§. 13. Ibid. *Prodorus* editum est ad fidem codicum plurimorum; in Bambergensi legitur *produrus*. Novi equidem errorem Plinii satis memorabilem, quo est XXIX. 2 *Prodicus Selymbriae natus*, confusis inter se Graecis *ΗΡΟΔ*. et *ΠΡΟΔΙΚΟΣ* (C. F. Hermann. Allgem. Schulzeit. 1830. n. 64. p. 514. n. 50) pro *Herodicus*. Tamen non ausim nomen *Prodorus* attrectare: Πρόδωρος. Similia sunt Ἀμφίδωρος Thucyd. IV. 119. Ἀντίδωρος Boeckh. tit. trier. p. 232. C. I. n. 2940. 4. Andocid. de myster. §. 35. Isae. de Philoctem. hered. saep. Προδόται Plutarch. de Pyth. orac. 25.

Paragr. 87. p. 86 pro *Cephis* liber Bambergensis exhibet *cepis*. Nescio utrum praeferendum sit. Κῆπις notum est nomen ex Platonis Protagora p. 315. E. Ἀρχανδρὶς Καπίωνος in titulo habetur Copaico ap. Ulrichs. Reis. u. Forschung. in Griech. v. I. p. 203. Contra Κάφις an Κᾶφις [1]) ὁ Φωκεύς ap. Plutarch. Syll. 12. 15. lectioni *Cephis* favere quodammodo videtur. Nec omittam annotare, in Bambergensi libro aliquoties litteram *h* prave neglectam esse. Ita pro *Chalcosthenes*, quod nomen statim sequitur, in eo est: *calcostenes*.

Paragr. 90. p. 87 pro *Sthenis* rursus liber Bamb. cum codd. Barbari formam genuinam *Sthennis* servavit, quam restituendam esse Rossius quoque iudicavit in Kunstbl. 1840. n. 32. p. 125. b. not. collato titulo Attico: Μύρων Πασικλέους Ποτάμιος. Σθέννις ἐπόησεν. A Pausania IV. 16, 7 idem Σθένις dicitur, varietate scripturae nulla; sed 17, 3 in codd. Lugdun. a. b. optimis est σθέννιδος, quod recipi debebat. In Plutarchi Lucullo 22 Σθένι-

1) Fortasse est pro Κῆφις, quod ad Κηφισόν pertinet. Hominem O. Mueller. Orchom. p. 36 falso pro Chaeronensi habuit.

δος editur nec Sintenisius alteram lectionem ex ullo libro attulit. Item forma brevior est ap. Strabon. XII. 2. v. III. p. 22 Tauchn.; contra *Σθέννις ἐποίει* in titulo Sponii Miscell. Erud. Antiq. p. 126. Ceterum vix est quod dicam, duplex *ν* ex Aeolismo resedisse notissimo [1]). Alterius formae exempla sunt: *Σθένις* Plutarch. Pomp. 10 Himer. *Sthenius* Thermitan. Cic. Verr. II. 34. III. 7. V. 42. *Σθένιος* epigr. *ἀδεσπ.* CXII. 2. Brunck. Anal. III. 172. Lehrs. de Arist. stud. homer. p. 280. *Σθενίδης* Phot. bibl. p. 151. a. 18 Bekk.

Paragr. 91. p. 87 *Lophon* editum est ex aliquot codicibus; in aliis habetur *Lephon*, in Bamberg. *olophon*. Vulgata erat *Leophon* (Catal. Artif. p. 245). Ad eam tamquam fontem communem referenda esse censeo scribarum menda: *lephon*, *lophon*, *olophon*, quorum tertium vel ideo non est probabile, quod Plinius eo loco artifices ad ordinem litterarum recenset: *Hicanus*, *Leophon*, *Lyson*. Alterum, *Lophon*, in codicum consensu a verbo *λωφάω* ducerem. *Leophon* vero i. e. *Λεωφῶν* idem est nomen quod *Λαοφῶν* (Thucyd. VIII. 6) s. *Λαφάων* (ap. Iamblich. Vit. Pyth. XXXVI. 267.) i. e. *Δημοφῶν* [2]). Tum pro *Polydorus* in Bamberg. est: *polyidus*, in Monac. *polsidus*. Nomen paulo rarius *Πολύιδος* s. *Πολύειδος* (Bergk. ad Aristoph. Fragm. p. 1132) frequentiore *Polydorus* expulsum videtur esse. Diversus vero is Polyidus statuarius fuerit a Polyido pictore eodemque poeta dithyrambico (Diod. Sicul. XIV. 46. Sillig. Cat. Art. p. 378. Luetck. de Graec. dithyr. Berol. 1829. p. 89, Ulrici Gesch. d. Hellen. Dichtk. II. 610. Meinek. Hist. Crit. Com. Gr. p. 239. n. 33.). Mox *Pollis* scribendum erat ad librorum Bamberg. et Monac. fidem. In Graecis quoque saepe inter *Πόλις* fluctuatur et *Πόλλις*; ea tamen forma quae lambda duplex habet in optimis plerumque

---

1) Vid. Boeckh. C. I. v. II. p. 189. a — b. Meinek. Fr. Com. Ant. I. p. 329. Ahrens. dial. ling. Gr. I. p. 59. Iacobs. ad Aelian. Hist. Anim. VIII. 20. Bachmann. ad Lycophr. Alex. v. 906. Hocheus in „Beitrag zur Chorographie Thessaliens," Cizae 1830, p. 14 scripturam *Cranon* defendere conatur successu nullo.

2) Eandem fere significationem habet *Λαφάης* (ap. Pausan. II. 21, 9. II. 10, 1. VII. 26, 3) s. *Λαφάνης* C. I. n. 1794. a. 5. b. 1.

est codicibus. Cf. Thucyd. II. 67. Xenoph. Hellen. IV. 8, 11. V. 4, 61. Diod. Sic. XV. 34. Pausan. VI. 13, 14. Diog. Laert. III. 1, 19, 20 ubi v. Huebn. v. I. 206, v. II. 687. *Πολλίδης* C. I. n. 3064. 20. *Πόλλιχος* Plutarch. Nicia 24. *Πολλίων* C. I. n. 279. 6. n. 1262. 20. Ibid. *Simenus* num integrum sit nomen iure Silligius dubitat C. A. p. 419. Liber Bambergensis hoc quoque loco verum ut arbitror suppeditat: ***sumenus*** [1]) i. e. *Symenus Σύμενος* (*Θόας*). Certe participium *σύμενος* analogiae aliorum non est contrarium, qualia sunt *Κλύμενος* (C. I. n. 3113. b. 1 Steph. Thes. IV. 6. 1663.) *Περικλύμενος* (Plin. hoc ipso loco, Crus. lex.), *Δέγμενος* (Pausan. V. 4, 1).

§. 14. Libr. XXXV. 3, 16. p. 121: ***Primi exercuere*** (picturam linearem) ***Ardices Corinthius et Telephanes Sicyonius.*** De pictoris Corinthii nomine acutissime Boettigerum disseruisse Archäol. d. Maler. I. p. 138 Silligius censuit Cat. Art. p. 82. Ita autem Boettigerus: *Ardices* ist ein ganz ungriechisch-gebildetes Wort. Wie wenn es *Ἀρδάλης* geheissen hätte? Man kennt das alte *ἀρδαλόω* von *ἄρδειν*, benetzen, welches beim Hippocrates vom Befeuchten, Aufschmieren des Pflasters gebraucht wird. S. Foesii Oecon. Hipp. s. v. p. 57. So hiesse *Ἀρδάλης* ein Aufschmierer, *barbouilleur*.“ Lepidum vero pictoris id nomen fuerit, qui praeterea, Plinio teste, ***sine ullo colore*** artem exercuit [2]). In codice Bamb. est ***aradices***, in Petropolitano: ***serdices.*** Hinc suspicor fuisse: ***Aridices***, *Ἀριδίκης* quod ut nomen *ἀριδείκετος* ad *ἀρι*— et *ΔΕΙΚΩ* refero cum Welckero Anhang z. Schwenck. Etym. myth. Andeut. p. 263, etsi is formam *Ἀρδίκης* tenet. *Ἀριδίκης* aliquis ab Athenaeo commemoratur X. 420. E, quem cur pictorem fuisse Silligius C. A. p. 83 statuerit, equidem non video. Alter quem novi, legatus fuit a Rhodiis ad Byzantios missus, Polyb. IV. 52, 2, ubi in uno tantum codice *Ἀρδίκην* habetur. Tertius est in Bekkeri Anecdotis III. p. 1438. b.

---

1) In eodem libro habentur v. c. ***surus*** pro Syrus XXXIV. 11, 146. (cf. O. Iahn. Spec. Epigraph. p. 135), *ganumede* XXXIV. 8, 79.

2) Ceterum fuisse iocularia artificum nomina, non nego. Cf. Welcker. Mus. Rhen. 1835. Suppl. I. p. 220 not. 87. Talia sunt *Ῥοῖκος*, *Καχρυλίων*, *Πόλτος* alia.

Ib. 9, 61. p. 139 pro *Neseam Thasium* in Bambergensi est: *nese athasium.* Fortasse igitur pictor non *Neseas* sed *Neseus* dictus fuit: *Νησεύς*. Conferatur nomen *Νησιώτης*, quod praeter artificem alii quoque gesserunt, C. I. n. 2655. I. 15 [1]).

Ib. 10, 112. p. 158 non *Pyreicus*, sed, quod Ianus vidit p. 426, *Piraeicus* edendum erat, quum codex Bamberg. *piraficus* habeat: *Πειραϊκός*. *Piraicus* i. e. *Πειραϊκός* (Steph. Byz. v. *Πειραιός*, Lobeck. Phryn. p. 41. Plutarch. Syll. 14, Thucyd. II. 23. Meinek. Com. Gr. IV. 538.) a forma *Πειραεύς* (Curt. de portub. Athen. Hal. 1842. p. 8) idem dici nonnullis videtur a Propertio III. 9, 12 (IV. 9, 12 Lachm. *Parrhasius*), de quo dubito. Plinianum pictorem *Pyreicum* appellant etiam O. Mueller. Archaeol. §. 163. 5 et Guil. Ad. Becker. Antiquit. Plaut. Lips. 1837. p. 43.

Ib. 11, 123. p. 162: *Brietis filius hic* (Pausias) *fuit eiusdemque primo discipulus.* Ille a Silligio Cat. Art. p. 109 et O. Muellero Archaeol. Art. §. 137. 4 *Brietes* appellatur. Codex Bambergensis praebet: *bryetis:* ea forma videtur genuina esse, a nominativo *Bryes* ducta, graece *Βρύης*, *ητος*. Arcadium p. 23. 8 et p. 25. 8 iam Guil. Dindorfius posuit in Steph. Thes. II. 2. p. 438: *πᾶν ὄνομα δισύλλαβον ἁπλοῦν εἰς ης καθαρεῦον ἀσυνάλειπτον βαρύνεται, εἰ μὴ ἔχοι πρὸ τέλους μόνον τὸ ῡ, ναίης, δάης, χλέης, βρύης* (nam ita ex altero codice scribendum pro *βαρύης*). Et: *τὰ εἰς ης δισύλλαβα κύρια ἔχοντα ῡ ἐν τῇ παραληγούσῃ περισπᾶται μυῆς, θυῆς, κυῆς· βαρύνεται δὲ τὸ βρύης, κύης περιττοσύλλαβα* [2]).

Ibid. 11, 147. p. 170 „*Lala Cyzicena perpetuo virgo, Marci Varronis iuventa, Romae et penicillo pinxit et cestro in ebore* [3]) *imagines mulierum maxime* [4]). Ea praeter hunc locum,

---

1) Desideratur in lexicis nomen *Νήσιχος* Plutarch. de Pyth. orac. 27.

2) Nominibus a *βρύω* vel *βρυάζω* repetitis in Thes. Steph. l. l. addantur *Βρύαντες* duo ap. Iamblich. Vit. Pyth. XXXVI. 267, Crotoniata unus, alter Tarentinus; *Βρύαξις* ap. Longum II. p. 59 Schaefer. *ΒΡΥΑΣΣΙΣΒΙΤΤΩ[ΝΟΣ Βρύασσις Βίττω[νος* in titulo sepulcr. Att. n. 23. 2, quem Rossius edidit in Iahn. et Klotz. Archiv für Philol. u. Paedag. II. 1. 1833. p. 438. *Βρύουσα* C. I. n. 1818.

3) Cf. Becker. Gallus v. I. p. 194.

4) Eam mulieres tantummodo pinxisse ideo statuit A. G. de Schlegel (Cri-

quod sciam, non commemoratur; certe ex uno Plinio attulerunt Silligius C. A. p. 236, O. Mueller. Arch. Art. §. 163. 4, 208. 1, Marquardt. Cyzic. p. 159. In nomine *Lala* codices non videntur variare, nisi quod solus Bambergensis habet: *iaia*. Iam id nomen, quod graece *'Iala* fuerit, servatum est in titulo Latino, quem post alios O. Iahnius repetiit Specim. Epigr. p. 106:

D. M.
XANTHIPPES.SIVE.IAIAE
C.CASSIVS.LVCILIANVS
ALVMNAE.DVLCISSIMAE
SEV.MORTIS.MISERET.SEV.TE.VITAE.PERLIGE
NOMEN.XANTHIPPE.IAIA.EAEDEM.LVDICRO [1])
QVOV.EXPRIMENS.DOLORE.FVGIT.ANIMA.CORPORE
HIC CONQVIESCIT.CVNIS.TERRAE.MOLLIBVS

Ibi quae bis certissime inscripta est *Xanthippe sive Iaia* s. *Xanthippe Iaia* v. 2 et 6, fortasse facit ad commendandam libri Bambergensis lectionem. At, inquit, *Iaia* non Graecum fuit nomen sed Latinum propterea, quod alumna illa simul Graeco *Xanthippe* appellata fuit. Ut hoc concedatur (etsi ita fuisse demonstrari nequit, quum alumna Graecis quoque nominibus duobus dici potuerit), tamen non est cur negemus, virginem Cyzicenam *Iaiam* nominatam fuisse. Nam id nomen Romae ea potuit assumere, quum in patria alio usa esset, quod recens natae impositum a parentibus fuerat. Utut est, non temere spernendam censeo libri Bamb. lectionem, sed exspectandum, num forte alii codices eandem sint oblaturi. *Lalan* alteram equidem nondum vidi. Id si fuit nomen Graecum (*Λάλα*) a λάλη duxeris, Lucian. Lexiphan. 14. Steph. Thes. Londin. p. 5548. a. [2]).

Lib. XXXVI. 5, 38. p. 200 pro *Polydectes* in libro Toletano vetustissimo et emendatissimo (Sillig. praef. p. XVII. vol. V.) est:

---

tische Schrift. I. p. 436.), quod perspectum habuisse videatur, sexus virilis robur pingendo a mulieribus satis exprimi vix posse.

1) Cf. H. Meyer. Anthol. Vet. Lat. Epigr. et Poem. v. II. n. 1636. Is in annotat. p. 120. puellam vulgo *Ludicrum* (*Paegnium* Plaut. Pers.) appellatum fuisse censet.

2) Annoto mirum nomen *Ἰαλία Αὐρηλία* n. 1990. v. II. p. 60. b.

Polydeuces, in Bambergensi: *polydeuches*, in Monacensi *Pollideuches*. Itaque *Polydeuces* restituendum videtur esse, quod nomen satis rarum notiori *Polydectes* cessit. Idem de coniectura Muratorius illatum titulo Latino voluit p. CDXLVII. 2: CVRA POLLVDOVICIS L. PROC. Graecis autem nomen *Πολυδεύκης* frequenter usitatum fuisse, nemo nescit, C. I. n. 353. II. b. 21. n. 2915. 1.

§. 15. Qui Sillígii Catalogum Artificum haud paucis nominibus auxit R. Rochetteus epistola ad Schornium data Paris. 1832, hic illic id quoque egit, ut nomina vitiosa corrigeret [1]). Alia non attigit, quae emendationem exspectant. Eius generis est *Tichicus* Cat. Art. p. 484 „architectus notus ex inscript. apud Donati Supplem. p. 203, 2

DIS . MANIB
TICHICO . IMP . DOMIT . SER
ARCHITECTO

Homo procul dubio *Tychicus* dictus fuit [2]). Nec *Epitinchanos* suum habet nomen C. A. p. 201: „sculptor, quem circa tempus Christi nati vixisse necesse est, si quidem Sexti Pompeii vel ut alii volunt M Marcelli caput gemmae inscalpsit. Bracci T. II. p. 78." Repono *Epitynchanus*, cuius nominis exempla ex inscriptionibus Latinis peti possunt, v. Muratorii indicem; addo M. Antonin. comment. VIII. 25 *Ἐπιτύγχανος* [3]). Nec nomen *Epitonus* (Cat.

---

1) Exemplum est *ΤΕΤΣΙΑΛΕΣ* (Sillígio p. 438 TEVSIALES) in Sponii tit. Misc. Erud. Antiquit. p. 137, pro quo legi debere *ΖΕΤΞΙΑΔΗΣ* bene Rochetteus intellexit. Cf. Plin. Nat. Hist. XXXIV. 8, 51. p. 74.

2) Exempla vocalium *I* et *Υ* inter se confusarum ab iis, qui titulos transcripserunt, ubique habentur. Ita ap. Iahn. Specim. Epigr. p. 42. n. 157. 3 pro GLICONIS fuit GLYCONIS (*Γλύκων* Steph. Thes. II. 3. 657); ib. p. 48. n. 224, ut supra dixi p. 209. pro P . DECRIVS
PROTHIMVS
scrib. PROTHYMVS *Prothymus*, C. I. n. 258. 32. II. 19 *Λεύκιος Προθύμου*.

3) Graeci: *Ἐπιτυγχάνων* s. *Ἐπιτυνχάνων* C. I. n. 298. 5. n. 202. 7. n. 205. 11. n. 266. II. 26. n. 1249. 1. 7. n. 1252. 2. Ita *Aeschinus* (Iahn. l. l. p. 28. n. 3. p. 29. n. 9. p. 30. n. 18, Terent. Adelph.) et *Αἰσχίνης*; *architectus* (Fickert. ad Senec. epist. 90. 8. v. I. p. 457, *ΑΡΧΙΤΕΚΤΟС* Gruter. CVI. 2) et *ἀρχιτέκτων*; *Εὐθήμων* (C. I. n. 88. 1. n. 89. 5) et *Euthemus* Iahn. Spec. Ep. p. 39. n. 124. 125.

Artif. p. 201 (Scalptor gemmarum. V. Ephem. liter. Ien. 1825. n. 193. p. 100) incorruptum videtur esse. Suspicor, *Γ* male pro *T* haberi [1]) et fuisse: *ΕΠΙΓΟΝΟΣ* Ἐπίγονος, cf. L. Dindorf. Steph. Thes. III. 5. 1557, C. I. n. 269. 7, 23. n. 275. I. 13. n. 276. I. 11. III. 19. n. 277. 18. n. 286. II. 10. n. 303. 4. n. 437. 2. n. 1272. 12. n. 1296. 6. Denique nemo facile probaverit, Graecum esse nomen *Emmochares*, C. A. p. 198: Sculptor Veneris, cuius fragmentum cum hac inscriptione vidit Gudius 214. 7

Εμμοχαρης . Πτολεμαιου
Αργειος . Εποιει.

Pro *ΕΜΜΟΧΑΡΗΣ* suspiceris fuisse *ΔΗΜΟΧΑΡΗΣ* Δημοχάρης, v. L. Dindorf. in Steph. Thes. II. 4. 1091 [2]). Alia rursus nomina in Catalogo Artificum formam habent per se quidem non improbandam, dubiam tamen propter codicum discrepantias. Tale est post ea quae iam tetigi: *Hippias* C. A. p. 231. III. ex Plinii N. H. sumtum XXXV. 111, 41. p. 168; „*Hippias* (pictor) *Neptuno et Victoria* (spectatur).“ In codd. Harduini est *Hyppis*, in Monac. *Ipis*, in Bambergensi: *hyppus*. Quapropter aut *Hippus* (Ἵππος Eleus ap. Pausan. VI. 3, 2, *Βίππος* [3]) Argivus Polyb. XXV. 2, 3. 2, 11. 3, 4) scribendum videtur aut, quum *u* in illo libro saepe sit pro Graeco *y*, *Hippys* Ἵππυς (Voss. de Histor. Gr. p. 19 Westerm.); id quod praefero. Quod vero O. Iahnius in Jahrbüch. für wissensch. Krit. 1840. p. 596 eum hominem, sive *Hippum* sive *Hyppin* [?] dictum, vix differre censuit ab *Hippeo* (Ἱππεύς Polemon. fragm. LXIII. p. 105 Preller., Athen. XI. p. 474. C.), nescio quam recte fecerit. Probo contra, quod

---

1) Eodem vitio laborat nisi fallor *Διότονος* ap. Plutarch. de genio Socrat. c. 28, licet in Parisina quoque editione ad codices scilicet emendata v. l. p. 719 ita editum sit. Conicio: *Διόγονος*; *διόγονος Βάκχος* est in Eurip. Hippolyt. v. 564.

2) Ibid. ad nomen *Δημόχαρις* cf. C. I. n. 2911. 10, 11.

3) Primo loco cod. Bavar. *Βήϊπον* habet, altero *Βήππον*, tertio in *Βίππον* consentit. Reiskeus *Εὔιππον* malebat De *βῆτα* cf. supra p. 84 et 172 nomen *Βίθυς* et *Χαρβῖνος Ἑρμιονεύς* Suid. v. *Λᾶσος*, ubi v. Bernhardy. Is quod commemoravit *ἔρβως*, ex Hesychio videtur duxisse: *Ἔρβως*, *εὔρως* Hemsterhusius correxit *ἔρως*. Alia dedit Welcker. Trilog. Aesch. Prometh. p. 192.

Iahnius non id egit, ut unam aliquam formam sive *Hippyn* sive *Hippiam* sive *Hippum* sive *Hippea* utrique scriptori et Polemoni et Plinio restitueret. Nam confusa quidem inter se nomina Ἵππευς et Ἵππυς et Ἵππων a librariis hic illic videntur, v. Voss. l. l. p. 20 et Westermann. not. 56 [1]). At quum negari vix queat, eundem Ἱππέα, Ἱππίαν, Ἵππιν, Ἵππυν, Ἵππωνα et Ἵππον appellari potuisse; apparet, vel tum, ubi certum est formis nominis alicuius leviter variatis unum eundemque designari, caute versandum in librorumque fidem inquirendum nec unam formam temere ad alteram corrigendam esse, ne forte pro scribarum habeamus vitiis quae ab ipsis scriptoribus profecta sunt. Concedo igitur, Plinianum *Hippum* s. *Hippyn* s. *Hippiam* a Polemone Ἱππέα vocari potuisse: at ostensum non video, necessario apud Plinium de eodem artifice debere cogitari atque apud Polemonem.

Contra, ut alterum ponam exemplum nominis cuius varia fuit clausula, apud Plinium l. l. §. 139. p. 167 „*Androbius pinxit Scyllin ancoras praecidentem Persicae classis*“ ex libro Bambergensi *scyllum* (Monac. *scillum*), si ederem scriptorem, in textum recipere non dubitarem. Nam inclytum urinatorem Σκυλλίαν s. Σκίλλιν (interpr. Herodot. VIII. 8) etiam Σκύλλον dictum fuisse (Brunck. Anal. II. 136. Apollonid. XVI. 1. Iacobs. Anth. Gr. v. 363. Athen. VII. 296. F) satis certum est. Cf. Lobeck. de nomin. I. decl. in ᾱς purum exeunt. diss. I. p. 12.

§. 16. Post artifices philosophorum aliquot nomina in integrum restituere aggredior. Apud Iamblich. de vita Pythag. c. 36. 267. p. 215 Kuster. pro Ἄγυλος scribendum Ἀγύλος, nec ibidem Λεόφρων integrum est nomen. Id Λεώφρων fuisse potest aut Νεόφρων aut, quod statim sequitur, Κλεόφρων. Tum pro Μελισίας emenda Μελησίας, et pro Μεγιστείας repone Μεγιστίας. Eam formam in codicibus Cizensi et Parisino legi Kiesslingius annotavit; cf. C. I. n. 2536. 4 ubi *M.* est Atheniensis; vates Acarnan ex Herodoto innotuit VII. 221, v. interpretes. Paulo post p. 216 quod legitur Δακύδας (in Cizensi δακίδας) refingendum esse

---

1) Lobeck. Aglaoph. p. 996. not. *pp*. p. 982. n. *a*. p. 1301 sqq. Pariter Ἵππος et Ἱππεύς, Meinek. Hist. Com. Graec. p. 394.

puto in *Λακύδας*; fortasse *Ἄλίοχος* quoque corruptum est ex *Ἀνίοχος* (Pind. Nem. VI. 69 *ἀν.*), ut *Ἡνίοχος* est C. I. n. 769, ap. Plin. N. H. XXXVI. 5, 33 ex emendatione Iani p. 443 [1]), Meinek. Fr. Com. Gr. III. 560. Qui *Ἄλίοχον* tenet, nescio an frustra Homericum *Ἅλιος* (Lehrs. de Arist. stud. Hom. p. 278) afferat. Mox inter Tarentinos qui recensetur *Κλεινίας* in Cizensi libro appellatur *καινίας*, idemque nomen est apud Arcerium. *Καινίας* graecum certe nomen esse ostendit *Καινέας* C. I. n. 2338. 75. Tum pro *Σμιχείας* codex Ciz. habet *σμικείας*: genuinum fuerit *Σμικρίας*, C. I. n. 235. IV. Nec ab emendando me retinet C. I. n. 172. III. 21 *ΣΜΙΚΕΙΑΣ*; ibi fuisse *Σμικρίας* iam Boeckhius p. 308 suspicatus est. Porro non *Ἀβροτέλης* et infra p. 219 *Ἀβροτέλεια* sed *Ἁβροτ.* erat scribendum. Quod sequitur nomen *Πισύῤῥυδος* corruptela laborat satis gravi. Arcerius habet *Πισέῤῥυδος*, codex Cizensis *Τισίῤῥοδος*; corrigo adhibito nomine p. 219 *Πισιῤῥόνδη Ταραντίς*: *Πισίῤῥοδος* et *Πισιῤῥόδη*. Atque etiam Pausaniae V. 6, 5, praeeunte Boeckhio Explic. Pindar. p. 166, restituo ex libris optimis *Πεισιρόδου*, quum Schubartus et Walzius Amasaeum secuti *Πεισιδώρου* dederint. Apud eundem VI. 7, 2 maior sane est codicum dissensus; bene tamen ibi formam *Πεισίροδος* praetulerunt. Observandum simul est, *Πεισίροδον* eum, quem Pausanias commemoravit, *Rhodium* fuisse [2]). Apud Iamblichum tres ultimi sunt ex Tarentinis *Ἀχμονίδας*, *Σίκας*, *Καροφαντίδας*. Eorum primus *Ἀκμονίδας* mihi nominatus videtur fuisse (Steph. Paris. I. 4. 1227); alterius nomen non attrectaverim, licet in codicibus Cizensi et Parisino et in Obrechti versione *δίκας* reperiatur; comparo nomen *Σίκων* de quo p. 171 verba feci. Sed *Καροφαντίδας* num sanum sit equidem nescio. Tum notabilis est Sybaritarum primus: *Μέτοπος*, cui *Diopum* contulerim ap. Plin. XXXV. 12, 152 ex codice Bambergensi revocatum, cf. Ian. p. 431. An fuit *Μέτωπος*? De nympha *Μετώπῃ* v. Pindar.

---

1) Vulgo *Entochi*; in Bamberg. est *eniochi*.

2) Welcker. Mus. Rhen. 1841. I. 1. p. 205 not. testae Siculae commemorat inscriptionem: *επι τιμουρροδου βαδρομιου ιμ(ερᾳ) ά.* Ad *Rhodium* autem *Pisirrhodum* confer Cyprios *Ἀριστόκυπρον*, *Φιλόκυπρον*, *Κυπράνορα* (Westermann. ad Plutarchi Solon. p. 66).

Olymp. VI. 84. Ross. Reis. u. Reiserout. I. p. 39 not. Pro *Πολεμαῖος* nescio an fuerit *Πτολεμαῖος*; statim scripturam *Εὔαιος* L. Dindorfius Steph. Thes. III. 7. p. 2182 propter librorum duorum lectionem *Ἔναιος* mutavit in *Ἔνδιος*. Ego antea conieceram *Εὐαινός*; *Εὐαίνη* est C. I. n. 155. 15. p. 248. a [1]). Carthaginiensis *Ανθην* ad libri Cizensis fidem *Ἄνθης* vocari debet. Cf. Lobeck. Paralip. p. 164. *Ἄνθας* est ap. Pausan. II. 30, 7. IX. 22, 5. C. I. n. 2655. I. 14. 17. v. II. p. 450. b. 451. b. Contra forma *Ανθην* vel *Ἀνθήν* in codicum consensu defendi videretur nominibus *Κεφαλλήν*, *Πυθήν*, *Ὠλήν*, *Ὀρφήν*, *Ἀγήν*, *Αἰζήν* aliis, Lobeck. Paralip. p. 191 sqq. Tum vulgo editum *Ὄδιος*; in Cizensi legitur *ὠδίος*: pro vero habeo *Ὁδίος*, quod iam Lehrsius de Aristarch. p. 280. not. posuit. Excipit Hodium *Λεόκριτος*. Codex Cizensis habet *νεόκριτος* et cognominis Atheniensis infra est p. 218, ubi tamen in Cizensi *θεόκριτος* legitur. *Θεόκριτοι* Attici sunt C. I. n. 169. II. 33. n. 623. 2, *Θούκριτος* Demosth. p. 1311. 18 Reisk. Itaque nec id nominis *Νεόκριτος* exemplum certum est, nec alio loco vidi. Iam facillime scripseris: *Λεώκριτος* aut *Κλεόκριτος*. Prius praeplacet: ab Iamblicho tamen profectum esse, non video qui persuaderi queat neganti. Indubium est hoc unum, nomen *Λεόκριτος* falsum esse nec a *λεώς* et *κρίνειν* deduci posse. Nam (Herodian. Epimer. p. 206 Boiss.): *τὰ παρὰ τὸ λεὼς συγκείμενα ἅπαντα διὰ τοῦ ῶ μεγάλου γράφεται· οἷον λεωφόρος· Λεωκράτης· Λεωνίκης· Λεωγόρας· Λεωνίδης* (?) *καὶ τὰ ὅμοια.*

Tum inter Parios *Ἄμοιρος* in libro Cizensi dicitur *εὔμοιρος*, quod nomen praeferendum mihi videtur esse alteri. Pariter Locro, qui *Ἄδικος* appellatur, libenter nomen dederim aliquanto honestius: *Εὔδικος*, v. Steph. Thes. III. 7. 2226. Frequentem litterae *ᾰ* et diphthongi *εὐ* permutationem Bastius tetigit comm. palaeogr. p. 706. et nubem exemplorum contulit Unger. epist.

---

1) Apud Diogenem Laert. II. 165 est *Πλείσταινος Ἠλεῖος*. Menagius coniecit: *Πλειστῶναξ*. Fortasse fuit *Πλείσταινος*. Ita pro *Πλείσταινον* unus Pausaniae codex *πλείστανον* alter *πλείσταιον* habet VI. 16, 1. Male in codice Bamb. *panaeus* est pro *Panaenus* XXXV. 8, 57. p. 419. *Ἀρίσταινος* ap. Plutarch fuerit Philop. 73. p. 178 Sinten., non *Ἀρισταῖος*.

crit. ad L. Krabnerum (Brandenburgi Novi 1841) p. XVI sqq. Sed *Λάδικος* quoque appellatus ille esse potuit. Posidoniates *Κράνοος* p. 217 apud Arcer. audit *κράνιος*. Id nomen fortasse ad urbem Cephalleniae *Κράνιον* (Steph. Th. IV. 6. 1916) referri potest. Suspicor tamen: *Κραναός*, quod nomen satis usitatum fuisse Lehrsius [1]) docuit l. l. p. 282; add. C. I. n. 2677. b. 10. Sicyonius *Πολιάδης* in codice Ciz. dicitur *πολυάδης*, quod diligenter notatum volo; tum pro *Σωστράτιος* Cizensis habet *στράτιος*. Puto: *Σώστρατος*; popularem vide ap. Pausan. VI. 4, 1. Postremo tango nomen *Περίαλος* c. 17. §. 74. p. 61 Kust.: *Περιάλῳ τῷ Θουρίῳ*. In libro Cizensi vitiose est *περὶ ἄλλῳ*. Iam licet in promtu sit refingere: *Περιλάῳ*, tamen, nisi tenes *Περίαλος* coll. *Ἀγχίαλος*, *Ἀμφίαλος* [2]), videndum arbitror, num fuerit *Περιάλλῳ*. Idem nomen ap. Ath. IV. 139. C. 183. C. fabulae est Epicharmi, v. Ebert. *Σικελ.* I. 1. p. 97, et *Περιάλλα* Pythia ab Herodoto commemoratur VI. 66. quamquam id quoque nomen mutari facile potest in *Περιλάα*. Sed conferatur *Δίαλλος* Pausan. VI. 13, 4 [3]).

§. 17. Habebam praeterea nomina aliquot ex Diogenis Laertii vitis collecta, quae primus emendasse mihi videbar. Sed iam Stephani Parisini usus me docuit, pleraque a Dindorfiis anticipata esse. Affero nihilominus unum ex iis, quod exponi simul alia possunt, quae in lexicis nondum reperiuntur. Libr. IX. 1. v. II. 325 Huebn. est: *Ἡράκλειτος Βλύσωνος ἤ, ὥς τινες, Ἡρακίοντος Ἐφεσίου*. In aliis libris exstat: *Ἡρακίωντος*, ap. Suidam. v. *Ἡρ.* *Ὠρακίνου* (ου superscr.), „ubi var. lect. *ὀρακῖνος*, *ἡρακῖνος*, *ἡρακῖνος*, optimus autem codex Paris *ἡ*..... praebet. Fortasse *Ἡράκωνος* vel *Ἡρακῶντος* scrib." G. Dindorfius Steph. IV. 1. 193. Tum p. 196 *Ἡράκων* laudatur ab eodem ex Arriani Exped. Alex. VI. 27, 8, 12 (§. 3 sqq. p. 173 Krueger.) et ex inscriptione Rossii inedita

---

1) De accentu idem egit p. 292.

2) Non expedio nomina *δορύαλλος*, *δορύαλος*, *δορίαλος*; Lobeck. ad Aiac. p. 160. Bergk. Aristoph. Fragm. p. 1101.

3) Falso idem nomen olim habebatur ap. Diodor. Sic. XXI. 5. pro *Δίυλλος*, cf. O. Iahn. Palamed. Hamburg. 1836. Addend., *Δέρκαλος* pro *Δέρκυλλος* ap. Schol. Eurip. Troad. 14.

(Naupl. 1834) n. 65 *Εὔθυμις Ἡράκωνος*. Rossius p. 21 „ab *ΗΡΑΚΩΝ*, inquit, formatur etiam genitivus *ΗΡΑΚΩΝΤΟΣ*, e. gr. in titulo Atheniensi inedito, Athenis in Museo: nisi quod tum *Ἡρακῶν* et *Ἡρακῶντος* scribendum videtur." Titulus, quem significavit, habetur iam in Boeckhii C. I. n. 654. 5 *Ἡρακῶντος Ῥαμνουσίου* (Chandl. *ΗΡΑΚΩΝΕΟΣ*, Fourmont. *ΗΡΑΚΟΝΤΟΣ*). Adde n. 1709. 3 *Γενναίου τοῦ Ἡρακῶνος* (*ΓΕΝΝΑΙΟΥ . ΚΗΡΑΚΟΝΟΣ*), n. 1709. b. 10 *Ἡρακῶν Σωσύλου*, Polyaen. VIII. 46. ubi in Mursinnae editione (Berol. 1756), qua sola utor, *Ἡράκοντα* legitur; falso, opinor.

Alia nomina in ακων, sed ea usus recentioris, haec novi: *Εὐκλείδας Δεινάκωνος* C. I. n. 1237. 5. n. 1238. 4. n. 1367. 9. *Εὐδαιμάκων* n. 1243. 24. p. 620. b. p. 633. b. *Κορνήλιος Ξενάκων* n. 1253. 2. *Πασάκων* n. 1239. II. 4. *Μ. Αὐρ. Τειμάκων* n. 1341. 5, *Μ. Αὐρ. Τιμάκωνα* n. 1344. 2. *Φιλάκων* n. 1249. IV. 2. Homines hi Spartani sunt omnes. Additurus eram nomen *Ἀθηνακῶν, ῶντος*, Herodian. *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 10. 2: *ὁ τὰ Σαμοθρᾴκια γράψας*. Sed quum idem scriptor a scholiastis Iliad. π, 718 (Eustath. p. 1083. 1) et Apollon. Rhod. I. 915. *Ἀθηνίων* appelletur, G. Dindorfius in Zeitschr. für d. Alterth. 1839. n. 141. p. 1135, collato titulo Boeckhii Chio n. 2214. 16, 21, 26 *Ἀθηνικῶν Θεοφάνου*, emendandum censuit *Ἀθηνικῶν* locis omnibus. Et *Ἀθηνακῶν* quidem apud Herodianum Lobeckio quoque suspectum fuit Aglaoph. p. 1220. Per se tamen vituperari nomen non videtur posse, utpote cui simile sit *Ἡρακῶν*; neque ego cum Dindorfio dixerim, incredibile esse, eundem nomina *Ἀθηνίων* et *Ἀθηνακῶν* habuisse. Tum poetam comicum ab Athenaeo laudatum XIV. 660. E (*Ἀθηνίων ἐν Σαμόθρᾳξιν*) *Ἀθηνικῶντα* dictum fuisse Dindorfius Meinekeo persuasit Fr. Com. Gr. IV. p. 557. quamquam ille dubitat, num poeta is fuerit: „Der Komiker *Ἀθηνίων* — dürfte auf einer Verwirrung beruhen, über welche es nicht an wahrscheinlichen Vermuthungen fehlt." Denique nomen *Ἀθηνικῶν*, ter in inscriptione Chia conspicuum, bene iam a Boeckhio compositum est cum Teio: *Ἀπελλικῶν* [1]) v. II. p. 203.

---

1) Leopold. ad Plutarchi Syll. c. 26. p. 234. C. I. n. 3141. 39 Smyrn.

a — b. Addo *Δηικῶν* Herodian. l. l. *Κιλλικῶν, ῶνος* s. *ῶντος*, s. *Κιλλικόων*, v. G. Dindorf. Steph. Thes. IV. 5. 1555, Meinek. Fr. Com. Gr. IV. p. 633. Is quum proprie *Ἀχαιός* diceretur, *ἐκλήθη ἀπὸ Κιλίσσης τροφοῦ*, si fidem habes schol. Aristoph. Pac. 362.

Libr. V. 4, 72 quum vulgo legeretur *τοὺς ἰατροὺς Πασίθεμιν καὶ Μειδίαν* Huebnerus cum Menagio et Aldobrandino, qui reddidit *Mediae*, scripsit *Μηδίαν*. Menagio emendationis auctores Suidas v. *Ἐρασίστρατος* (*Μηδίου τοῦ ἰατροῦ*) et Galenus fuerunt de venae sectione advers. Erasistr. ubi *Μήδιος* ille appellatur. Eam formam Diogeni quoque reddendam esse arbitror. Nomen *Μηδίας* nondum vidi; *Μήδιος* est ap. Plutarch. Demetr. 19. Arrian. VII. 24, 4. 25, 1 sqq. 27, 2.

Alius nominis apud Diogenem Laertium lecti emendationem Bernhardy praecepit ad Suid. v. *Ἐπιμενίδης*. Qui philosophus quum a Diogene I. 109. *Ἀγησάρκου* patris ex nonnullorum opinione fuisse referatur, a Suida *Ἀγιασάρχου*, scribendum esse utroque loco *Ἀγησάρχου* ille vir doctissimus vidit. In idem ego incideram et iam Ambrosius (*Agesarchum*) atque Aldobrandinus (*Agesarcho*) in codicibus videntur reperisse, Huebn. App. Crit. v. II. p. 648. Exemplis autem nominis *Ἀγήσαρχος* in Steph. Th. Par. I. 1. p. 299 congestis accedat philosophus Pythag. Metapont. ap. Iamblich. Vit. Pyth. XXXVI. 266. p. 215 Kust.

Tertium nomen nisi fallor corruptum, quod nescio num a quoquam in dubium adhuc vocatum sit, est *Ἀγέμαρχος* ap. Diogen. X. 15: *Ἕρμαρχον Ἀγεμάρχου Μιτυληναῖον*. Ibi: „codd. R, Veneti, Monac. et Arund. *ἀγεμάρτου*. Tum §. 17 in codicibus Regiis est *ἀγεμόρτου*. Iam patris nomen clausulam habere *αρχος*, filii docet *Ἕρμαρχος*; variae scripturae confusioni litterarum *τ* et *χ* debentur frequentissimae. Verum in medio nomine offendo, neque enim etymologiam video. Mutato *μ* in *λ* [1]) fuisse coniicio: *Ἀγελάρχου*. *Ἀγελαρχίδης*, in lexicis omissus, habetur ap. Alciphron. epist. I. 26.

---

1) Bast. comment. palaeogr. p. 723.

Quam modo attigi confusionem elementorum τ et χ (Bast. comm. pal. p. 738), ea facit ad constituendum nomen filii Demophontis vel Acamantis. Is a Plutarcho *Μούνυχος* appellatur in Theseo c. 34: *Οἱ δὲ τοῦτο τὸ ἔπος [„Αἴθρην Πιτθῆος θύγατρα Κλυμένην τε βοῶπιν"] διαβάλλουσι καὶ τὴν περὶ Μουνύχου μυθολογίαν, ὃν ἐκ Δημοφῶντος Λαοδίκης κρύφα τεκούσης ἐν Ἰλίῳ συνεκθρέψαι τὴν Αἴθραν λέγουσιν.* Meziriacus, Comment. sur les epistr. d'Ovide v. I. p. 127, ex Parthenio c. 16 (*Λαοδίκη — ἐξέπλησε τὴν ἐπιθυμίαν, χρόνου δὲ προϊόντος γίγνεται τῷ Ἀκάμαντι υἱὸς Μούνιτος ὃν ὑπ' Αἴθρᾳ τραφέντα μετὰ Τροίας ἅλωσιν διεκόμισεν ἐπ' οἶκον*) et ex Lycophronis Alex. 498 (*Μουνίτου τοκάς*) correxit *Μουνίτου;* sed Sintenisius vulgatam, a qua nullus Plutarchi liber recedere videtur, tenuit et, si recte iudicium eius assequor, in re non explorata codices sequi maluit, quam coniecturam quantumvis speciosam. Tamen quum certum sit, tribus quos attuli locis unum significari atque eundem, quumque Lycophronis formam tamquam Ionicam pro *Μόνιτος* Eustathius quoque (ad Iliad. β'. 494. p. 264, 29 ed. Rom. Tom. I. p. 213, 33 ed. Lips.) tueatur et scholiasta (p. 122. b. Bachmann.) nec codices Lycophronis et Parthenii discrepent, errorem censeo admissum esse non ab ipso Plutarcho sed a librariis, qui litterarum *T* et *X* similitudine decepti, nomen substituerunt *Μούνυχος*, quod scilicet cum rebus Atticis melius conveniret. *Μούνυτος* autem sive *Μόνιτος* eius est generis, cuius sunt, ut propria tantummodo ponam nomina, *Ἄγχιτος, Ἴφιτος, Λήϊτος, Νήριτος, Ἄμφιτος* Paus. IV. 33, 4. *Εὔιτος* Diod. Sic. XIX. 48. Erunt fortasse, quibus haec satis probabiliter disputata a me esse videantur. Intelligo tamen, tres relictas esse rationes, quibus expediri res queat. Aut enim statui potest, *Μούνιτον* et *Μούνυχον* idem esse nomen clausula sola variata; aut alteramutram formam falsam quidem esse sed utra genuina sit non constare, eaque de causa suum cuique scriptori nomen servandum esse; aut denique ita scriptorum componendam esse discrepantiam, ut *Μούνιτος* Lycophronis et Parthenii in *Μούνιχος* mutetur. Nimirum quemadmodum *Μουνυχία* in usu olim fuit et *Μουνιχία* (Boeckh. tit. nav. p. 64. 325. Pausan. I. 1, 4 in cod. Lugdun. *a*. Suid. v. *Μουν.* in cod. A.), *Μουνυχιών* et *Μουνιχιών* (Boeckh. l. l. p. 462), ita videri potest *Μού-*

νυχος et *Μούνιχος* [1]) idem nomen fuisse, licet is Munychus non idem sit atque rex Atticus Pantaclis filius (Meurs. de regno Attico III. 8), a quo portus denominatus esse fertur (Curtius de port. Ath. p. 20). *Μούνιχος ὁ Δρύαντος* Molossorum rex est apud Antonin. Liber. XIV; vid. Curt. [2]) l. l. p. 27. — Cf. Specim. Onom. Gr. p. 87.

§. 18. Pausaniae editores recentissimi Schubartus et Walzius post Bekkerum et Siebelisium diligenter id quoque curaverunt, ut nomina propria haud pauca olim corrupta emendarent. Superesse tamen dubia et incerta in tanta nominum copia nemo mirabitur.

Ita qui libr. X. 33, 4 *Αἰχμαίας* [3]) *Παραποτάμιος πυγμὴν ἐνίκησεν ἐν παισίν* [4]), videtur potius *Αἰχμέας* dictus fuisse secundum codicem Lugdun. *a*. Cf. *Αἶχμις* Pausan. VIII. 5, 6. 7. *Αἰχμίων* C. I. n. 1700. 4. — Libr. I. 27, 6. *ἐπὶ — τοῦ βάθρου καὶ ἀνδριάντες εἰσίν, Αἴνετος ὃς ἐμαντεύετο Τολμίδῃ καὶ αὐτὸς Τολμίδης.* In codicibus est *εἰσὶν ἐντός, οἷς ἐμαντ.* sive *εἰσὶν ἐντὸς οἷς ἐμ.* vel *εἰσὶν ἐκτὸς οἷς ἐμ.* Doctorum coniecturas non recenseo praeter unam quam probo Elsneri ex Thucydide petitam III. 20: *ἐξηγησαμένου τὴν πεῖραν* (fugae Plataeensibus hieme anni 427 ineuntis) *Θεαινέτου τε τοῦ Τολμίδου ἀνδρὸς μάντεως καὶ Εὐπομπίδου.* „At is Theaenetus, inquit, si recte scriptoris verba interpretaris, Tolmidae *filius* fuit [5]): patri eundem simul pro vate fuisse, non est indicatum. Hoc si voluisset Thucydides, scripsisset fere:

---

1) *Ἀμφικτύων* et *Ἀμφικτίων*, Boeckh. C. I. v. I. p. 806. b. p. 808. b. Eckhel. D. N. V. II. p. 194. b. Welcker. Mus. Rhenan. 1835. Suppl. I. p. 219. n. 335. *Κίῤῥα* et *Κύῤῥα* ut *Anticyra* C. I. n. 2374. 53, Ulrichs. Reis. u. Forschung. I. 23.

2) *Munychum* is appellat nescio qua de causa.

3) Ap. Aristot. Polit. V. 8. vel Stahrius tenuit *Κραταίου*; scribo *Κρατέου* i. e. *Κρατεύου*. Winckelm. ad Plutarch. Amator. p. 233. Steph. Thes. IV. 7. 1927. Meinek. Hist. Cr. Com. Gr. p. 396.

4) Olymp. 48, 3. Krause. die Pyth. Nem. u. Isthm. p. 85. Fischer. griech. Zeittaf. p. 118.

5) Eadem est interpretatio Muenscheri „de rebus Plataeensium", Hanov. 1841, p. 84.

ὃς ἐμαντεύσατο τῷ Τολμίδῃ. Quamquam cur tale quid adderetur, vix erat causa, quum Tolmides iam Ol. 83, 2, ante Chr. 447, ad Coroneam [1]) occubuisset." Ea ego concedo; nihilominus tamen, quum negari certe nequeat Tolmidem Thucydideum celebrem esse imperatorem, admodum probabile mihi videtur, Theaenetum, etsi Thucydides id non dixit, patris olim vatem fuisse. Huic sententiae nec aetatis obstant rationes, quando Theaenetum anno 427 fere L annorum fuisse statuitur, nec litterarum apices repugnant [2]). Denique nec hoc me fugit, exspectari fortasse apud Pausaniam post ὃς ἐμαντεύετο Τολμίδῃ verba τῷ πατρί. Ea addita et ipse mallem, sed cur necessario addi debuerint non video [3]). Libr. III. 9, 1. Ἀριστομηνίδας, μητρὸς — τῆς Ἀγησιλάου πατήρ, qui a Plutarcho Agesil. 1. Μελησιππίδας dicitur, nominatus fuisse mihi videtur: Ἀριστομηλίδας. Cognominis Orchomeniorum Arcadiae tyrannus habetur VIII. 47, 4. Alia nomina, quae in μηλιδας exeunt, cum hoc ipso Lobeckius contulit Paralip. Gr. Gr. p. 6 [4]). Libr. IX. 13, 3 editum nuper est Βακχυλίδης, qui Boeotarcha fuit. Eam nominis formam codex Lugdun. *a* habet, Lugdun. *b* βραγχυλλίδης, alii βραχχυλίδης, βαγχυλίδης, βαγχυλλίδης. Kuhnius voluerat: Βραχυλλίδης; idem coniecit G. Dindorfius Steph. Thes. II. 2. p. 389. qui p. 400. similiter

---

1) Sintenis. ad Plutarchi Pericl. p. 158.

2) Confer Εὐαίνετος Herodoteum VII. 173 in Συνετός vel Συνειός corruptum apud Diodorum Sicul. XI. 2.

3) Similia vatum nomina sunt Θεόκριτος Plutarch. Pelop. 22. Θέοκλος Pausan. IV. 16, 1 saep.

4) Is in titulo Boeckhii C. I. n. 1391. 2 (non 1291.) pro Σιμηλίδαν correxit Σιμηδίδαν. In promptu eam emendationem esse Boeckhius quoque viderat p. 671. b. comparans Laconicum Σειμήδης, n. 1261. 4. n. 1372. 2, atque etiam Εὐμηλίδαν proponens. Equidem non ausim cum Lobeckio Λ in Δ mutare, licet etiam Θεομήδης fuerit, C. I. n. 1896. 1. v. II. p. 34. Σιμηλίδας a Σίμηλος i. e. Θεόμηλος ductum, videtur idem esse posse qui Θεομελίδας. Cf. Welcker. Mus. Rhen. 1835. Suppl. I. p. 275. n. 443. — Litterarum Δ et Λ inter se confusarum, ut ἐν παρόδῳ dicam, exempla sunt Παντεδίδας ὁ Λακεδαιμόνιος, ap. Aelian. H. A. XI. 19 ubi Valckenarii emendationem Παντελίδας Iacobsius in textu ponere debebat, et Ἐντεδίδης Μενιππίδης ap. Apollodor. II. 7, 8. 3. Scribe Ἐντελίδης Μενιππίδος.

Βράχυλλος et *Βραγχύλος* confusa attulit ex Vit. X. Orat. p. 835. 836. p. 37. 40 Westerm. Accedit *Βραχύλλας* Boeotarcha a Polybio (Schweigh. v. VIII. 1. p. 249) et Plutarcho Flamin. 6 (ubi v. Baehr. p. 93 et Sintenis. p. 196) commemoratus. Hinc probo Kuhnii et Dindorfii coniecturam. Libr. IV. 19, 1 Aristomenes Messeniorum rex *Εἴδεκτον* Corinthium occidisse narratur. Eo in nomine offendo; fuit fortasse *Σείδεκτον* s. *Σειδέκταν* (C. I. n. 1241. I. 3. n. 1244. 16. n. 1247. 14, 15. n. 1250. 6) vel *Σίδεκτον* s. *Σιδέκταν* (n. 1352. 4.) i. e. *Θεοδέκτην*. Libr. VI. 14, 1 Schubartus et Walzius ediderunt *Νικασύλας* *'Ρόδιος* e codice Mosquensi. In aliis libris est *νίκας ὕλλος*, *νίκας ὕλος*, *νίκης ὕλο*,. Clavierius scripsit *Νικασύλλος*, Siebelisius et Bekkerus *Νικασύλος*. Eaedem fere varietates infra sub finem paragraphi enotatae sunt ex codicibus, praeterquam quod hic libri plurimi *νίκας ὕλου* suppeditant, et simplex quidem lambda priore quoque loco in codicibus est optimis, ut Lugdunensibus *a* et *b*. Iam *Νικασύλας* nec a codicum auctoritate nec ab analogia admodum commendatur; conferas tamen nomen *Δημύλας* an *Δημυλᾶς* C. I. n. 269. 14, 19. n. 282. 11. n. 1098. 1. Tum et *Νικάσυλλος* [1]) et *Νικασύλος* ferri potest, sed posterius propter maiorem librorum fidem praestare mihi videtur et recipiendum esse. Libr. VIII. 27, 2 vel contra codices pro *Παμένην* restitui debebat *Παμμένην*. Ita id nomen recte apud alios ut Demosthenem p. 521. 681 R., Plutarchum Pelopid. 18 al. loc. (Winckelmann. ad Amator. p. 189), Lucianum Sympos. 22. Diodorum (XVI. 33 ubi v. Wesseling.), Frontinum II. 3, 3 scribitur; C. I. n. 478, 2. *Παμμένους τοῦ Ζήνωνος Μαραθωνίου*. Sed de aliis Pausaniae nominibus alias. Nunc postquam prius homini cuidam Attico nomen corruptum emendavero, docebo quod supra p. 103, indicavi, vel in recentissimis lexicis nomina desiderari plurima. „*Κλέθεμις*, ὁ, Clethemis s. Cleothemis, n. pr. magistratus in numo Atheniensium. Mionnet Descript. de med. ant. Suppl. t. 3, p. 553, n. 125. Hase" in Steph. Thes. IV. 6. 1607. Scilicet *Ε* est pro *ΕΙ* [2]): ille *Κλείθεμις* dictus fuit. Item in tessera iudiciali (Intellig. d. allg. Litt. 1837. n. 84. n. 6)

1) *Τιμήσυλλα* n. 773. 8.

2) Welcker. Tril. Aeschyl. Prom. p. 131. n. 175. p. 607. n. 9. Apud

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΚΛΕΜΑ
ΤΡΙΚΟΡΥ

ex interpretatione Franzii rectissima El. Ep. p. 358. a. legendum est *Κλειμά[χον*, vel fortasse *Κλειμά[νδρον*, ut est *Κλείμανδρος*.

§. 19. Iam Rostii lexico nomina inserantur haec, ex titulis petita omnia: *Ἀβάσκαντος* C. I. n. 191. I. 22. n. 262. 6. n. 1784. 1. n. 3006. 2, 3. s. *Ἀβάσσκαντος* n. 1306. 9. *Ἀβία* n. 1957. n. 2937. *Ἀβίαντος* n. 1096. 2. „Fortasse *Ἀμιάντου*" Boeckh. p. 572. a. Nescio an *Ἀβ*. et *Ἀμ*. unum sint idemque nomen varie pronuntiatum. Confer *Βάταλος* [1]) et *Μάταλος* Welcker. Mus. Rhen. 1832. p. 288, Franz. El. Ep. 343; *Βάστειρα* et *Μάστειρα* Harpocr. v. *Μάστ.*, *Ἀβαντία* et *Ἀμαντία* Bachmann. ad Lycophr. Alex. v. 1043, *Βέλβινα* et *Βέλμινα* Schoemann. ad Plutarchi Cleomen. p. 184. *Βαγαῖος* [2]) et *Μαγαῖος* Plut. Alcib. 39. Add. Welcker. Tril. Aesch. Prometh. p. 211. p. 609. *Ἄβιος* C. I. n. 343. 6. *Ἀβόλητος* n. 1361. 4. n. 1433. 10. *Ἄβολος* n. 1243. 25. *Ἁβρόμαχος*, *Ἁβροσύνη*, *Ἁβρωνίδης*, v. supra p. 139. *Ἀγαθάγγελος* s. *Ἀγαθάνγελος* n. 1426. 1. n. 1425. 1. n. 1251. I. 7. n. 2810. 1. *Ἀγαθάνωρ* n. 1280. 3. *Ἀγαθᾶς* n 268. 40. n. 282. 17. *Ἀγαθημερίς* n. 662. b. n. 2410. 3. *Ἀγαθίδας* n. 1800. 7. n. 1838. a. 5. *Ἀγαθίς* n. 513. *Ἀγαθόδωρος* n. 277. 17. *Ἀγαθόλας* n. 1242. 15. *Ἀγαθόμορος* n. 1960. 1. *Ἀγαθονίκης* n. 1570. b. 42. *Ἀγαθόπους* n. 189. 25. n. 268. 18. n. 270. II. 13, saep. *Ἀγαθός* n. 272. III. 6. *Ἀγασίδαμος* n. 1798. 3. *Ἀγέας* n. 1461. 1. *Ἀγέδαμος* n. 1725. 4. *Ἀγέδικος* n. 1564. 4. *Ἁγείσανδρος* n. 1637 Boeot. p. 719. b. p.

Polybium XXVII. 1, et 2 pro *Ἰσμενίας* ex codicibus Bavarico (*Ἰσβηνίαν*) et Ursini *Ἰσμηνίας* scribendum est. Quodsi Ursinus (Schweigh. v. VII. p. 590) ad tuendam formam *Ἰσμενίας* tetradrachmum Boeotorum profert, in quo est *ΙCΜΕ* (Eckh. D. N. V. II. 196. 197. Mionn. III. p. 270. n. 54. Steph. Par. IV. 3. 667.): nimirum ibi *Ε* est pro *ΕΙ*, nam *Ἰσμεινίας* forma est Boeotica pro *Ἰσμηνίας*, Boeckh. C. I. v. I. p. 720. b. 721. a. Ahrens. dial. Gr. I. p. 184. Alius nummus cum epigraphe *ΙCΜΕΝΕΙΩΝ* (Eckhel. p. 199) suspectus est; *Ἰσμενός* Dicaearcho est relinquendum v. 105. p. 53 A. Buttmann. (Quaest. de Dic. Numburgi 1832). Vid. Unger. Theb. Parad. I. p. 120.

1) Meinek. Hist. Crit. Com. p. 333 sqq. Fr. Com. III. 32.

2) Potto interprete (Etym. Forsch. I. XXXVII) „felix, prosper."

n. 1247. 9, saep. *Ἀλκίμαχος* n. 1591. b. 26. *Ἄλκης* n. 1120. 5. *Ἀλκιβία* n. 1361. 5. n. 1433. 2, 9. *Ἀλκιδάμα* n. 1934. 1. *Ἀλκίδομος* n. 1728. 2. p. 849. b. *Ἀλκιλάδας* n. 1489. 1. *Ἀλκιμάχη* n. 800. b. 6. *Ἀλκυονίς* n. 1702. 5, 7, 9. *Ἀλξήνωρ* et *Ἀλξηνορίδης* n. 3064. 8. *Ἄλτιμος* n. 2138. v. II. 172. a. *Ἀλφιάδης* n. 1570. b. 50. *Ἀμαζονίς* n. 2768. 19. *Ἀμαλώιος* n. 1583. 20. *Ἀμάνιτος* n. 1554. 1. *Ἀμάραντος* n. 300. II. 9. n. 1242. 16. *Ἀμείμητος* n. 1256. I. 8. *Ἀμεινοκράτης* n. 169. III. 43. *Ἀμεινόλας* n. 2338. 109. *Ἀμέριμνος* n. 194. II. 21. *Ἀμηνέας* n. 1526. p. 705. b. *Ἀμήνιτος* n. 169. I. 60. *Ἀμίαντος* n. 286. II. 20. *Ἄμιλλα* n. 3270. 1. Navis Attica, Boeckh. tit. trier. p. 84 [1]). *Ἀμύδριππος* n. 165. II. 20. *Ἀμυνόμαχος* n. 183. II. 11. *Ἀμύραλος* n. 1885. 2. *Ἀμφάριχος* C. I. I. p. 726. a. p. 801. *Ἀμφερωνίδης* n. 2332. 13. v. II. p. 254. b. *Ἀμφήνωρ* n. 921. 3, 9. *Ἀμφηρίδης* n. 2161. 2. *Ἀμφίας* n. 180. 2. n. 432. 2. n. 1070. 5. n. 1754. n. 1936. 16, 19. *Ἀμφίδαμος* n. 1729. 1. *Ἀμφιθάλης* n. 2932. 3. *Ἀμφικλείδης* n. 165. III. 51. *Ἀμφιμήδης* n. 165. I. 50.

Neque ea nomina propria, quae a littera *B* incipiunt, tam plene sunt in lexicis enumerata, ut nulla desiderentur. Ita in Stephani Thesauro Parisino frustra quaeruntur [2]): *Βαβίων* C. I. n. 2852. 6. n. 2858. 2 Branchid. Altero loco in lapide est *ΒΑΒΩΝΟΣ*. *Βα[θυκλ]έων* n. 3064. 4. p. 650. *Βαναξίβουλος*

1) Alias quae huius loci sunt naves vide apud Boeckh. l. l. *Ἀγαθή*, *Ἀγαθονίκη*, *Ἀγαθοπόλεμος*, *Ἀγλαΐα*, *Ἀγρεύουσα*, *Αἰαντεία*, *Αἰθιοπία*, *Αἰθιοπίς*, *Αἰχμή*, *Ἀκοή*, *Ἀκροτέρα*, *Ἀκτίς*, *Ἀλκυών*, *Ἄμεμπτος*, *Ἀμπρακιῶτις* (Steph. Byz. s. v. Eckh. D. N. V. II. 161.), *Ἀμυνομένη*.

2) Alia sine causa in dubium vocantur ut *Βαθύλος* ap. Alciphron. III. 68. p. 442 Bergl. a L. Dindorfio Steph. II. 1. p. 31. „nisi hic quoque scribendum *Βαθύλλῳ*.“ *Βαθύλου* est in C. I. n. 1278. 4, v. Spec. Onom. Gr. p. 68. Ceterum conf. Addenda Steph. II. 6 ubi nonnulla, quae et ipse eram additurus ex titulis, in ordinem recepta sunt. Alia recte omissa sunt ut *Βαβύλος* n. 1702. 18 (leg. *Ἀβύλος* cf. 1936. 11. v. II. p. 45. b.) et *Βοία* n. 1. 3, v. Ulrichs. Reis. u. Forschung. in Griechenl. I. p. 31, et *Β]ενέδιος* Osann. Syll. p. 310. Is fuit *Μενέδημος*, C. I. n. 189. 38. Nec *Βισάνωρ* nomen est Graecum in Osanni Syll. p. 361; Boeckhius n. 204. 19 *εἰςαγωγεῖς* restituit.

n. 2572. 10. n. 2577. 4 Cret. v. II. p. 401. b. Αὐρ. Βάρβαρος n. 1362. 9 Spart. Ἰουλ. Βαρχίου n. 341. 5 Pompeianopol. Βαρχὶς Τιμώνακτος n. 3099. 1 Tei. Βάστας: adde Dindorfianis p. 184. 185 Boeckhium C. I. v. II. p. 212 ad n. 2247 et Meinekeum Fragm. Com. I. p. 449. Ἡ Βατινῆτις χώρα n. 2254. 12. 24. 28 prope Prienen v. II. p. 214. b. Βεβύλας n. 2977. 6 Ephesi. Βενύστος n. 266. 48. Sed nescio an fuerit Βενοῦστος, quod nomen Osannus restituit in tit. Vat. Syll. p. 431: Β̓C ΝΟΥCΤΟC. Τιβ. Κλ. Ἀπολλώνιος Βερονεικιανός n. 2818. 7 ἀρχιερεὺς καὶ ἱερεὺς τοῦ Διονύσου Aphrodisiade accedit ad Βερονικιανόν sophistam Sardianum quem ex Eunapio p. 120 Boisson. G. Dindorfius laudavit p. 226. Ἀμφιμέδων, τοῦ Βήβ[ω]νος πύργου n. 3064. 19 Tei. Πανσανίας Βιοτέλου n. 122. 2. G. Dindorf. p. 257 contulit Etym. M. p. 198. 10. Βιοῦς Λεόντιδος n. 2160. 14 Abydenus. Nisi forte non ΒΙΟΥΣ sed ΒΙΘΥΣ in tabula fuit: Βίθυς, v. supra p. 84, ubi quae composui iis addo: *Bithus* Horat. Serm. I. 7, 20 c. Bentl. not. Iahn. Specim. Epigr. p. 140. Βιτάλιος Herodian. Epimer. p. 6 Boiss. i. e. puto *Vitalis*. Βλέψος Plutarch. de mulier. virtut. 18. Αὐρ. Βλουκία n. 2032. 1. v. II. p. 69. a. Βοίνοψ n. 2574. 127. v. II. p. 401. b Cret. ut Βοινόβιος n. 2576. 10. Π. Βοιτηνὸς Ἑρμῆς n. 2135. 1. Βορθαγόρας n. 2. 8. p. 83. b Franz. El. Ep. p. 61. Βόρυς astynom. Teuthraniae n. 2085. *e*. Βούβαλος in latere cocto Corcyraeo videtur esse C. I. n. 1859 ΕΠΙΒΟΥΒΑΛΟΥ. Boeckhius scripsit „Ἐπὶ Βου[π]άλου?" Sed *Bubalus* in Latinis quoque titulis legitur, v. Iahn. Spec. Epigr. p. 90 et 146. Βουκατία C. I. n. 1608. c. 27. p. 784. b. Chaeron. Βουλείδης Osann. Syll. p. 371 lemm. n. XXXVII. Βραχᾶς n. 1613. 2 Thisb. p. 785. b. n. 1626. 4. 11. Μητρόδωρος, τοῦ Κοπρέως πύργου, Βρεαλλωνίδης n. 3064. 34 Tei. Πολυ—, τοῦ Κιναβάλου πύργου, Βριθαΐ[δ]ης ib. 7. Πάνταν-δρος, τοῦ Σίντυος πύργου, Βρυσκίδης ib. 24. Ναίων, τοῦ Μηράδου πύργου, Βρ. 31. Οὐλπία Βρόχιλλα n. 1613. 5 Thisb. Βωδακράτης Αἰσοσθένους n. 2448. III. 19. Στάρτοφος Βωδακράτους ib. 20 Therae. Sed haec hactenus; nam satis probasse mihi videor id quod supra dixi p. 103, aliquanto plura recensere me posse nomina propria, quam habeantur in lexicis.

Addenda et Corrigenda.

Lente librarii operae hunc libellum typis excuderunt. Hinc non debet mirum videri, mihi, quum legerem et relegerem folia ut impressa erant singula, in mentem nonnulla venisse, quae non recordatum me esse dum scriberem iam doleo. Accedit quod interim libri aliquot prodierunt vel ad me certe allati tandem sunt, quos non sine fructu ad meam scriptionem conferre poteram. Faciam igitur quod relictum est: indicabo quum meos tum typothetae errores, nec omittam ea quibus illustrari et amplius confirmari mea videntur.

P. 1. De Diodoro periegete v. Preller. Polemon. Fragm. pag. 170 sqq.

P. 2. 15. Diodorus quoque Sicul. Excerpt. 573. v. II. 2. 109 L. Dindorf. narrat Philippum τοὺς τάφους κατασκάψαι. Aliud exemplum est ap. Thucyd. I. 126, Isocr. de big. §. 26.

Ib. not. 4. Quanta sit sepulcrorum in Attica multitudo, aestimavit Rossius Reis. u. Reiserout. v. I. p. XVI.

P. 3. 7 scrib. 1837. Ibid. adde de sepulcris et stelis Ulrichs. Reisen u. Forschung. in Griechenl. v. I. p. 36. 41. 44. 52. not. 2. 109. Ross. Reis. u. Reiser. I. p. 29. 142. 159. Mus. Rhen. 1839. p. 240 — 78: „Ueber die königlichen Grabmäler des heroischen Zeitalters.“

P. 5. 9 de *Hesiodi* heroo v. Ulrichs. l. l. p. 193. de *Tantali* Hoffmann. Griechenl. u. d. Griech. I. p. 651.

Ib. n. 1. *Morgenland und Abendland.* Bilder von der Donau, Türkei, Griechenland, Aegypten, Palästina, Syrien, dem Mittelmeer, Spanien, Portugal und Südfrankreich. Vom Verfasser der Cartons. Stuttg. u. Tübing. b. Cotta 1841., v. I. p. 201: „Wir ruderten in einem Boote an die Spitze der Halbinsel Munychia, welche die südliche Hälfte des Piräeus umschliesst. Wie schön steht hier das Monument des Miaulis, der den Schauplatz seines reichen, reinen Lebens von

hieraus überblickt; wie viel schöner wäre ein Tumulus auf der äussersten Spitze gewesen, ein Wahrzeichen des greisen Admirals dem zagenden Schiffer in die Meeresnacht hinausgeboten, gerade da, wo tief im fluthenbespülten Felsengestade Altarsarkophage der Meeresbrandung trotzen, jene Ruhestätte des Siegers von Salamis, würdige Gruft für die Bezwinger der Stürme und der Barbaren! Gleichwie der Genius die Fackel über Hellas verlöschte, so liegt hier die Grabsäule des Themistokles umher. Monumente vergehen, Menschen und Völker sterben, nur der Ruhm ist ewig." Ita Hailbronnerus.

P. 6. 3. De *Coroebi* Olympionicae tumulo Rossium confer Reis. u. Reiser. I. p. 107.

Ib. n. 5. *C. Fickertus* ex schedis, quibus collationes continentur codicum Senecae Vaticanorum, haec mecum benevole communicavit: „1769. Membr. in folio praestantissimus —. Exaratus videtur per Rolandum de Plagola anno D. 1403 dum Romae esset Legatus pro Civitate Paduae: qui nomen suum, et Senecae [?] Poetae Epitaphium a se via Ostiensi repertum, ad calcem subdidit":

M. A.
LVCANO. CORDVBENSI.
POETÆ. BENE.FICIO.
NERONIS. CAESARIS.
FAMA SERVATA.

Edidit Fickertus Senecae v. I. praef. p. XXIV. Confer Gruter. p. CCCLIV. 2. „Cordubae. suspectum habuerim.

M. ANNAEO
LVCANO
CORDVBENSI
BENEFICIO
NERONIS
FAMA
CONSERVATA

E Morali aliisque."

Hoc exemplum Weberus attigit Lucan. v. II. p. 586. not. 174. Sed non video, cur de titulorum fide dubitetur. Certe quod

locis duobus eadem fere inscriptio reperta esse dicitur, nihil id probat. Potuit idem epigramma pluribus locis poni, atque ipsa tituli formula *(beneficio Neronis fama conservata)* bene Neronis, quem inscribi iussisse credas, insaniam declarat. Tacit. Annal. XV. 49 „Lucanum propriae causae incendebant quod *famam carminum* eius Nero *premebat* prohibueratque ostentare vanus aemulatione.“ *Λ* quod est pro *Α* in Plagolae apographo non raro habetur, v. Osann. Syllog. p. 586. Iahn. Spec. epigraph. p. 4 et tab. lithogr.

Ib. 1. a. f. scrib. levitatem.

P. 7. 13 scr. *Athenis.* Ibid. quod dedi epigramma repetitum nuper est a Welckero Mus. Rhen. Nov. 1841. v. I. 1. p. 204. Scripsit Vir Clarissimus *ταὖτ'*, quod ipse malueram, pro Rossiano *τοῦτ'*; in lapide est *TΛYT*. Tum bene ille interpunctionem post *μέρος* v. 4 sustulit, probans simul supplementum *Κόνω]νος* eiusque interpretationem a Rossio propositam. Iudicent iam lectores; Cononis filias quamvis quaerens nullas inveni, nam aliena est *Pero* Cononis an Cimonis filia ap. Valerium Max. V. 4. Ext. 1.

P. 8 not. 3 turbatum est typothetae culpa. Verba „Rursus *Μέλιννα* est ap. Apollodor. II. 7. 8“ poni debebant post nominum exempla quae in *ιννα* exeunt: *Φίλιννα*, *Γλύκιννα*, *Ἄρπιννα*. Atque omnino de eo genere quod est in *ιννα*, *ινα*, *ινη* accuratius olim erit exponendum. Interim cf. Welcker. üb. eine kret. Colonie p. 13. n. 24. *Φιλίνη* Meinek. Fr. Com. Gr. II. 743. *Καρίνη* id. IV. 144. *Καλλίνη* Vit. Pindari p. 10. 4 Boeckh. *Βίτιννα* Brunck. Anal. II. p. 11. p. 92. *Τύριννα* C. I. n. 2258. 1. *Glycinna* Iahn. Spec. Epigr. p. 58. n. 109. — Fritzsch. ad Aristoph. Thesmoph. p. 280.

P. 9. 5 scr. „Man and Boy.“ Post l. 8 add. Goetting. Gelehrt. Anzeig. 1841. p. 1975 ubi ex libro: M. Miège Histoire de Malte, Paris et Leipsic 1841, T. I. c. 9 commemoratur: „ein Grab mit phönicischer Inschrift, welches gemeiner aber schlecht begründeter Annahme zufolge für das Grab *Hannibals* gilt.“

P. 16. l. 22 et 23 scr. *ἰσοθέους* et *εἰσοθέους*.

P. 17. not. 2 *Φιλοποίμενος*, quae forma Lobeckio Paralipp. p. 196 si recte eius verba interpretor nominativus videtur esse, genitivus est, Brunck. Anal. II. 130.

P. 20. not. 1. Ulrichs. Reis. u. Forschung. v. I. p. 21.

P. 22. l. 10 ab in. scr. *ΟΣ* prò *ΟΖ*. Ipsam quam de corona Ioviali feci coniecturam reprobo.

P. 26. l. 26. Hailbronnerus l. l. p. 289. „Die weitverbreiteten Trümmern von Megalopolis zeugen von ihrem einstigen Umfange und von der Grösse ihres Thebanischen Gründers. Ihre Ebene ist von den romantischen nomischen Gebirgen begränzt, über welche die Geburtsstätte Jupiters, die Spitze Diaphorti, hervorragt. Sie hatte zwei Stunden im Umfange, und der Helisson floss mitten durch, an dessen hohem linken Ufer das in Felsen gehauene Theater liegt, in elliptischer Form durch tiefen Ravin von der gegenüberliegenden Stadt getrennt, das grösste Griechenlands. Es ist nun mit Epheu und duftendem Gesträuche überdeckt, durch welche seine reinen Formen um so reizender hervortreten. In der weiten hügeligen Ebene liegen Säulen, Metopen, Triglyphen zerstreut umher, und zeigen die Ausdehnung des grossen Asyls, wohin sich die Bewohner von fünf zerstörten arkadischen Städten geflüchtet hatten. Münzen und Antiken wurden uns hier im Ueberfluss angeboten, und Ausgrabungen wären vielleicht nirgends lohnender, wenn sie regelmässiger betrieben würden. Bis jetzt hat man Säulen eines Tempels und einige Statuen gefunden.“

P. 28. not. 1. Ebert. *ΣΙΚΕΛ.* v. I. 1. p. 130. n. 166.

P. 29. 6 a fine. Polyb. IV. 20, 8. *σχεδὸν παρὰ μόνοις Ἀρκάσι πρῶτον μὲν οἱ παῖδες ἐκ νηπίων ᾄδειν ἐθίζονται κατὰ νόμους τοὺς ὕμνους καὶ παιᾶνας, οἷς ἕκαστοι κατὰ τὰ πάτρια τοὺς ἐπιχωρίους ἥρωας καὶ θεοὺς ὑμνοῦσι.*

P. 33. 18. C. Fr. Hermann. Lehrb. der griech. Staatsalt. §. 189. 2. Helwing. Gesch. d. achäisch. Bund. p. 324 sqq.

P. 35. 19. scrib. ex Chersoneso Syriaca, v. Plut. c. 50. N. 3. 4. Plutarchi verba temere cum interpretibus sollicitavi. *Ἐπὶ νήσων* est fere *in Cycladibus*, v. Plutarch. Arist. 5. *οὐκ ἐπὶ νήσων ἑώρων* Graeci scil. post pugnam Marathoniam Persas.

Corinthum autem patris ossa deduxit Antigonus, quod ibi duces militum ab illo collocati erant, v. cap. 51. *ἐπέστειλε πρὸς τὸν υἱὸν καὶ τοὺς περὶ Ἀθήνας καὶ Κόρινθον ἡγεμόνας καὶ φίλους* Demetrius.

P. 39. 10. Diogen. Laert. V. 77. v. L. p. 368 Huebn. *τὰς δὲ (Δημητρίου Φαληρέως εἰκόνας) κατακόψαντες εἰς ἀμίδας.*

P. 40. not. 3. Plutarch. Lysandr. 29. *οὗ νῦν τὸ μνημεῖόν ἐστι (Λυσάνδρου) παρὰ τὴν ὁδὸν εἰς Χαιρώνειαν ἐκ Δελφῶν πορευομένοις.* Ulrichs. Reis. u. Forsch. I. 45. not. 4. De leonibus v. Curtius de portub. Athen. p. 33. Ulrichs. l. l. p. 159. (Princip. Pueckleri) der Vorläufer p. 85—6. C. I. n. 2168. Bernd. das Wappenwesen d. Griech. u. Röm. Bonn 1841, p. 168.

P. 41. 12. V. Toelken „Römische Todtenfeste" in Berlin. Nachricht. v. Staats- und gelehrt. Sach. 1841. n. 267.

P. 44. 6. Ulrichs. l. l. p. 46 „Solche Heiligthümer, *τεμένη, ἡρῷα,* hat man sich meist als kleine ummauerte Höfe mit einem niedrigen Altar und einem Grabmonument in der Mitte zu denken, wenn nicht ausdrücklich ein grosses tempelartiges Gebäude angegeben wird."

P. 55. not. 1. *Τιμήσιος* C. I. n. 2448. III. 16. *Τιμάσιος* Iambl. de Vit. Pyth. XXXVI. 267.

P. 57. 29 Plut. Arist. 27.

P. 59. not. 1. scr. *πυρέττοντα.* De Theagene v. Dio Chrysost. v. I. 617 sqq. Reisk.

P. 60. 10 scr. Olympionices. P. 63. 2. a. f. scr. nummum.

P. 64. 3 adde post *hodie* alterum parenthesis signum.

P. 65. 18 Osannus quoque in Zeitschr. f. Alterth. 1837, ubi n. 56 sqq. de Rossii libro retulit, n. 57. p. 465 fuisse conieeit v. 2: *καί.* Sed de Minervae Aleae mentione idem dubitat.

P. 71. 17 Arcad. 23, 8: *πᾶν ὄνομα δισύλλαβον ἁπλοῦν εἰς ης καθαρεῦον ἀσυνάλειπτον βαρύνεται, εἰ μὴ ἔχοι πρὸ τέλους μόνον τὸ ῡ, ναίης, δάης, κλίης, βαρύης* (leg. ex altero codice *βρίης*). — *Κλεόδας* Lobeck. Paralipp. p. 229. 10.

Ib. 9. a. f. scr. infra est. Ib. not. 2 ad nomina in *εας* et *ιας* adhibere poteram Lobeck. Paralipp. p. 339. n. 24. *Ἰσέας* Polyb. II. 41, 14. *Ἰσίας* C. I. n. 267. II. 5. n. 281. III. 19. n. 300. I. 9. *Αἰνίας* n. 237 et *Αἰνέας. Ἑρμίας* (L. Dindorf. in

Steph. Thes. III. 7. p. 2043) et Ἑρμίας C. I. n. 728. 4. Franz. Fünf. Inschrift. u. fünf Städte in Kleinas. p. 10. v. 18. Στασίας C. I. n. 2302. 18. — Cum vitiato Μνασαίου cf. item corrupta Δημαίας et Φιλαίας, L'hardy de Demade, Berol. 1834, p. 19. — Lobeck. de nom. decl. I. in ᾱς pur. ex. p. 8.

P. 73. 9. Φύτιος Ibyci poetae pater, v. Ulrici Gesch. d. hellen. Dichtkunst, v. II. p. 414. n. 55. Welcker. Mus. Rhen. 1833. p. 214. Φύτιος Ἀπόλλων, Ἄρτεμις, Ζεύς Steph. Thes. Londin. p. 10304. b. 10305. a. Φύταλος, Φυταλίδαι Crus. lex. Φυτώ Sibylla Samia, Schol. Platon. v. X. 315 Bekker.

Ibid. 2. a f. *Κ ΑΣΙΣΤΡΑΤ* vide num fuerit Κ[λε]ιστράτ[ω.

P. 74. 3. a f. malo iam, quum duae deesse litterae videantur, Φι]ντιάδας.

P. 75. not. 1. Ἀρκεοφῶν Antonin. Liberal. XXXIX. Ad Plutarchi Ἄρκεσος s. Ἄρκισσος nescio an faciat Arcad. 77, 17. ἄρκισος, ἄρκισα. Quamquam quid nomen significet ignoro.

P. 76. 4. Siglum pro puncto habere debet ō μικρόν ut v. 2. Ibid. not. 1. nomen Ἀρχίαρος male tentavi, cf. Καλλίαρος Steph. Thes. Par. IV. 3. 876. Ibid. 3. a f. fortasse scribendum erat: οὐ γὰρ ἐν ἐξαμέτροις ἥρμοσε τοὔνομ' ἐμόν. Sophocl. ap. Hephaest. p. 10 Lips. Ἀρχέλεως· ἦν γὰρ σύμμετρον ὧδε λέγειν.

P. 77. 26 de forma Πρατόνικιν iam dubito, neque enim *N* finale liquido est in lapide sed *ꟽ*, et exspectabas Πρατονικίδα ut Λυσινικίδα C. I. n. 1246. 7. Quamquam cum illo fortasse Κράταιν comparari potest, Lobeck. Paralipp. p. 197.

P. 79. 2 scr. causa.

P. 80. 4. Osannus l. l. n. 58. p. 473 *Metellum* habet pro Q. Metelli Pii Pontificis filio adoptivo, qui Q. Caecilius Metellus Pius Scipio dicebatur atque *imperatoris* appellationem ipse sibi sumserat. Vid. Caesar. de bello civ. III. 31. Eckhel. D. N. V. V. 152. Pauly Realencyklop. v. II. p. 32 sqq.

Ib. 10 scr. *ne*[*g*]*otiantur*. Osannus genuinum censet esse *e* loco elementi *g*.

P. 81. 10. a. f. scr. 1721. Αἰακίδης Delph. n. 1936. 11.

P. 86. 19 scr. huic frustulo.

P. 93. not. 3. *ΘΕΙΣΠΙΕΙΟΣ* C. I. n 1593. 9 (p. 775. b in fine) teste Ulrichsio Reis. u. Forsch. I. p. 188. not. 6. Titul. Attic. in Kunstbl. 1836. n. 39. p. 166. v. 19. *ἄνδρα τὸν ἐπὶ τῆς βακτηρίας ΕΙΣΤΕΚΟΤΑ εἱστηκότα.*

P. 94. 5. Cicero ad Famil. XIII. 28 „Philippus Lacedaemonius." Ib. ad Dinarchi l. l. haec est Maetzneri annotatio (D. Orat. III. Berol. 1842) p. 19: „*Ἠλείου*, praeeunte Reiskio, Bait. et Spp. coll. Isae. 2, 9. *Ἠλιοῦ N* (cod. Oxon.). *Ἡλιοδώρου* coni. Wolf. *Ἡλίου* vulg. Pro *Ἡλ. Φορμισίου* Dobson. propos. *Καλλίου Φρεαῤῥίου* coll. Demosth. de cor. 115. 116. Ceterum in v. *Ἠλεῖος* solent fluctuare codd. cf. Dem. in Neaeram 18. *καὶ Φορμισίου* Th. Bergk. Commentat. de reliq. com. att. p. 392. Bait. et Spp. *τοῦ Φορμισίου* malit Reisk. *Φορμησίου N. Φορμισίου* vulg."

P. 95. 11 a fine: Iahn. Spec. Epigr. p. 99 — 100. *Θαλία* C. I. n. 570. 1. *Helius* libertus Tacit. Annal. XIII. 1. In transcursu confirmo nomen *Ἰσμεινικίτας* C. I. n. 1593. 4, de quo Ulrichs. Reis. u. Forsch. I. p. 188. not. 6 scripsit „ein sonderbar aus *Ἰσμηνός* und *ἱκέτης* zusammengesetzter Name." Apud Boeckhium est *Ἰσμεινι[ά]ταο*. Confer *Ἀπολλωνικέτης* C. I. n. 3137. I. 21 et *Ζηνικέτης* allatum in Steph. Thes. IV. 1. 32 ex Strabone XIV. 671. *κατὰ τὰς ἀκρωρείας τοῦ Ταύρου τὸ Ζηνικέτου πειρατήριόν ἐστιν ὁ Ὄλυμπος.* Alia lectio est *Ζηνικήτου*, quae videtur reprobanda esse.

P. 97. 6. a. f. Quod conieci *ταμίαν* non teneo, quod hereditariae eius quidem dignitatis exemplum nondum vidi.

P. 99. not. 2. *Προβασίαν* agnovit etiam Ulrichs. Reis. u. Forsch. I. p. 174. n. 2.

P. 100. 8. Nescio an comparari aliquatenus possint *ὀλίον* pro *ὀλίγον* et *ὀλίωρος* pro *ὀλίγωρος*, de quibus v. Meinek. Hist. Crit. Com p. 191. Fragm. II. 669.

Ib. 18. Titul. apud Rossium Reis. u. Reiserout. I. p. 3. *Ὅρος Λακεδαίμονι πρὸς Μεσσήνην.*

P. 101. 8 scr. Reiserout., atque item p. 99. not. 1. Peccatum etiam est aliquoties in titulo libri Rossiani alius: Reisen *auf* den griech. Ins. d. ägäisch. Meeres, non: *durch* —.

Ib. 12 de Cresio v. Ross. Reis. u. Reiser. p. 59. not. 8.

Not. 2. compara nomen Θεμίσων Stephan. Thes. IV. 1. 288. C. I. n. 281. II. 3. n. 305. II. 7. n. 1895. Scheller. Lex. Lat. s. v. Φιλόσων est C. I. n. 1576. 8. p. 760. b.

P. 102. 14 scr. nummis. Ib. 7. a fine: Zumptius ad Verrin. p. 516. „Quis tandem, ut dubitare desinamus, lexicon Graecorum nominum conficiet ad historiae fidem et grammaticam rationem necessarium?" Tali lexico si uti potuisset vir doctissimus, non legeremus quae scripsit ad Verrin. V. 42. 110. p. 924: „Aristeus Dexonis filius] Scribitur in Guelf. I. *Aristenus*, in altero *Aristeris*. Puto fuisse *Aristaenum* aut *Aristerum*. Nam *Aristeus* nomen viri non videtur esse apud Graecos." *R. Klotzii* scripturam ignoro, sed prudenter eum tenuisse coniicio vulgatam. Ἀριστεῖς sunt ap. Thucyd. I. 29. 60. II. 67. IV. 132. C. I. n. 1260. 8. Ἀριστόνικος Ἀριστέος.

P. 108. 8. Ἀρίσανδρος Westermann. Gesch. d. griech. Bereds. p. 282. Ἀρίσας Iamblich. de vit. Pyth. XXXVI. 266.

Ibid. not. 1. Apud Platon. Protagor. p. 319. D. Steph. Bekkerus ex uno codice enotavit περὶ τῆς τῆς πόλεως διοικήσεως. Τῶν τῶν ἑτέρων ἀγαθῶν, Schaef. App. D. IV. 151.

Ibid. not. 2. Ἀρίσταιχμος C. I. n. 196. b. II. 19. Ad Μενέσαιχμος Westerm. G. d. gr. B. p. 297. not. 20. p. 316. n. 95.

P. 111. 19. Leutschius in Mus. Rhen. 1833. p. 354. n. 6 scripturam τετρακέφαλε tuetur contra Heynei suspicionem τετρακάρηνε. Eustathium conferre mihi non licuit.

P. 113. not. 1. Ποσειδῶν Ἐρεχθεύς Lobeck. Paralipp. p. 368.

P. 115. not. de *Maeandrio* Samio v. Panofka Res Samior. p. 43; formam exemplis aliis probavit Unger. Theb. Parad. I. p. 122. Μαιανδρία C. I. n. 2940. 1.

P. 122. 1. Nomen Ἀκέρδων num sanum sit dubito. Contra Κέρδωνες *Cerdones* fuerunt plurimi.

P. 124. 20. Ἐπιχαρῖνος Pausan. I. 23, 11. Ib. 24 add. Boeckh. C. I. v. II. p. 114. b.

P. 125. 4 scrib. comicus. Ib. not. 1. pro Ἀγχιπύλῳ ap. Diogen. Laert. l. l. Dr. Ernest. Koepkeus *de hypomnematis Graecis*, Berolini 1842, p. 29 corrigit Ἀγχιμόλῳ coll. Athen. II. 44. C. et Eustath. 916. 46.

P. 129. 4. a f. scr. ἐθνικόν. Vid. Osann. Syllog. p. 97. 338.
P. 137. not. 1. 9. Πετραῖος Lobeck. Paralipp. p. 342.
P. 139. 13. *Nebris* Iahn. Spec. Epigr. p. 94.
P. 147. 14. Σαωνίδας n. 1574. 4. in lapide est ΣΑΩΝ—ΑΟ. Not. 2. 7. a f. ΝΕΟΧΟΔΟΥ fortasse fuit: ΝΕΟΧΩΡΟΥ. Νεόχωρος Ἁλιάρτιος a Plutarcho commemoratur vit. Lysandri c. 29.
P. 153. not. 1. Σμικρίνης Alciphr. III. 43. Meinek. Fragm. Com. Gr. IV. 106. 121. Μικίνης an Μικρίνης Westerm. Gesch. d. griech. Bereds. p. 285. n. 12. Μ ικυλίνη[ς] Νικομηδεύς C. I. n. 2517. Dinarchi πρὸς Μήκυθον μεταλλικός (Westerm. l. l. p. 316. n. 86) fortasse fuit πρὸς Μίκυθον.
Ib. n. 2. In Demosthenis loco Osannus Syll. p. 324. ἡγήμονος pro interpretatione nominis ἄρχοντος habet, quae postea in textum irrepserit. Certe in eo non assentior viro doctissimo, quod negat, in hac formula (ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ δεῖνα) archontis nomini patris nomen adiungi. Vid. supra p. 17. not. 1. C. I. n. 1608. *a.* 1. ἄρχοντος Ζωΐλου τοῦ Εὐάνδρου. *b.* 5. ἄρχ. Διοκλέους τοῦ Σιμμίου Chaeron. n. 1695. 2. ἄρχ. —ήρους τοῦ Κλέωνος Delph. n. 1700. 1. ἄρχ. Ἁγίωνος τοῦ Πολυκλείτου ibid.
P. 155. not. 2. Ἥρω Schneidewin. Eustath. prooem. comm. Pindar. Gotting. 1837, p. 67.
P. 157. 8. Hodierni quoque Graeci nonnullis nominibus vocalem ᾰ falso praefigunt, ita tamen ut aliqua appareat ratio. Ulrichs. l. l. p. 124. not. 32 (p. 128): „Die Bauern von Kastrí, da sie ihren Ort oft Delphi nennen hörten, machten daraus ἡ Ἀδελφοῦ und οἱ Ἀδελφοί, und erzählten dabei eine Geschichte, die der von Romulus und Remus nicht unähnlich ist."
P. 157. not. 3. Valesius in Bekker. Platon. v. IX. p. XII.
P. 158. 12. Κρεαγόρας Franz. El. Ep. p. 52.
P. 159. 21 scr. p. 107 pro 207.
P. 160. 3. a f. Σώδᾶμος vid. p. 122. 3.
P. 161. 22. Μελήσανδρος scr. ap. Aelian. V. H. XI. 2.
P. 165. 25. De *Choerilis* v. Naek. Choer. p. 33. Welcker. colon. Cret. p. 14. Χοίρα ex Dindorfii Gramm. Gr. 8, 13 sqq. a

Wachsmuthio laudatur Hellen. Alt. I. 1. 276. *Χοιρίλη* Euripidis fuit uxor altera.

P. 170. 12. Dinarchi fuit oratio *κατὰ Πεδιέως κακώσεως παιδὸς ὀρφανοῦ*, Westerm. Gesch. d. gr. Ber. p. 315. n. 60. Eiusdem *πρὸς Πεδιέα παραγραφή*, Westerm. p. 316. n. 80.

P. 171. 12. *Σίκων* artificis nomen dubium ap. Clem. Alex. Protrept. p. 42 Potter. p. 31. A. Sylb.; v. Preller. Polemon. Fragm. p. 111.

P. 174. 3. *Πολυφείδης* Welcker. Tril. Aesch. 211. n. 350. Ib. 4 scr. *Φῖδος*. Not. 2. 10. a f. *Θεοφάντης* Steph. Thes. Paris. IV. 7. Addend.

P. 176. 2. *Νικομήδου* C. I. n. 2279. 3. *Νεικομήδου* n. 3160. 2. Genitivum *Λάχου* pro *Λάχητος* ipse Plutarchus, si credis, finxit X Orat. Demosth. p. 857. p. 78. 26 Westerm.

P. 183. 6. Sero video G. Hermannum quoque correxisse: *Εὐδάμνιππον* in censura Theocr. Meinek. Zeitschr. f. Alt. 1837. n. 27. p. 227. — P. 193. n. 2 *Ἐριάνθης* Plut. de gen. Socr. 17.

P. 199. 11. Locus insignis est ap. Diod. Sicul. XIII. 82. *δηλοῖ — τὴν τρυφὴν αὐτῶν (τῶν Ἀκραγαντίνων) καὶ ἡ πολυτέλεια τῶν μνημείων, ἃ τινὰ μὲν τοῖς ἀθληταῖς ἵπποις κατεσκεύασαν, τινὰ δὲ τοῖς ὑπὸ τῶν παρθένων καὶ παίδων ἐν οἴκῳ τρεφομένοις ὀρνιθαρίοις, ἃ Τίμαιος ἑωρακέναι φησὶ μέχρι τοῦ καθ' ἑαυτὸν βίου διαμένοντα.*

P. 203. 17. Hyperidis fuit oratio *πρὸς Ὑγιαίνοντα*, de qua Westermannus Gesch. d. griech. Bereds. p. 310. 55 laudavit Harpocrat. v. *ἕνη καὶ νέα, θέσθαι.* Etym. M. et Suid. v. *θέσθαι.*

P. 204. n. 1. Cf. Sintenis. ad Plutarch. Lysandr. 9.

P. 206. 2. *Pixodarus* Pflugk. de Theopompi Chii vita et scriptis, Berol. 1827, p. 25. not. 2.

P. 211. 6. a f. Formam *Possis* commendant quodammodo etiam Varronis verba: „ut non *possis* aspectu discernere."

P. 217. 22. *Alb. Sadol. Wesenbergius* in Emendationibus M. Tullii Ciceronis Epistolarum, Havniae 1840, quantum video ex Osenbrueggenii relatione in Zeitschr. f. Alterth. 1842. p. 302 scripturam eam, quam ego tenui: „*in memoria* nominis mei"

foedissimum esse pronuntiavit soloecismum. Sed nisi fallor Cicero et Plinius invicem contra mutatores opem sibi ferunt.

P. 218. 8. Male scripsi „Φάνις vel Φᾶνις." Nam Φάνις nulla est forma, quum Φανίας quoque vocalem primam habeat longam; v. Menandr. Cithar. I. 1. vol. IV. 149 Meinek. Terent. Heaut. I. 1. 117. Hecyr. III. 5. 8.

P. 219. n. 2. Quod correxi Καικίλιος pro Κεκήλιος erunt fortasse qui postponant emendationi: Κεκίλιος, conferentes doctam Sintenisii annotationem ad Plutarchi Marium c. 4. v. II. p. 268.

Ex eadem officina prodierunt:

Alcaei Mytilenaei reliquiae. Collegit et annotationibus instruxit A. Matthiae. 8maj. 1827. . . 12 ggr. (15 ngr.)

Callini Ephesii, Tyrtaei Aphidnaei, Asii Samii carmina, quae supersunt. Disposuit emend. illustr. N. Bach. 8maj. 1831. 21 ggr. (26 ngr.)

Clinton, Joh., Fasti Hellenici civiles et litterarias Graecorum res ab Olymp. LV — CXXIV. explicantes. Ex altera anglici exempl. editione eonversi a C. G. Krueger. 4maj. 1830. 6 ℛ.

Critiae Tyranni carminum aliorumque ingenii monumentorum quae supersunt. Disposuit illustr. emend. N. Bach. Praemissa est Critiae vita a Flavio Philostrato descripto. 8maj. 1827. . . . . 21 ggr. (26 ngr.)

Emperii, A., observationes in Dionem Chrysostomum. 8maj. 1830. . . . . 6 ggr. (7½ ngr.)

Epicuri fragmenta librorum II et XI de natura, volumin. papyr. ex Herculano erutis reperta, probabil. restituta, lat. vers. scholiis et comment. illustr. a C. Roscinio. Ex tomo II. volum. Hercul. emendatius edd. suasq. adnott. adscripsit J. C. Orellius. 8maj. 1818. . . . 16 ggr. (20 ngr.)

Grubitz, Ern., emendationes Orosianae, ex cod. Portensi aliisq. fontibus ductae. 4maj. 1835. . . 8 ggr. (10 ngr.)

Hesiodi, Eumeli, Cinaethonis, Asii et carminis Naupactii fragmenta collegit, emend. disposuit Guil. Marckscheffel. Praemissae sunt commentationes de genealogica Graecorum poesi, de schola Hesiodia, de deperditis Hesiodi reliquorumque poetarum genealog. carminibus. 8maj. 1840.
2 ℔. 12 ggr. (2 ℔. 15 ngr.)

Ilgen, E. C., disquisitionis de tribubus Atticis earumque partibus specimen. 8maj. 1827. . . 8 ggr. (10 ngr.)

Kirchner, C., quaestiones Horatianae I. de Bentleiana temporum, quibus Horatius poematum suorum libros scripserit, constitutione. II. De utroque Tigellio. III. De satyrae libri I. secundae et Aertiae temporibus. IV. De itinere Brundisino. Praemittitur vita Horatii adhuc inedita e codice Msto. subiungitur tabula chronol. Horatiana. 4maj. 1834.
12 ggr. (15 ngr.)

Lange, G. A., vindiciae tragaediae Romanae. 4maj. 1823.
10 ggr. (12½ ngr.)

Lucilii, Junioris Aetna. Recens. notasque Jos. Scaligeri, Frid. Lindenburchii et suas adj. F. Jacob. 8maj. 1826.
1 ℔. 12 ggr. (1 ℔. 15 ngr.)

Μαξίμου φιλοσόφου περὶ καταρχῶν, recens. et cum annotationibus crit. edd. E. Gerhardius. 8maj. 1820. 7 ggr. (9 ngr.)

Mimnermi Colophonii carminum quae supersunt. Comment. praemissa dispos. emend. atque in salutem Graecorum pro patria pugnantium edd. N. Bach. Accessit epimetrum ad Solonem poetam. 8maj. 1826. . . 12 ggr. (15 ngr.)

Nonni Panopolitae metaphrasis Evan. Joannis recens. lect. var. instr. F. Passovius. 8maj. 1834. . . . . 1 ℔.

Passovii, F., opuscula academica. Disposuit N. Bach. 8maj. 1835. . . . . . 2 ℔. 18 ggr. (2 ℔. 22 ngr.)

Pauli Silentiarii descriptio magnae ecclesiae et Ambonis et Ioannis Gazaei descriptio tabulae mundi. Ex apographo anthol. Graecae Goth. recens. F. Graefe. 8maj. 1822. 16 ggr. (20 ngr.)

Platonis Timaeus. Optimarum nunc edition. textus recognov. adnot. contin. illustr. indice instr. A. F. Lindau. 8maj. 1828. 1 ƒ. 14 ggr. (1 ƒ. 17½ ngr.)

Pompeii, commentum artis Donati et ejusdem in Donati de barbarismis et metaplasmis commentariolus. Utrumq. nunc primum edd. et brev. notis instr. F. Lindemann. 8maj. 1821. 3 ƒ. 12 ggr. (3 ƒ. 15 ngr.)

Reinesii, Th., observationes in Suidam. Enotavit digessit notisq. suis adspers. edd. C. G. Mueller. 8maj. 1829. 2 ƒ.

Senecae, L. A., Medea et Troades, cum annott. I. F. Gronovii e museo fratris F. G. Matthiae, nunc primum edd. A. Matthiae. 8maj. 1828. 1 ƒ. 12 ggr. (1 ƒ. 15 ngr.)

LIPSIAE, TYPIS GUIL. VOGELII, FILII.